No. ....

PURCHASED FROM THE INCOME OF THE
JOSIAH H. BENTON FUND

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

http://www.archive.org/details/coelumsephirotic00stee


JOH. CHRISTOPHORI STEEBJ

Philoſ. & Medicinæ Doctoris, Sereniſsimi Ducis
Palat. Neoburgici Medici & Conſiliarij.

COELUM SEPHIROTICUM,

HEBRÆORUM,

Per Portas intelligentiæ,
Moyſi revelatas
Interiores naturalium rerum characteres
abditosq; receſſus manifeſtans,
Ex vetuſtiſſima Hebraica veritate
Medicinæ, Chymiæ, Aſtronomiæ, Aſtrologiæ, Botanicæ, Zoologiæ,
Anthropologiæ, aliarumque Scientiarum
Nova Principia.
Oculari demonſtratione oſtendens & explicans.
Cum Elencho rerum & Indice in calce operis.



MOGUNTIÆ,
Sumptibus LUDOVICJ BOURGEAT Academiæ Bibliopolæ,
Typis CHRISTOPHORI KÜCHLERI, Typographi Aulico-Academici.
ANNO M. DC. LXXIX.

Sereniſſimo Principi ac Domino
Domino

PHILIPPO WILHELMO,

Comiti Palatino Rheni,

Bavariæ, Juliæ, Cliviæ, & Montium
Duci, Comiti in Veldenz, Sponheim,
Marca Ravenſpurg & Mœrs, Domino in
Ravenſtein, &c.

Cujus excelſum nomen jam longe ſideribus inſcriptum,
Cujus Stemma Imperatoribus, Regibus,
Et totius Chriſtiani Orbis Magnatibus propagines dedit.
Nunc fortiſſimum

SUPREMÆ MAJESTATIS FULCRUM

Imperio Romano-Germanico ſolatium,
Monarchiæ hujus Ævi Mundani ſeneſcentis poſtremæ
Felix eſt

NOVUS HOROSCOPUS,

Æternæ lucis Aurorâ affulgente,
Per ſecula ſuperiorum ſiderum
In ſolis ſolio reſplendens.

AQUILA ET LEONE

Utrinque ad ſolis ſemitam vigilante
Murmura rebellis Euri, Zephyrique in Archipelago ſurientis
placata,
Germanis Olivas, Spicasque Pacis colligere denuò concedent.

AQUILÆ enim Majeſtatem
Et Eum pietate miſericordiam,

Si

Si LEONIS comitatur vigilantia
& providentia,
Saturni a felicitatis Regna ſubſequentur;
Et Hecatombe Imperatoria
Centum Aquilis & Leonibus,
A Græcis ſeculis obſoleta & ſepulta reſurget,
Et Coronis Bellonæ oleagineis cincti,
Ad Apiarium Sapientiæ, olim Pindarum Poetam
& Platonem,
ſed &
SANCTUM AMBROSIUM
Juvenes eloquentiæ favo nutriens,
Togati revertemur,
Et AQUILÆ Cum LEONE ſideribus lucidiſſimis
Thymiamata ex Aromatibus precum,
Thuris ſuffitum ſupremo DEO dicatum,
Ex Mundanæ felicitatis navigio
conſecrabimus,
Et ſub lauro & Platano arboribus,
Quas nec fulgura, nec rapaces noctuæ infeſtant,
Naturæ Harmonicum concentum exaudiemus.
Talem quem cœli in convallibus montium & æquoris planitie
Melodiam accinunt mirabilem,
Echo Terræ ad usque Auream Mundi ſuperficiem reſonante;
De quibus liber præſens, Quem
SERENITATI VESTRÆ
In propitiam clementiam erga Studia & officia ſua
perlitat.

Cliens humillimus

JOH. CHRISTOPH. STEEB Dr.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

1\. Medicamenta ſunt manus Deorum immortalium.

MEdicamenta Deorum immortalium manus eſſe Antiquiſſimus ille Herophilus Medicus exclamavit, non immeritò, cùm à liberaliſſima manu in ſalutem hominum cœlitùs porrecta ſint, & quotidie digito Dei, manifeſto ad ſalutarem effectum diriguntur.

2\. Quid ſint res naturales hactenus ignotum fuit.

Singulis enim diebus mille libras & amphoras medicamentorum ab indoctis medicaſtris ægrotis exhiberi, totus mundus atteſtabitur, ſed quid Medicina ipſa, ſive ſpiritus, oleum, aqua deſtillata, Balſamum, Gummi & Unguentum ſit, & ex quibus eſſentialibus partibus conſtet? multi medici ignorant, quin imo, nec aërem, cibum,

3\. Negligentia in Arte medica.

potum, panem & vinum, reliquaque ad vitam ſumme neceſſaria examinare, eorumque interiora penetralia aperire laborant, ſed dum per diætam & pharmaciam in humano corpore morbis ſauciato operantur, præſcriptis ijs, quorum naturam neque Pharmacopæus ſummâ diligentia miſcens, neque ipſe Medicus exactè novit, altiſſimo cætera commendant.

4\. Sermo ad curioſos & invidioſos.

Obteſtor ergo per Deum omnes, qui ad imaginem Dei formati hominis ſanandi curam gerunt ut in arëam hancce Philoſophicam mecum deſcendant, & quæ de cornucopiæ pro corporis humani ſalute depromuntur, Chymica anatome reſolvant, & examinent. Eos vero qui vel voluptatibus immerſi, vel avaritia tardi, vel deſidioſa vita ſomnolenti ſunt, obſecro ne canino dente laborem huncce Herculeum allatrent, aut convicijs plus quam ratiocinijs obtrectent, namq; ſolam ad Dei gloriam, proximi ſalutem, & in augmentum naturalis ſcientiæ labores hoſce omnes non tantùm ſuſceptos ſed poſteritati conſignatos eſſe, ipſum opus commendabit.

5\. Phyſices ſcientiæ incultura.

Medicinam non tantum, ſed & Phyſicam inculturæ Zizanijs graviter defædatam eſſe, ſcripta ubivis obvia quotidie atteſtabuntur, ſi enim aliquis de Leonis, lupi, vel urſi natura & proprietatibus quærit, Reſpondebunt eas dependere ab urſi vel leonis forma vel anima, & ſi ulterius expetas talium formarum declarationem, dicent, omnes formas occultas eſſe, & à nobis nun-

6\. Occultæ formæ & qualitates multum ignorantiæ excuſant.

quam perſpectas, neque ullo judicio comprehenſas, videtur mihi idem eſſe, ac ſi quis ignē metuit, incidit in fumum. Namq; in prima creatione certas omnibus naturalibus ſpeciebus Ideas à Deo ex tota natura formatas, & ſub harmoniæ ſigillo conſervatas hactenùs eſſe, ex ſacro textu colligere licet; ita ut

7\. Ideæ rerum eſſentiales quid ſint.

Leo ex tot partibus eſſentiæ ſolaris, ex tot particulis aquarum ſupracœleſtium, aëris, aquæ & terræ conſtet, ex quibus combinantibus in ſpermate à Deo benedicto, nova generatione fit Leo, qui poſtea à ſole naturalem influxus

8\. Leonis Idea.

ſympathiam habet, ut infrà oſtendemus, ſic Leo ex plurimis, Homo vero ex o-

9\. Hominis Idea.

mnibus naturalibus corporibus coagmentatus eſt, ut ſit Microcoſmus, Heros naturæ, in quo omnia cœleſtia & terreſtria velut in parvo ſimulacro concurrunt. Opus ergo eſt, ut qui ſanitatem hominis conſervare intendit, omnium rerum naturalium exactiſſimam prius notitiam acquirat,

10\. Qualitates vulgo duplices.

Qualitates rerum quas in manifeſtas & occultas diſtribuunt, fere in mille claſſes inferiores diſtinguunt, ſed ut cæcus de colore, ſic de omnibus illis qualitatibus philoſophantur. Manifeſtas enim quod ſpectat, ſunt primæ & præcipuæ: calor,

11\. Qualitates

frigus, humiditas, & ſiccitas; Negant, frigus & calorem pro ut oppoſita eſſe

exiſti-

contrariæ in existimant , in uno ſubjecto, eodem tempore ſecundum idem & idem ineſſe
uno ſubjecto. poſſe , cum tamen in opio ; & camphora quæ ſumme frigida eſſe declarant,
manifeſtum calorem offendant ; ita ut in flammam ſeſe reſolvere & eorum
manus comburere poſſint.

Quales cum vittiolo ; antimonio & mercurio vexationes hactenus ſu-
12. ſtinuerint, videbitis in Dialogo Mercurij vel Alchymiſtæ & naturæ. Pauci
Colores hactenus ignoti fuerunt. hactenus penetrarunt colorum & odorum naturam, cum tamen quotidie ijs-
dem utantur, luminis, quo ipſorum vita ſplendet penitus ignari. Propterea
tandem examinabimus, ſpiritualis incorporeæ naturæ, cum ſpirituali corpo-
13. rea cœleſti Combinationem & quomodo ſenſus in animæ propylæis effor-
Senſuum exortus in Animæ propylæis. mentur, ſicq; albedinis, nigredinis, rubedinis, &c. eſſentias interioresq; ſigna-
turas oſtendemus. Qualitates quas occultas vocant; dicunt à formis
immediate emanare, quæſo dicat mihi aliquis quare exulcerationes oriantur
14. in corpore ejus, cujus excrementis carbones igniti ſunt immerſi ? quod Agri-
An corpora operari poſſint in diſtans aut per effluvia? colis notum. Quare corpora ; mixtis cum venenatis rebus alicujus excre-
mentis, virulento miaſmate afficiantur & interdum ad mortem uſque purgen-
tur ? Quare ſuper linteo vel emplaſtro putrilagine ulceris lurido aſperſum
15. vitriolum , & cum aqua fontana in locum tepidum expoſitum ; dolores mi-
Pulvis ſympathericus quomodo operetur? tiget, & ulcera tandem conſolidet? Nonne ſpiritus putrilagine è corpore de-
tracti, cum rebus iſtis quibuſcunque mixti ad priſtinum ſuum domicilium re-
vertuntur, & ſi cum ſalubribus corporibus aſſociati fuerint, corroborant par-
tes debilitatas, ſi vero cum venenatis, indignabundi vagantur, & ejuſmodi
16 Effluvia corporum nevertuntur denuò. inordinatos motus excitant. Tales autem ſpiritus ad priſtina corpora redire,
teſtabuntur doctiſſimi Chyrurgi, & exemplum manifeſtiſſimum eſt, naſus de
alterius carne fabrefactus, & alteri ſubſtitutus, qui primo illius carnis Domino
17. demortuo , ſtatim putreſcit, & ſic ſecundum vulgatum, redit ad Dominum
Naſus ſuppoſititius Chyrurgorum. quod fuit ante ſuum. Hac de cauſa canis ſui hoſpitis ſpirituoſa effluvia, lon-
ge per plateas camposque olfacit ; & ſic ipſum quærendo invenit, Infinita
18. talia deducenda eſſent, niſi legentis tædium metuerem; ſed nec magica aut or-
Canis odor mirabilis, dini naturæ adverſa eſſe demonſtrabimus.

19. Aſtrologia ab Orbe condito longe alijs principijs divinitus tradita fuit,
Aſtrologia ſuperſtitioſa facta eſt. ſed dum homines à veritatis plano ad invia & avia curioſitatum declinâſſent,
non pulchrius pigmentum pro ſua malitia fucanda invenire potuit cacodæmon,
20. quam ſuperſtitioſam Aſtrologiam. *Hinc à Pythagora rejectam & exploſam fuiſſe
A Pythagora rejecta. author eſt Theodoretus, tum Laërtius quoque Diogenes, & Plutarchus, judicârunt. Aca-
demicus Favorinus & Panætius Stoicus ipſam inceſſiverunt. Ridetur eadem à Seneca,
21. Item à Seneca & Cicerone. confutatur à Cicerone, ſed & diſputantem adverſus illam Carneadem & Bionem Philoſo-
phum, quis ignorat? Quod ſi ſuperet omnem inſaniam cur nec inſanus accedet oreſtes; quan-
tum inſania continet Aſtrologia, cui nec multa delirans aſſentiri potuit Epicurus verba
22. A Platone & Ariſtotele repudiata. ſunt.* Joh. Pici Mirandulani in diſputat. adverſ. Aſtrolog. qui addit : Platonem
& Ariſtotelem Philoſophiæ Principes eam indignam putaſſe, de qua verbum
facerent, in tota Philoſophia. In ſacro codice itemque concilijs , ſynodis &
23. decretalibus rejectam & damnatam eſſe Aſtrologiam, quis non novit? Atta-
Aſtrologia pro excuſandis erroribus utilis. men ſub ſpecie veritatis, & ad errores excuſandos utuntur ea quam plurimi,
cum maximo ſalutis æternæ damno & diſcrimine. Propterea quænam vera,
ſancta, primæva Aſtrologia ſit? & quomodo ſidera in ſigna , tempora, dies, &
24. Quænam vera Aſtrologia ſit? annos creata, nobis ſalutaria vel inimica ſint ? paucis exponemus.

Chymiam ab antediluvianis temporibus floruiſſe fama eſt. Hodie Patro-
nis viduata exulat, ob cauſam , quod ſeplaſiarij & Agyrtæ ſe chymicos eſſe
25. Chymici plurimi falſarij reperiuntur. profiteantur, qui cortices pro nucleo, venenum pro pharmaco vendunt, &
crudis ſuccis mineralibus, antimoniatis, Mercuriatis & Arſenicalibus corpus
male afficiunt. Econtra pro chimia vera habenda erit, quæ ſolis effluvia Bal-
26. ſamica , aquarum cœleſtium ſpirituoſa , ſiderum luminoſa ſubtilia & varijs
Quinam veri chymici ſint? characteribus efficacia , concentrare , in ſuaviſſima medicamentorum forma
corporibus maligno ſiderum aſpectu percuſſis exhibere poteſt; chimiam hanc,
ut ad deſides & inertes homines non pervenit velut artium Reginam in ſu-
premo honoris ſolio colendam eſſe exiſtimo. Bota-

Botanica vulgari Philoſophandi modo traditur , cognitis nimirum no- 27.
minibus herbarum ; recenſentur earundem primæ vel ſecundæ qualitates, Botanica
ſed quali ſignatura vel cœleſti charactere primitus inſignitæ ſint, quamq; cum quænam ve-
ſideribus harmoniam & in humano corpore reſonantiam habeant, id ex vetu- ra ſit?
ſtiſſimis Botanicis, præprimis Apulei ſcriptis nunquam addiſcere, aut in huma-
næ ſalutis meliorem uſum convertere placuit.

Anatomia vel tota Anthropologia rudi minerva exculta fuit longo tem- 28
pore, uſque dum ſæculi moderni quam plurima lumina eam acutiori penicillo Anatomiâ
pertractarint , ſic invenerunt (ſicut qui Aſinum ſuper ipſo Aſino ſedens quæ- jam nuper
rit, neſciverunt priores) in proprio corpore lacus & flumina, multosque abdi- à ſummis vi-
tos canales, venas nimirum lacteas, lymphaticas, ductus Pancreaticos cum eo- ris reſtituta. 29.
rundem uſu, ad cauſas morborum cognoſcendas tam ſumme neceſſario. In- Novæ velut
venerunt etiam nonnulli in ſenſibus hominum , quinimmo in ipſa anima & provinciæ in
mente, novas quaſi inſulas, ita ut animæ tam in abſcondito reſidentes faculta- corpore Hu-
tes levi membrorum motu, vel characterum corporis immutatione dignoſci, mano repertæ.
paſſionesque duplicis appetitus concupiſcibilis & iraſcibilis, cum ſuis diſſimu- 30. Novæ Inſu-
lationibus ab aſtante artifice explorari poſſint. læ in Anima hominis detectæ

Contra communem philoſophandi methodum hac occaſione nihil qui-
dem ſed contra medendi normam hæc proferam. Purgare, venam aperire, id- 31.
que multoties repetere , & ſi morbus non ceſſet , reliqua Deo committere, Methodus medendi
communis hactenus forma fuit medicantium; ſed reſpondeant vel ſoli Phar communis
macopæorum diſcipuli ; vel totus Magiſtrorum chorus. Nonne in antiquis pernicioſa.
& novis Pharmacopæorum ſcriptis proviſum eſt , ne medicamenta purgantia 32.
ſine corrigentibus exhibeantur; propter malignas quas poſſident qualitates? Purgantia medicamen-
Quod ſi ergo purgantia medicamenta venenatis qualitatibus ſuſpecta ſunt, ta ſuſpecta
quare exhibentur hominibus ? cum Medicus Miniſter , non miles contra ſunt. 33.
naturam ſit ; ipſaque natura reſeratis obſtructionum remoris ſeſe undique Medicus Mi-
ſponte exonerare poſſit ; non dicam quod ſemper evacuatione opus habeat, niſter naturæ
cum neque intemperies neque fermentantes humores ; neque malignorum non contra eam armatus
morborum miaſmata purgante vi removeri poſſint; ſed è contra natura ſic in- ſit.
quietata ſuccumbat, quod multi cum damno & pudore experti ſunt, neque di-
cam, quod purgationi venæſectio ſalutariter ſuccedere poſſit, namque cum te-
nuiſſimæ lacteæ venæ purgantis Pharmaci veneno conſpurcatæ ſunt, ſequente
venæſectione, & humorum revulſione, ſentina illa ad cor derivatur, hinc ple- 34.
rumque etiam robuſtiſſimi tali tractandi methodo infirmantur , cum autem Quomodo ægroti pere-
proſpiciant, hominem palleſcere , calorem vitæ in auxilium cordis convocari ant per erro-
& ſic præcordia attolli, pulſum accelerari, putant qualitatem calidiorem cor in res Medico-
vaſiſſe, & ſic præſcribunt ex frigidis ſeminibus emulſiones, addito opio & nar- rum. 35.
coticis ; ut ſcaturigo vitæ velut in glaciem concreſcat, & in triſte mortis ſimu- Opiata &
lacrum æger palleſcat. Ecce antrum Galeni, cujus me veſtigia terrent (ut in- narcotica ſemper pro-
quit Poëta) omnia te adverſum ſpectantia nulla retrorſum. primis poſt

Proteſtor autem me non increpuiſſe veros medicos, qui in publicis Aca- venæſectio-
demijs enutriti, ſtudia à materno lacte imbiberunt, & ſic ſana ratione, & ma- nes exitialia. 36.
turo judicio utuntur, ſed hoc quodcunque fuerit, derivatum volo in impoſto- Omnia hæc
res, qui velut fuci & ignava pecora fraudibus & adulatione ſtipati , mel & de impoſtoribus in Me-
meſſem veris artium cultoribus demetunt , Hos à præſepibus arcebunt mea dicina dicta
ſequentia ſcripta, quæ in Dei gloriam, & Medicorum Chymicorum honorem ſunt.
exarata eſſe non deſpero.

Præmitto autem cœlum hocce ſephiroticum Hebræorum, ſi quando eru- 37.
dito Orbi placuerit , ſtatim ſubſequetur nova Atlantis Inſula, vel Hierogly- Autoris operaquæ pro-
phica antiquorum philoſophia, poſteà novum ſyſtema Phiſico Aſtrologicum. ximè ſe-
Tandem reſtituta praxis Hippocratica, in qua oſtendam, qua methodo à vulgo quentur.
deſperatis morbis nimirum Peſte, & malignis febribus in Phyſicatu meo Fran-
cofurtenſi ipſum me curaverim , tandem quod à Podagra, quo miſere afflictus
fui, Spiræ Nemetum numine aſpirante totus liberatus fuerim. Quomodoq;
morbi Aſtrales, Epilepſia, Febres, canis rabidi morſus, lues venerea, & ſimilia

ſine ullo graviter afficiente medicamento eradicari poſſint , referam etiam nomina, mea praxi curatorum, quibus cum omnia conferri poterunt. Adpō-nam denique operationes chymico Pharmaceuticas , &c. declarabo quomodo ſolis Balſamica effluvia , vel per ſe, vel cum auro ſine ſtrepitu & corroſivitate reſolverint, in medicinam à putredine præſervantem cordialem præparari, & deniq; quomodo ſiderum effluvia & ſingula in ſpecie, nobili Chymia ancillante, in inferioribus concentrari, ſicque pro ſigillorum & caracterum naturæ Harmonia omnia in primam ſuam materiam converti poſſint. Deus aſpiret feliciter cæptis, cujus æterno Numini primum meæ juventutis libamen conſecro.

COELUM SEPHI-ROTICUM

Moſi & Septuaginta Doctoribus Synedreos in deſerto peregrinantium

In Sina Monte manifeſtatum

Exod. 24. ℣. 9. & 10.

Quinquaginta portas intelligentiæ oſtendens quæ in Geneſeos primo capite literis exornatæ, ſed ab Iſraelitico populo ſpirituali revelatione reſervatæ fuerunt.

CAPUT I. GENESEOS.

IN principio creavit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus, fiat Lux. Et facta eſt lux.

Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diviſit lucem à tenebris.

Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem: factumq; eſt veſpere & mane dies unus. Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diviſitq; aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita.

Vocavitque Deus firmamentum, cœlum: & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum: & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocavit Deus aridam, terram: congregationesq; aquarum appellavit maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: & ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen juxta genus ſuum, lignumq; faciens fructum, & habens unumquodq; ſementem ſecundùm ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tempora, & dies & annos: ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitq; Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præeſſet diei: & luminare minus, ut præeſſet nocti: & ſtellas.

Et poſuit eas in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus. Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli.

Creavitq; Deus cete grandia, & omnem animam viventem atq; motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundùm genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Benedixitq; eis, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris: aveſq; multiplicentur ſuper terram.

Et factum eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoq; Deus, producat terra animam viventem in genere ſuo, jumenta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ juxta ſpecies ſuas, & jumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis, univerſæq; terræ, omniq; reptili quod movetur in terra. Et creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum (maſculum & fœminam creavit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait) Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubjicite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus quæ moventur ſuper terram. Dixitq; Deus, ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & univerſis quæ moventur in terra, & in quibus eſt anima vivens, ut habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

PROE-

PROEMIUM


De operis inſcriptione.

REfert Jacobus Gaffarellus, curioſit inaudit. part. 3. cap. 9. vidiſſe
ſe in Cardinalis Suſaneſis Bibliotheca, talia antiquiſſima in- 38.
ſtrumenta; quæ à Rabbi Chomor & Anonimo alio deſcribun- Antiquiſſimum Mathematicum inſtrumentum Hebræorum.
tur, ita: *Baſis erat ex ære aut alio metallo confecta in modum pulvis, ex ſuperficie eminebant tres Columnæ in quibus inſcriptum erat IVDICIVM, PAX, VERITAS, His impoſiti erant duo ſemicirculi, tanto artificio triangelum efficientes, ut ſuperficies ejus rotunda nihilominus maneret. Intra hos ſemicirculos notabatur circulus major abſolutus, qui duos alios includebat. Hæcque omnia ex eodem quo baſis metallo confecta erant. Primus ac maximus circulorum horum hæc verba adſcripta habebat, COELVM COELORVM alter autem ſimpliciter cæli, Tertius EXPANSVM. Medium circulum varij circuli minores & mobiles circumdabant, inter quos ſeptem eminentiores & centro inſtrumenti propiores, Singuli ſuas ſtellas circumvolvebant, quæ in prædictis ſeptem circulis notabantur, hiſce literis* לפזמח, *quæ planetas eo ordine, quo numerari ſolent, initio à Saturno facto, ſignificabant, diſtinguebantur. Apud easdem literas legebantur inſuper Hebrææ, latina ſignificatione tales voces, Dies primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, & ſeptimus: circulis Planetarum adſcripti erant anni, quorum ſpatio unusquisque curſum abſolvit. In circulo lunari inſuper duodecim characteres indices horum nominum Niſam, Abiar, Tamouz, &c. ſive duodecim menſium, in medio machinæ ponebatur globus cæruleus, aliquantulum concavus, in cujus medietate plurimæ literæ videbantur; adpicta etiam fuiſſe hæc vocabula,* 39.
Corona, ſapientia, intelligentia, miſericordia, magnificentia, gloria, victoria, potentia, fun- Cœlum ſephiroticum.
damentum, Regnum. Atque hæc ſunt decem nomina, quæ ab Hebræis Zephirot dicuntur. Hactenus Gaffarellus. Antiquiſſimum hoc Hebræorum Inſtrumentum 46.
quod ſpectat, à nobis in opere hoc expreſſum, ad vivum præſentamus, Dies Cœli ſephirotici nova repræſentatio.
enim creationis ad numerum Planetarum, ſeptem illis circulis inſcriptos exhibemus, decem rotas oſtendimus inter quas, ſeptem erunt totidem planetarum, octava Aquarum ſupracœleſtium, nona ſtellarum fixarum, decima primi & æterni mobilis, Triangulo coronati, cui inſcriptio: Judicium, Pax & veritas. In ſumma reducimus è poſtliminio antiquitatum cœlum Hebræorum ſephiroticum, ad cujus normam primæ ætatis homines cuncta adornaſſe legimus: Hinc Rabbi Hemai citante R. P. Kirchero dicit: *Accipimus à Rabbinis* 41.
bonæ memoriæ, quod Cabala, opus fabricè, ipſa eſt ſcientia naturæ, ſicuti opus quadrigæ eſt Teſtimonia Rabbinorum de cœlo ſephirotico.
ſcientia divinitatis, & ſcientiam naturæ acceperunt patres noſtri antiqui ab Angelis, qui eos docuerunt ſigna ſigillorum naturæ. Kircherus Oedip. Ægypt. Tom. 2. p. 1 claſ. 4. cap. 10.

Oſtendimus autem, quantum in humana hâc mortali cæcitate proſpi- 42.
cere licet, ſigilla naturæ cœlitus impreſſa, prout Hebræi per eorum ſephiram Sigilla naturæ cœlitus impreſſa.
denotarunt, de qua prædictus R. P. Kircherus in Oedip. Ægypt. part. 1. tom. 2.
claſſ. 4. cap. 19. ita refert *Deus decem veſtimentis indutus ſe mundo conſpiciendum* 43.
præbuit, hoc enim cognito, cognoſcuntur Angeli, abſolutæ & perfectæ Dei imagines, cog- Decem veſtimenta Dei.
nitis Angelis, nota erunt Aſtra, notis Aſtris, omnia in viſibili mundo producta non latebunt, cognito mundo viſibili, notus erit Microcoſmus, homo, mundi filius. Hæc Kircherus. Cœlum autem Hebræorum veterum tale fuit.

Quam-

44. Schema antiquum cœli ſephirotici.



45. Inſuph antiquum modernis Hebræis incognitum. Quamvis moderni Hebræi verum Inſuph, vel Trinitatem Deitatis perſonarum non agnoſcant, & Antiquiſſimorum Rabbinorum ſcripta mirè reforment, tamen in hoc cœlo ſephirotico omnes creaturarum virtutes à Deo manifeſtatas eſſe credunt. Propterea Joh. Picq. Mirandulanus in Apolog. quæſt. quinta ita ſcribit: *Eſt ergo ſciendum, opinionem eſſe non ſolum Rabbi, Eliazari, Rabi Moſis de Ægypto, Rabi Simeon Bengalis, Rabi Iſmaël, & Rabi Iodam, & Rabi Machinan, & aliorum quam plurimorum ex ſapientibus Hebræorum, ſed noſtrorum etiam Doctorum. Quondam præter legem, quam Deus dedit Moyſi in monte, & quam ille quoq; quinque libris obtentam ſcriptamque reliquit, revelatam quoque fuiſſe eidem Moſi ab ipſo Deo veram legis expoſitionem, cum manifeſtatione omnium myſteriorum & ſecretorum quæ ſub cortice & rudi facie verborum legis continerentur.* Denique duplicem accepiſſe legem Moyſen in monte Jeruſalem, & ſpiritualem illam ſcripſiſſe & ex præcepto Dei populo communicaſſe, de hac vero mandatum ei à Deo, ne ipſam ſcriberet, ſed ſapientibus ſolum, qui erant ſeptuaginta communicaret, quos idem Moſes ex præcepto Dei elegerat ad cuſtodiendam legem, eisque itidem præciperet, ne ea ſcriberent ſed ſucceſſoribus ſuis viva voce revelarent, tum & illi alijs, & ſic ordine perpetuo. *Habeo (inquit Mirandulanus) ex noſtris quoque teſtes, Eſdram, Paulum, Originem, Hilarium & Evangelium.*

46. Revelatio non ſcripta.

47. Lex duplex ſpiritualis & ſcripta.

Primo enim habemus hoc ex textu Eſdræ, apud quem loquens Dominus ſic inquit: Revelans revelatus ſum ſuper Rubum, & locutus ſum Moſi, quando populus meus ſerviebat in Ægypto, & miſi eum, & eduxi eum ex Ægypto, & adduxi eum ſuper montem Sinai, & detinebam eum apud me diebus multis & enarravi ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta & finem, & præcepi ei dicens; Hæc in palam facies verba, & hæc abſcondes.

48. Eſdræ teſtimonium de lege non ſcripta.

Origenes ſuper illud Pauli Rom. 3. credita ſunt ipſis eloquia Dei inquit: non duntaxat literas eſſe creditas ſed eloquia Dei, quia litera per ſe occidit, & niſi adſit ſpiritus vivificans, omnino per ſe eſt res mortua. Hilarius in expoſitione Pſalmi ſecundi. Quare fremuerunt gentes &c. ſic ſcribit: Erat autem jam à Moſe ante inſtitutum in omni Synagoga ſeptuaginta eſſe Doctores. Nam idem Moſes, quamvis veteris teſtamenti verba in literis condidiſſet, tamen ſeparatim quædam ex occultis, legis ſecretiora myſteria ſeptuaginta ſenioribus, qui Doctores deinceps manerent intimaverat. Pergit ulterius Picus Mirandulanus. *Vsq. ad tempus Eſdræ de iſta Doctrina nihil erat ſcriptum, poſtquam autem à Babylonica captivitate reſtituti fuerunt per Cyrum, & ſub Zorobabel inſtauratum fuit templum, tunc Eſdras, qui fuit præfectus Synagogæ, poſtquam reparavit legem ſcriptam Moyſi, & correxit teſtamentum vetus, voluit etiam, ut iſta ſecreta Dei eloquia, quæ usq. ad illud tempus ſcripta non fuerant, ſcriberentur, & hoc, quia propter captivitatem gentis non poterant ſervare illum ordinem tradendi ſibi illam doctrinam, ſtatuit ergo Eſdras ut ſcriberentur adhibitis ad hoc ſpecialiter Notariis, & qui erant ſeptuaginta ſeniores, ſive Conſiliarii, inter quos erat hæc doctrina, juſſit ut redigerentur omnia ea ſecreta in ſeptuaginta volumina principalia, quæ tamen deinde non niſi ſapientibus communicarentur. Et hoc eſt quod apud Eſdram legitur his verbis: Exactis quadraginta diebus locutus eſt Altiſſimus dicens: Priora quæ ſcripſiſti in palam pone, legant digni, noviſſimos autem ſeptuaginta libros conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de populo tuo? in his enim eſt vena intellectus & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et apud Hebræos in ſederolam vel libro ſeculorum habetur, qui ſederint in concilio, & deniq. totius concilii geſta & ordo. Hinc illius Doctrinæ etiam Dominus meminit in Evangeliis dicens: Super Cathedra Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi.*

49. Originis ſententia.
50. Hilarii expoſitio.
51. Quare tandem illa ſpiritualis lex literis exarata fuerit.
52. Septuaginta Notarii Synedrios Hieroſ.
53. Eſdræ verba Clariſſime demonſtrant traditiones.
54. Liber Sederolam Hebræorum.

Omnia ergo quæcunq. dixerint vobis, facite, & ſervate, ſecundum vero facta illorum nolite facere.

55. Evangelicum teſtimonium.

Hactenus Joh. Picus Mirandulanus in Apolog. quæſt. 5. R. Pater Kircherus. Confirmat hoc ex Rabbi Joſeph Caſtilienſi, qui ita ſcripſit: *dixerunt Rabini noſtri, quinquaginta portæ creatæ ſunt in mundo, & omnes præter unam traditæ ſunt Moyſi, ſecundum quod ſcriptum eſt, eum, paulo minus à Diis, id eſt ab Angelis minuiſti. Et Rambam in Geneſeos, exordio ait: Omne quod Moyſi per portas intelligentiæ traditum eſt, continetur in lege divina, per hanc quoq. legem ajunt cabaliſtæ à divino ſpiritu adeptus eſt Salamon Rex ſapientiſſimus omne quod noverat.* Hæc Kircherus in Oedip. Ægypt. Tom. 2. p. 1. claſ. 4. cap. 9. fol. 3.77. Qui portas intelligentiæ tali ordine deſcribit uti cum licentia ejus hic poſuimus.

56. Quinquaginta portæ ſapientiæ.
57. Sapientia Salamonis unde?
58. Portarum intelligentiæ enarratio.

Claſſis prima

Elementorum primordia.

Porta 1. Et infima materia prima Hyle Chaos הוטר
2. Vacuum inane id eſt formarum privatio
3. Aſpectus naturalis, abyſſus
4. Elementorum diſcretio & rudimenta
5. Terrenum Elementum nullis adhuc ſeminibus infectum.
6. Aquæ Elementum operiens terram
7. Aëris ex aquarum abyſſo exhalantis Elementum
8. Ignis Elementum fovens & animans.
9. Qualitatum ſymbolizatio.
10. Appetitus eorundem ad Commiſtionem.

Claſſis ſecunda,

Miſtorum decas.

Porta. 11. Mineralium terra diſcooperta, apparitio
12. Flores & ſucci ad metallorum generationem ordinati
13. Mare, lacus & flumina intra alveos ſecreta.
14. Herbarum arborumq; id eſt vegetabilium naturæ productio.
15. Vires & ſemina ſingulis indita.
16. Senſitivæ naturæ productio, id eſt.
17. Inſectorum & reptilium.
18. Aquatilium } unacum proprietatibus eorundem
19. Volucrium }
20. Quadrupedum procreatio.

Claſſis Tertia.

Humanæ naturæ decas

Porta. 21. Hominis productio.
22. Limus terræ Damaſcenæ, materia.
23. Spiraculum vitæ anima, ſive.
24. Adami & Evæ Myſterium.
25. Homo omnia Microcoſmus.
26. Quinque potentiæ exteriores.
27. Quinque potentiæ interiores.
28. Homo Cœlum.
29. Homo Angelus.
30. Homo Dei imago & ſimilitudo.

Claſſis Quarta.

Continet Cœlorum ordines & vocatur mundus cœleſtis.

Porta. 31. Cœlum Lunæ
32. Cœlum Mercurii
33. Cœlum Veneris
34. Cœlum Solis.
35. Cœlum Martis
36. Cœlum Jovis
37. Cœlum Saturni
38. Cœlum Firmament
39. Primum Mobile
40. Cœlum Empyreum.

Claſſis Quinta.

Novem Angelorum ordines continet, & vocatur Mundus Angelicus.

Porta. 41. Animalia ſancta, Seraphini.
42. Ophanim id eſt Rotæ, Cherubini.
43. Angeli magni ſortes, Throni.
44. Haſchemalim, id eſt Dominationes.
45. Seraphim, id eſt virtutes.
46. Malachim, id eſt Poteſtates.
47. Elohim, id eſt Principatus.
48. Ben Elohim, id eſt Archangeli.
49. Cherubim id eſt Angeli.

Claſ-

Claſſis Sexta.

DEUS IMMENSUS.

Mundus ſupra mundanus & Archetypus.

Porta. 50. *Deus optimus maximus, quem mortalis homo non vidit, nec ullo mentis ſcrutinio penetravit, eſtq; quinquageſima porta ad quam Moſes non pertigit; ſed ſolus Chriſtus Ieſus, verus Meſſias penetravit.* Hæc Rever. P. Kircherus; Ex hiſce apparet unde Hebræorum cœlum ſephiroticum, velut organum cuncta explicandi commodiſſimum ortum deduxerit, nimirum ex antiquiſſima traditione Judæorum, qui à Moſe duplicem ſpiritualem & literalem legem ſe accepiſſe retulerunt, de quorum veritate vel falſitate, utpote inter ſcriptores antiquos valde dubia, nobis perinde eſt, modo ad ſcopum noſtrum theoria cum praxi & ipſiſſima rei veritate conveniat. Propterea eduximus ex Hiſtoria creationis novum ſephiroticum cœlum, omnium rerum ideas, attributa, modos & qualitates manifeſtans; ſuffultum non tantum authoritate S. Scripturæ, ſed experientia & rationibus approbatum. Neque ultra ſenſibile, præprimis viſibile objectum diu moramur in intelligibili mundo, cum noſtræ intentionis ſit, rerum materialium proprietates olim pro occultis habitas declarare, & mathematico-phyſica demonſtratione luci meridianæ exponere. Sicut autem in tota naturali ſcientia nihil tractandum reperitur, niſi ſumma illa genera ſcilicet Materia idea & ſenſibile; ſic cum ex idea & materia totum ſuppoſitum exiſtat, & ſenſibile effectus ſiderum, cum animali natura ſeſe maritans ſit, duplex cœlum ſephiroticum oſtendemus, unum quod ſit corporum, alterum quod eorum ſit attributorum, modorum omniumq; qualitatum ſenſibilium, vel harmonicæ cœli & terræ reſonantiæ. Corporum perfectorum ideæ in tria Regna à Deo diſtributæ ſunt, videlicet in minerale, vegetabile, animale, quorum quodlibet ſuam latitudinem continet, uti præſens ſchema monſtrabit.

59. Quid ſit Inſuph.


60. Unde cœlum ſephiroticum ortum duxerit?

61. Ex Hiſtoria creationis novum ſephirot.

62. Res naturales & viſibiles hoc in negotio explicandæ erunt.

63. Summa rerum genera, Materia, Idea & ſenſibile,

64. Corpora dividuntur in tria naturæ Regna,



65. Sephirot. Corporum.

66. Ordo hujus cœli ſephirotici.

Primum mobile vel mundus Archetypus rotat & gyrat in effabili ordine omnia tam cœleſtia quam terreſtria, Cœleſtia ſuprema ſunt, ſidera ſtellarum fixarum vel lucis primævæ, infra hæc ſunt ſupra cœleſtes aquæ hiſce ſuccedit ſaturnus, Jupiter, Mars, ex aquoſa Pyramide; Sol æqualitatis igneæ ſpheram tenens in medio eſt, poſtea Venus Mercurius & Luna terreſtrem pyramidem cœli abſolvunt, ita ut Luna antiquis Terra cœleſtis, vel cœlum terreſtre dictum fuerit.

67. Sublunaria & Compoſita ſub certis cancellis ſunt

Sublunaria vero quod concernit, conſtant ea ex igne, aqua & terra cœleſti & terreſtri, ſed pro ſpecierum diverſitate variis planetis ſubjecta eſſe, eorundem ſignatura, figura, color, odor, locus, & tempus declarant, propterea ſub certis cancellis ea in ordine depinximus.

		☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄
Regnum Minerale.	Mineralia	Opalus	Smaragdꝰ	Granatus	Adamas	Rubinus	Hyacinthꝰ	Latulus.
	Metalla	Argentum	Argent.viv	Cuprum	Aurum	Ferrum	Stannum.	Plumbum
Regnum Vegetabile.	Herbæ	Cucumis	Sophia	Orchis	Corella	Arum	Siligo	Napellus.
	Arbores	Salix	Juglans	Ficus	Citrus	Quercus	Fagus	Abies.
Regnum Animale.	Piſces	Oſtrea	Phoxinus	Halec	Delphinus	Lucius	Salmo	Anguilla.
	Volatilia	Anſer	Pſittacus	Coturnix	Struthio	Falco	Ciconia	Bubo.
	Reptilia	Cochlea	Serpens	Apis	Draco	Hirudo	Bombyx	Muſca.
	Greſſilia	Porcus	Vulpes	Capra	Leo	Lupus	Cervus	Aſinus.
	Homines	Vagabūdi	Muſici	Amatores	Reges	Latrones	Mercator.	Nautæ.


68. Senſibilia ſub ſeptem ordinibus.

De his invenies in quinto & ſexto capite ſufficientem explanationem. Senſibilia vero, vel modos rerum intentionales quod ſpectat, cum ſub quinque ſenſibus ab anima percipiantur, influxus ſiderum in ſublunaribus efficient vel colores, odores, ſapores, vel deniq; figuras, pro materiæ varietate, viſum, olfactum, guſtum, & tactum afficientes.

Quæ omnia à ſeptem planetis deſcendere multiplex rerum paxis & experientia informavit, ſic ut cœlo hoc ſephirotico Hebræorum ad abſconditos rerum Theſauros accedere liceat. Proſpiciat enim aliquis per oculum Mundi ſcilicet ſolem, in quo ſphæra æqualitatis, & quinta rerum eſſentia, & cernat usque ad ſaturnum per Aquarum Pyramidem, videbit albiſſimum lucis colorem, in flammeum primo, dein in flavum, tandem in cæruleum declinare, ex altera parte per pyramidem Terræ albiſſimus color in rubeum, viridem, & tandem albo lacteum & cineritium mutabitur, & ſic de reliquis ſenſibus, prout in hoc ſchemate.


		♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
Viſus	Colores	Cæruleus	Flavus	Flammeus	Albiſſimus	Rubeus	Viridis	Albus.
Olfactus	Odores	Fætidus	Melleus	Aromaticꝰ	Balſamicus	Spermaticꝰ	Pluvialis	Putredinal.
Guſtus	Sapores	Ingratus	Dulcis	Acer	Suaviſſimꝰ	Acidus	Subtilis	Salſus.
Tactus	Figuræ	Acuminata	Longa	Aculeata	Rotunda	Triangula	Capillata	Lata.

69. Sephirot, ſenſuum.



Succincta ergo Methodo omnium rerum Ideas & proprietates explicabimus per muſicam illam cœleſtem, quam ne Humanus ſenſus unquam percepit, ſed ſola mens lumine veritatis attingere poteſt. Sicq; per ſex claſſes quinquaginta portarum intelligentiæ perveniemus ad ÆTERNUM quod adoramus per Chriſtum elevati, cujus in nos effuſam gratiam Angeli aſpicere deſiderârunt, Apoſtoli longo tempore omnibus creaturis etiam ſanctis Angelis Evangelizârunt, cujus æternum jubar ſeculis hiſce finitis omnia in perpetuam Hieroſolimam ſpiritualem vitæ æternæ transformabit. 70. Muſica cœleſtis.

CAPUT PRIMUM
OPUS CREATIONIS I. DIEI
SECTIO I.



Geneſ. I. verſ. I.

IN PRINCIPIO CREAVIT DEUS COELUM ET TERRAM.

21. Primus de principio ſcripſit Moſes.

PRincipium hoc Aurora felix, ab æternitatis mari exſurgens, cujus immenſurabilem profunditatem Athei & infideles exhorreſcunt, nomen principii & finis expaveſcunt. Non enim, præprimis ante Moſen, ex omni gentilium philoſophorum turba quiſquam de principio hoc meminit, potius

potius ferè omnes uno erroris & deſperationis gurgite abſorpti, principium Mundi finemque naturæ negarunt. Primus autem Moſes, & poſt eum aliqui ex ſanctis, Mundum Archetypum, numine ducti parum colluſtrantes, viderunt & audierunt ineffabilia, quæ Moſes typis exprimere juſſus, Arcam fœderis extruxit, lapidibus verba legis inſculpſit, & cum Manna & virga Aaronis in ſanctiſſimo tabernaculo reſervavit; Ille igitur, qui oretenus cum creatore locutus, etiam imperſcrurabile creationis opus ſpiritu ſapientiæ motus, Digito Dei conſcripſit, & delineavit.

72. Moſes occulatus teſtis hujus principii.

Myſterium hoc velata facie ab Iſraelitis perceptum, plenis oculis aſpexit etiam Myſteriorum divinorum Archipræſul Johannes, qui clarioribus verbis incipit: ἐν ἀρχῇ, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, omnia per verbum facta ſunt, & verbum caro factum eſt, &c. Hinc Targum Hieroſolymitanum verba Moſaica בראשית in principio, explicat in ſapientia, denotans Filium Dei in quo omnis ſapientiæ fons & origo.

73. S. Johannes clarior eſt in explicatione principii.

74. Targum Hieroſolymitanum convenit cum S. Joanne.

Propterea lux illa æterna, & ſplendor divinæ gratiæ, Chriſtus Jeſus, eſt ipſum principium, de quo S. Johannes teſtatur, quod ſit α & ω mediator finiti & infiniti, inter Deum & hominem, cumque omnia per verbum facta ſint, ſic cauſa & principium in uno noſtro ſalvatore coincidunt.

75. Chriſtus Salvator eſt verum principium.

Unus autem eſt Mediator, qui primus & ſupremus, nullius ſpiritualis vel corporalis eſſentiæ conſortium admiſit, namque Angeli non ſunt ipſum eſſe, ſed compoſiti, & eſſentia ab ente participans, neque ſunt Angeli ipſa eſſentialis intellectio per mentem, quæ deſuper conceſſa virtute intelligentiæ capax eſt.

76. Verbum eſt unicum principium.

Unitas ergo cum principio convenit, cum ſit numerus abſolutiſſimus, nam ſola unitas omnino ſimplex, à ſe perfecta, non egreditur ſed individua ſimplicitate & ſolitaria ſibi cohæret, quia ſupereſt ſibi, nullius indiga, plena divitiis, ut loquitur Johan. Picus Mirand. in Heptapl. Principium & unitas etiam cum Ente conveniunt, quod primum eſt in ordine, ultimum & ſupremum in intellectus rotatione. *Hinc Ariſtoteles: Ens primum eſt menſura omnium intelligibilium primorum, & Entium Senſibilium ſecundorum, quia ipſum eſt, quod omnia Entia creavit, & menſuravit ea menſura convenienti omni enti. Ariſtot. de cauſis cap. 3. prop. 16.*

77. Angeli non ſunt principium, nec ſolilarium nec ſocium.

78. Unitas convenit cum principio.

79. Principium & unitas combinant in ente.

Ab Ente, velut prima rerum ſcaturigine fluit bonitas, quæ cum Ente convertitur, quare Plato cum de Mundi cauſa efficiente loqui intendiſſet, inquit. *Quæramus cauſam, quæ eam impulerit qui hæc machinatus eſt, ut Originem rerum & molitionem hujus mirabilis univerſi conſtitueret; Bonitate videlicet præſtabat, in bonum autem nulla de ullâ re unquam cadit invidia, quum ab illa liber & immunis eſſet, omnia voluit quam maxime ſui ſimilia generari.* Plato in Timæo.

80. Ab Ente bonitas quæ eſt cauſa movens creationis.

Bonitas ab æterno reſplendens Mundum Archetypum efformavit, quod requirit ſimpliciſſima & immutabilis divina Majeſtas, quæ nullis temporum, figurarum & ordinum limitibus comprehenſa, declarat etiam omni ſapientiæ ejus, quæ præcedit omnia. Idealem ergo mundum in mente divina ab æterno extitiſſe, & bonitate per creationem in principio ad extra & in naturalem eſſentiam profluxiſſe, Chorus Chriſtianorum jubilo decantat.

81. Æterna bonitas Mundum Archetypum formavit.

Hinc S. Johannes ulterius explicat, dicens: *Verbum factum eſt lux, & lux venit in mundum &c.* Quæ lux inacceſſa, infinita, æterna omnium rerum Principium eſt; ſicuti autem æterna lux omnia fovet & ſuſtentat, in nullo excluſa, nullibi incluſa, ita circulo compararunt illam non tantum Saraceni, ſed & noſtri Theologi.

82. Lux rerum omnium principium eſt.

83. Lux Idealis mundi circulo comparatur.

Non mirum ergo eſt, quod Mundus Sphærica Figura exornatus ſit; Namque ut Plato inquit: *Decora erat illa figura, quæ in ſe ipſa omnes figuras comprehendit, ideo globoſum & rotundum undique à medio æqualiter ad extremitates diſtans ipſum tornavit, figura omnium perfectiſſima, & quæ ipſa ſibi ipſi ſimillima exiſtit, ſimile diſſimili multis modis pulchrius eſſe ratus.* Plato in Timæo.

84. Propterea Mundus ſphœrie figura perfectus eſt.

Mate-

85. *Cœlum Empyreum lucis æternæ ſplendore limpidum.*

Materialem Mundum dubio procul ambit ſpiritualis, qui æternæ lucis ſplendore corruſcus, Cœlum Empyreum vocatur. Propterea ſuperficiem viſibilis mundi auream vocarunt Græci, quaſi Cranium Sphæræ Aplanis: Ut loquitur Johann. Ferrarienſis lib. 3. de cœleſti vita cap. 1. Hinc Archetypum Mundum Zenophanes ſphæram appellavit; & verſantur multi in opinione, extra Cœlorum & mobilium omnium ambitum eſſe Cœlum fixum & conſtans igneum, ſolo intellectu, non vero his noſtris ſenſibus perceptibile, quod referente Johann Pico Mirandulano, *non ſolum à Strabone & Beda creditum, ſed & ab Hebræis Abrahamo Hiſpano & Iſaaco Philoſopho, qui Cœlum Ezechielis ſaphirinum à Luce Thronum perlucente, pro decima ſphæra agnovit, nec non ex Zacharia viſione judicavit, Aureum Candelabrum ſeptem lucernis diſtinctum, ſeptem Planetas denotare, & lampadem ſuper caput ejus, Sphæram ſtellarum fixarum, duas autem olivas ſphæram nonam & decimam, propterea quod ex olivis perpetuo oleum ad luminis nutrimentum defluat.* Joh. Picus Mirand. in Heptaplo.

86. *Superficies aurea Mundi Græcorum.*
87. *Mundus Archetypus*
88. *Ab antiquioribus cognitus.*
89. *à Zacharia viſus.*

91. *Lux eſt æternum aliquid.*

Lux ergo æternum Aliquid, primum noſtræ ſcientiæ objectum eſt, cui in reſpectu ad exiſtentiam creaturarum, nil niſi nihilum repugnat. Cum autem creatio ſit actio Dei ad extra, ſequitur illud nihilum noſtri intellectus, in aliquid reale à Divina virtute converſum fuiſſe, quod cæcutientibus in peripato non arriſit.

92. *Tenebræ non obſtetere luci ab æterno.*

Neque etiam probanda eſt illa cujusdam Philoſophi opinio, qui dixit: Tenebras æternæ luci obſtitiſſe, quo minus ab æterno Mundus creatus fuerit, præterquam enim duo Coëterna contraria, & duo infinita ſtatuenda eſſent, quod repugnat; Tenebras, meram ſcilicet privationem cum æternitate minimè convenire, cuivis ſano liquet.

93. *Angeli ſunt imagines infiniti ſemper fluentes.*
94. *Thronus Angelorum ſphæricus.*

Ex principio igitur uno æterno, emanavit in principio per Sphæram Ideæ ab æterno formatæ Bonitas, exprimens, imaginem ſemper fluentem, ut ſit exemplar ſemper ſtabilis & æterni Entis. Sicut autem à luce lumen, ſic à principio & ente infinito prima eſſentia, in actum exiſtentiæ ſpiritualis Angelicæ efluxit, ſphærica figura, Deo ſimilima, ut inquit Leucippus ex Hermetis oraculo dicens: *Deus eſt figura intellectualis, cujus centrum eſt ubique, circumferentia vero nusquam* Johann Ferrariens: de cœleſti vita Cap. 1. fol. 9. Hinc Angeli circum circa univerſum cingentes Altiſſimo Thronum, in ſupremis exhibent, ut ubivis locorum parati hominibus apparere, ſicque officiis celeres eſſe poſſint.

95. *Angeli mentes ſunt lumine æterno corruſcæ.*
96. *Angelos rebus univerſis præeſſe S. Patrum opinio eſt.*

Qua propter Angeli mentes ſunt æterno lumine illuſtres, à S. Davide ſpiritus, & Deo miniſtrantes ignes flammantes vocati, de quibus Johann Picus Mirandulanus in Heptaplo ita: *Platonici & noſtri crediderunt, variis Mundi hujus corruptibilis rebus varias ſpirituales ſubſtantias à Deo præfectas*; *quo circa & Auguſtinus nullam eſſe viſibilem rem apud nos, cui non præſit Angelica poteſtas, & corpora omnia per rationalem ſpiritum vitæ regi, conſtanter aſſeruit, id quod & Gregorius poſtea confirmavit.* Origines ſimiliter in comment. ad libr. Numer. *opus eſſe inquit Mundo Angelis, qui beſtiis præſint & animalium natalibus, virgultorum etiam & plantationum & cæterarum rerum incrementis &c.*

97. *Progreſſio à ſpirituali ad materialis eſſentiæ creationem.*
98. *Creatio quid ſit?*
99. *Creationis opus imperſcrutabile.*

Progreſſi jam ſumus ab unitate quæ in Deo, ad multitudinem quæ in prima ſpirituali creatura eſt, nunc ad hiſtoriam Creationis noſtro propoſito pergimus, dum occurrunt verba: CREAVIT DEUS COELUM ET TERRAM. Eſt itaque creatio emanatio Divinæ virtutis, & connexio infiniti ad finitum, ex nihilo aliquid, omnipotenti opere producens. Sicut enim ex nihilo ad aliquid infiniti ſunt receſſus & diſtantiæ, ita ipſiſſima productionis actio infinitam virtutem requirit. Dum enim omnes artifices ex præexiſtente materia & organis ſua opera efficiant, ſolus ille qui omnipotens eſt, ex nihilo aliquid, & ſine organis omnia momentaneè producit, cujus operationis virtutem ne dum intellectus apprehendere, ſed in hâc mortali vita fide ſolùm deguſtare poteſt.

poteſt. Propterea Deus Sancto ſuo verbo vivum creationis characterem hominibus reliquit, ut quilibet ea, quæ ex operibus ejus non ſatis intelligere, ex verbo ſpirituali ſcripto apprehendere poſſit. 100. Sacra ſcriptura vivus creationis character.

Cum enim Iſraeliticus populus in deſerto & itinere ad terram promiſſam partim Ægyptiorum de æternitate mundi Hæreſes in mente ruminaſſet, partim de ingreſſu in terram ſanctam dubia conſpiraſſet, operoſus ille æternus ſapientiæ ſpiritus, anteſignanum Moſen informavit, ut de origine mundi, temporis longe ante nativitatem ejus præterlapſi, Myſteria conſcriberet, ſicque ſupremi Numinis nomen ad corda eorum revocaret. 101. Cauſa deſcriptionis ordinis creationis.

Cum autem creatio momentanea DEI operatio ſit, & creaturæ à primo Ente talem eſſentiæ & exiſtentiæ actum acquirant, qui ita limitatus eſt; ut quovis momento præterito in antiquum nihilum redire poſſit. Status enim noſter in continuo fluxu verſatur; qui præſenti præteritum, & futuro præſens annectit, neque ſimultaneæ ſunt noſtræ durationes. Quapropter neceſſarium fuit, ut omnipotens virtus creationis continuaretur, quæ hodie & adhuc dum perſeverat, etiamſi ſabbatho definita, nullas novas ſpecies producat; ſed omnia velut in manu & gremio altiſſimi conſervet. 102. Status rerum in mundo fluidus & temporaneus 103. Propterea continuata creatio vel conſervatio Divina neceſſaria.


Hinc rerum omnium felicitatem colligere licet; quæ conſiſtit in reverſione ad principium. Spiritualis enim creatura ſcilicet Anima humana redire cupit ad creatorem; qui inflavit eam corpori, ut ex primi hominis creatione apparet. Materialis autem quæ ex nihilo producta, non in nihilum negativum, ſed ad principium ſcilicet ſummam naturalem perfectionem ejus inclinat, & omnibus modis deſtructionem ſui in nihilum fugit, & adverſatur, è contra in principio omnem felicitatem acquirit. In creatione enim omnia pulcherrima, robore naturæ, juventutis & bonitatis feliciſſima fuiſſe mox in ſequentibus percipiemus. 104. Rerũ omnium felicitas in reverſione ad principiũ. 105. Animæ principium in creatore. 106. Corporum felicitas in primæva pulchritudine.

Sicut omne artificium ſuum artificem deſignat, neceſſitate naturæ & relationis; ita quis mundi Architectus omnipotens fuerit, declarat Moſes verbo אלהים in plurali numero, literali ſed & Myſtico ſenſu Perſonarum Deitatis & pluralitatem & coopertionem deſcribens, & unitatem eſſentiæ per ſingularem numerum ברא creavit, explicans. 107. Creator mundi eſt Deus Tri-Unus.

Sic ergo S. Trinitas mundum ex nihilo creavit, & tradidit æterno Adamo, ut omnipotenti virtute verbi eum exornaret, propterea mox ſequitur, quod Spiritus Dei ferebatur ſuper aquis fovendo, unde ſpiritus animalis; Poſteaque factum eſt primum verbi mandatum FIAT LUX &c. & exortus eſt ignis velut balſamum naturæ ſubtiliſſimum. Itaque primo die corpora, à quibus omnis naturæ virtus & motus dependent, per verbum à Spiritu Omnipotenti Creatore producta fuerunt. 108. Adamus æternus eſt univerſi exornator & protector.

Propterea S. Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Epheſ. 3. verſ. 8, ſic loquitur: *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus Evangelizare inveſtigabiles divitias Chriſti, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis in Deo, qui omnia creavit ut innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus, per Eccleſiam multi formis Sapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro &c.* Quodſi ergo Myſterium etiam Angelis à ſeculis abſconditum fuit, quod Deus per Chriſtum omnia creavit, & in temporibus Meſſiæ S. Apoſtolo Paulo gratia commiſſa fuit Evangelizare & explicare Eccleſiæ Chriſti multi formem ſapientiam Dei, quam fecit in Chriſto Jeſu, ut tandem per Eccleſiam principatus & poteſtates Angelorum informentur, ineffabile utique erit & nunquam ſatis celebrandum Myſterium. 109. Chriſtum Dominum creatorem coram Eccleſia & Angelis primus declaravit S. Apoſtolus Paul. 110. Sublimitas myſterij creationis.

Abſolutis creationis & creatoris conſiderationibus, mentis oculos ad creaturam nunc dirigimus, quæ eſt COELUM ET TERRA, ſive ſyſtema mundi ad uſque ſphæram ſtellarum fixarum, quam velut ſupremam aream naturæ & creatoris, ſideribus ſplendidiſſimis ab æterna luce accenſis, ultra & ſupra cœlum & terram à Deo poſitam eſſe, mox audiemus. 111. Nunc ſermo de creatura cœli & terræ.



112. Tres mundi Ægyptiorum terreſtres, aqueus, & igneus.

Sunt igitur ad mentem Ægyptiorum tres mundi, prout in ſchemate præſenti apparent. Terreſtris in centro. A. cœleſtis ſphæra BB. ſed igneum mundum prout nondum creatum ſub radijs divinæ lucis occultamus, & ſermonem de cœlo & terra inſtituimus.

113. Cœli & terræ dimenſio primæva adhuc dum conſtantiſſima.

Creationis terminum ſubſtantiam eſſe ; ſuppoſitum ſine ulla contradictione veriſſimum erit. Nunc ponamus problematicè, ſpacium à ſuperficie B. per centrum A. ad uſque oppoſitum B. quod pro cœlo & terra recenter creata ſubſtituimus, eſſe octo millium milliarium longitudinis diametralis, facillimus eſſet computus latitudinis & profunditatis circularis, quæ hodie, ſicut primæva fuit, adhuc dum in cœlo aquoſo & centro naturæ terreſtri perdurat. Namque ſemel à Deo qualiscunque ſit, poſita dimenſio immutabilis, & uſque ad totalem rerum interitum perennis eſt.

114. Subſtantiæ rerum ſemper durabiles velut æternæ ſunt.

Quod declarat 1. ipſa Creatoris æterna conſtantia 2. ſubſtantiæ creatæ impoſſibilis interitus, quia nimirum à tali Ente eſſentiam accepit, cui non reſiſtere, nec ſponte contra ejus omnipotentiam annihilari poteſt 3. poſito, ſpatium B. per A. ad opoſitum B. ab ignorante pro vacuo exiſtimari, erit nihilominus & manebit ſpacium emenſum, alias ad nihilum recederet ille vanus ſpectator ; ſin ergo

115. Quia creator immutabilis.

cavitas non dicam tot milliarium ; ſed longitudinis latitudinis & profunditatis dimen-

dimenſionibus determinata ſit, habebit utique quantitatem ad corpus. 4. Pro- 116.
pterea cum diameter ille à nobis pro octo millibus milliarium depictus, puris Et creaturæ nullum de-
ſubſtantijs repletus ſit, namq; Deus ullum accidens, multo minus vacuum vel ſtructionis
nihilum creavit, ſequitur nec retrocedere nec terminos mutare poſſe ſyſtema principium
illud creatum; dum ſubſtantia non recipiat magis & minus ſecundum vulga- internum habent.
tum; proprium enim & inſeparabile attributum, ſcilicet dimenſionem relinque- 117.
ret, quod repugnat. 5. in tota illa dimenſione nullum vacuum corporibus in- Nullumque
tercedere poteſt, per quod mutaretur; quia quantitas realiter à ſubſtantia dif- vacuum mutationis me-
ferret, & poneretur extra corpus; & ſuperficies vel terminus medius inter dium.
corpora vicina eſſet immenſa; cùm vacui nulla Dimenſio ſit; quæ omnia hæc 118.
quam abſurda & ridicula ſint, quivis facile pateſcit. 6. Nullam ſubſtantiam ex- Quia ſubſtantiæ pro-
tenſione majorem fieri poſſe, exinde manifeſtum eſt, quia indiſſolubilis eſt con- prium eſt
nexio loci cum extenſione corporum, ubicunq; enim locus, ibi extenſio, hinc immutabilem eſſe.
locus non acquirit plus per Auri quam per Aeris aut ſpongiæ ſubſtantiam; quia 119.
partium materiæ quantitas non dependet à ſoliditate aut poroſitate; ſed à ſola Corpora non
extenſione; quæ eadem eſt in corporibus ſolidis & poroſis; denſitas autem & admittunt vacuam ſu-
laxitas à rerum figuris emanat, & quod corpus poris intercedit, ad illud realiter perficiem.
non ſpectat, nec exinde magis vel minus extenſum eſt, inſuper ante reliqua crea- 120.
ta, ulla aquæ & terræ poris alia corpora intercedere potuiſſe, impoſſibile fuit. Nulla ſubſtantia ex-


Exinde ſequitur ſubſtantiam cœli & terræ primitus creatam ſine omni læ- tenſione ma-
ſione vacui ſolidiſſimam, immutabili quantitate dimenſam, perfectiſſima figu- jor fieri poteſt.
ra ſphærica exornatam fuiſſe. Nullum enim corpus ſine demenſione, & nulla 121.
quantitas ſine figura reperitur. Sed figurarum eſt, eſſe

Figuras autem cœli & terræ diverſorum corporum quod ſpectat, omnium denſum, la-
figurarum ſimpliciſſima & perfectiſſima primo eſt rotunda, quæ in puncto re- xum, ſoli-
quieſcit. A puncto autem fluit linea, quæ expreſſa & ſeſe multiplicans, pri- dum &c.
mam compoſitam figuram triangulam producit, uſq; dum hæc omnia puncto in 122.
principium recurrente, rotunda ſphærica mundi forma in ſinu & manu altiſſi- Subſtantia primitus
mi terminentur. Clariſſimum autem eſt quo remotus à centro, eo perfectio- creata ſoli-
rem figuram corpora obtinuiſſe, propterea punctum pro lucis proximè ſucceſ- diſſima fuit. 123.
ſuræ, Lineam pro Cœli, & Triangulum pro Terræ figuris; hoc in ſchemate no- Figuræ cor-
bis adaptamus, nam quomodo reipſa cum eorundem eſſentijs conveniant in ſe- porum pri-
quentibus docebimus. mævorum.

Cœli nomine Aquas ſignificari, ex Sacro textu res clara eſt. Nam ſuper 124. Ignis figura
quo, velut altero, inter duo ſola exiſtentia perfectiſſimo, ad contra diſtinctio- rotunda.
nem alterius informis; Spiritus Domini ferebatur fovendo; illud Cœli nomine 125. Aquæ figura
intelligendum ſed de aquis expreſſe Moſes &c. 2. Evincit id vocis השמים longa.
Etymologia & ſenſus literalis, & 3. Aquas tunc temporis productas fuiſſe, te- 126. Terræ figura
xtus ſcripturæ loquitur, quod nimirum tertio die aquæ ſegregatæ ſolum, non triangularis.
vero demum creatæ fuerint. 127.

Aquas figura longa præditas eſſe, 1. earundem quantitas declarat, cum Cæli nomine aquæ deno-
enim diverſa corpora à Deo primitus creata fuerint, quorum primum lucis Idea tantur.
perfectiſſimum; rotundam formam obtinuit, Aquæ ſecundum gradum conſi- 128.
ſtentiæ ferentes; proximè ſequentem figuram, quæ longitudo eſt, acceperunt. Aquas longa figura con-
2. oſtendit idem & locus, in quem à Deo Aquæ repoſitæ fuerunt, ſcilicet infra ſtare probatur.
lucem, forma rotunda conſpicuam, ex quo colligere licet; quo centro proxi- 129. Ex ejus
miorem locum, eo ignobiliorem materiam, atq; etiam figuram imperfectiorem quantitate.
reportaſſe. 3. ſcala natura à ſimplici ad compoſitum deſcendens monſtrat, 130.
corpora quo centro proximiora eo magis compoſita, & multiplici figura de- Ex ejusdem
preſſa eſſe. loco.

Hinc. 4. tanta eſt aquæ groſſities, ut dum ignis effluvia vitra & ſolidiſſimos 131. Ex ſcala ſim-
lapides penetrent, Aqua è contra vix chartam pertranſire poſſit. Ratio autem plicium & compoſitorũ.
in vitro videns eſt, namque ejus pori obliqui igneis globulis tranſitum conce- 132.
dunt, propter rotunditatem corporis, in angulos omnes accedentis, ut in ſche- A deficiente ſolidorum
mate litera A. apparet. penetratione.



Lit. B



Lit. A

133. A Motu. Aquam vero non admittit, non tantum propter groſſitiem, ſed & ob longitudinem in anfractibus pororum hærentem, videatur lit. B. 5. Motus Aquarum etiã explicat figuram oblongam; cum aquarum natura in fluido & liquido conſiſtat, corpuſcula ſe ſe invicem comprimentia ob longam teretem & lubricam figuram diffluunt, & ad latera removentur. Hinc in peripato diverſiſſimæ opiniones de humido, quod difficulter in proprio, facile vero in alieno loco contineatur &c.

134. A compreſſione. 6. Declarat etiam figuræ longitudinem compreſſio aquarum arctiſſima, quam in lagena experiri licet, quæ ſi aëre repleta, Hermetice ſigillata, & igni ſuperpoſita ſit, igneorum corpuſculorum transcurſum facile admittit, ſi vero aquam contineat, quam primum ignis effluvia ad aquam pertingunt, propter ſpacii defectum aquam moveri, & vaſis compages etiamſi fortiſsimas frangi animadvertet.

135. A ſplendore. 7. ſplendor aquarum etiam corpusculorum ſuperficialium longitudinem certò refert. Si enim ad ſtagnantis aquæ ripam aliquis deambulat, imaginem ejus velut è ſpeculo intuetur, quæ planam & nitidam ſuperficiem demonſtrat, velut in unionibus, quæ pulcherrimè reſplendent nativa formoſitate, ſi vero ſuperficies eorum confundendo aſpera fiat, & multis angulis opaca, omnem fulgorem amittent.

136. Sententia Platonis de Elementorũ figuris. De figura aquarum Plato ita ſcribit. Aquæ eam ſpeciem ſolidorum, excepta cubica, quæ difficillime movetur attribuimus eam quæ facillimè igni, mediam aëri; & minimum corpus igni, maximum aquæ, medium aëri, & rurſus acutiſsimum igni, ſecundum aëri, tertium aquæ. Ex his omnibus eam ſpeciem, quæ pauciſsimas habet baſes neceſſe eſt ex natura facile moveri, & maxima ſecandi vi præditam eſſe, ut quæ omnium acutiſsima leviſsima ſit, & ex pauciſsimis partibus conſtans, ſecundam ſecundario, tertiam tertio loco. Plato in Timæo.

137. Terræ nomine ſolida corpora denotantur. Terræ nomine omnem ſolidam materiam, quæ vel nunc in corporibus Planetarum, vel à ſuperficie terræ ad uſque centrum mundi latet, à Sacro ſcriptore denotari, ſequentia ſatis declarabunt. Propterea Plato inquit: *Terram quod in ſe non habet, ſolidum eſſe inquit. in Timæo.*

138. Terræ figura Triangularis eſt, quod demonſtrat. Terram Triangulari figura à Deo exornatam eſſe, ſupra jam diximus, quod nunc probamus 1. cum ad talia ſimplicia corpora nullæ figuræ præterquam rotunda, longa, & triangula idoneæ reperiantur, reliquis pro igne & aqua jam diſpenſatis, ultima pro terra Triangulalis manebit.

139. Figurarum ordo. 140. Facies rerum aſpectabilis. 2. oſtendit etiam ejus moderna facies, Terram compoſitâ figurâ, corpuſculis longis, latis, acribus, tortuoſis, triangularibus, conſtare, namque baſes & latera corporum terreſtrium non bene coaleſcunt, ita ut terra velut omnium rerum mater ad recipienda è crateribus ſtillantia balſama aperto velut ore ſitiat, illisque ex ſatiata pinguis & gravida evadat.

141. Terra dehians. 142. Undoſa veſtigia. 143. Aquæ puritas, corpuscula terrena deprimens. Videmus etiam, præprimis in veris & autumni tempore, terræ ſemper admixtam eſſe aquam, cœlo imbribus, nebulis & rore lachrimas edente, ut in terræ plano incedenti ramorum depreſſione veſtigia ſqualore madida conſpiciantur, quod magis apparet in locis aquoſis. Econtra vero aqua ob lubricitatem & tenuitatem admixta corpora terreſtria ad fundum ire propellit, hinc aquæ præſertim radijs ſolaribus depuratæ, criſtallinæ apparent.

144. Cruſta terreſtris. 145. Reſolutio per chimiam. Ex iisdem etiam triangularibus corporum figuris exoritur cruſta terreſtris à ſole indurata, per aquarum extractionem, quæ in locis paludoſis interdum profunditate non pedem exæquat, in fertili planitiæ ultra quindecim pedes rarò deſcendit, in montibus vero ad uſque petrarum & minerarum radices excurrit. Frigida acria & triangularia eſſe corpuſcula terreſtria, etiam reſolutio per artem ſpagyricam inſtituta oſtendit, quæ terram à vinculis ſocietatum igne liberatam, rigidam, floridam pulcherrimam offert.

146. Corporum ſolidorum robur. 147. Lapidum ſoliditas unde? Nec minus requirit id corporum terreſtrium ſoliditas, & robur, præſertim in lapidibus & metallis, quæ enim non firmiter cohærent, nec ſolidis ex rebus, vinculis naturæ optimis clauduntur, levi motu reſolvuntur; propterea terreſtrium tanta ſoliditas, hinc lapides duritiem & con-

& conſtantiã acquirunt ex corpuſculis terræ groſſis & rigidis, ſpiritu & balſa-
mo cœleſti coaleſcentibus &c. 3. Locus certo evincit, aquis in longitudinem 148.
extenſis, id quod diverſum eſt corpus infra deliteſcens, figurâ magis ad compo- Locus cen-
ſitionem accedere; quod 4. ipſe naturæ ordo demonſtrat; qui ad centrum natu- tralis. 149.
ræ figuras pro ſolidorum firmitate idoneas, in ſublimi autem pro rerum conſer- Ordo naturæ.
vatione ſimplices repoſuit. 5. Pororum laxitas teſtatur, angulos hinc indiq; de- 150. Pororum la-
hiantes eſſe, namq; ſuperficiem terræ penetrant Aeris & aquarum corpuſcula, xitas.
totam cruſtam terreſtrem pervadunt ſyderum effluvia, quod in Metallorum
generatione liquet, quinimo duriſſimos lapides & Muros inexpugnabiles per-
meant ſpiritus Nitroſi, ita ut tales pororum ductus non niſi ab angulorum inor-
dinata poſitione evenire, & in ſimplici terreno corpore primam ſimpliciſſimam 151.
figuræ compoſitionem reperiri neceſſum ſit. 6. cum planities aquarum à longa Terræ opa-
nitida figura reſplendeat, nam propter angulorum radijs luminis oppoſitorum citas.
inæqualem ſuperficiem, ſemper opaca eſt area terrena; Hinc in nocte Novilunij
ex ſpecula proſpicientiè terræ convallibus nil niſi nebulæ tenebrarum apparent,
è lacubus vero aut fluvijs, vel Salo, reſiliunt lucis ſyderum faces, quæ in aëre
coruſcum lumen efformant. 7. Figuram compoſitam triangularem teſtatur 152.
Terræ corporis æterna quies. Terram enim velut baſin & centrum univerſi Quies globi
immobilem eſſe infra demonſtrabimus. Tandem Plato figuram Terræ aqua- terreni. 153.
lium laterum triangularem, & totius ejus globi cubicam eſſe docuit, propterea Platonis te-
quod ex quatuor generibus immobilis ſit. videatur Plato in Timæo. ſtimonium de figura terræ.

Eſt igitur cœlum & terra Mater omnium rerum, & prima materia totius
hujus ædificij mundani, ignis vero vita quaſi eſt, omnia conſervans, fovens & fer- 154.
mentans. Videmus enim luce in compoſitis ex mixtis corporibus extincta, o- Cœlum &
mnia ad reſolutionem & primam materiam feſtinare. Exhalat ex animalium terra prima materia eſt
cadaveribus ſpiritus animalis, ad aquas Criſtallinas aſcendens, humidum illud totius uni-
radicale Ariſtoteli & Galeno olim incognitum. Ex vegetabilibus deficiente verſi.
nativo calore, ſiderea aquoſo Terreſtria effluvia emigrant. Ex mineralium 155. Ignis velut
Regno, extincto oleo ſolari, redundat copioſum ſal terreſtre, ſuccusq; Mercu- forma & vita
rialis. Atq; in omnibus hiſce Regnis ad generationis & corruptionis opus, cœ- eſt omnium rerum.
lum & terra, ſubſtratæ primæ materiæ vicem gerunt. Omnia enim verſus cen- 156.
trum velut ad quietem naturæ per reſolutionem deſcendunt, atq; ibi cœleſtium Omnia de-
ſpirituum emiſſione in aquam & terram denuò revertuntur. Sic etiam omni- nuò in aquã & terram re-
um generationum ortus, & ſpermata totjus naturæ, ab aquis & terra, velut baſi ſolvuntur.
& matre dependent, ut in eandem velut magnetem omnium cœleſtium virtutes 157. In aquam &
deriventur, & Omnipotenti Rectori ad Idearum individualium conſervatio- terram omnium cœ-
nem obediant. leſtium virtutes deſcendunt.

Hinc materiam vocavit Moſes abyſſum, & Plato eam appellavit Matrem altricem
germinum, ſinuum receptaculum, ſylvam, locum, uti optime collegit Gabriel Buratel, de
materia & privatione lib. 10. 158. Materiæ primæ nomina.

Hiſce fulcris primordialibus ſubſiſtit univerſum mundi ſyſtema pulcher-
rimum. Nec enim alia elementa in mundo reperies quam cœlum & terram, qui- 159.
bus loco formæ ſuperaddita lux, & ex his tribus omnis naturæ fons, velut ex Elementa
oceano ſcaturiginem & recurſum in mare accepit. Namque corpora ex terra tria in mundo.
ſcilicet ſale, ex aqua nimirum liquore & ſpiritu, & tandem ex igne ceu ſulphure 160.
& forma conſtare, dudũ demonſtravit curioſa Magiſtra Alchymia, & naturalis Terra, aqua, ignis, ſal
corporum reſolutio. Propterea ex hiſce informibus cœlo & terra primo creatio- Mercurius &
nis ordine ſuppoſitis, Deus poſtea infinitas corporum varietates & Ideas eduxit. ſulphur.

SECTIO II.

Cap. I. Geneſ. verſ. II.

TERRA AUTEM ERAT INANIS ET VACUA ET TENEBRÆ SUPER FACIEM ABIJSSI ET SPIRITUS DEI FEREBATUR SUPER AQUIS.

VAcuum in natura reperiri, à primo creationis principio impoſſibile fuiſſe, 161.
jam ſupra rationibus deduximus, quas paucis repetere hoc loco operæ Nullum in
pretium erit. 1. Ponamus ſyſtema mundi eſſe duodecim millium natura vacuum.

 millia-

161. Nulla cavitas ſine extenſione & nulla extenſio ſine corpore.

milliarium latitudinis diametralis, ab una extremitate ad aliam, ſitque illa cavitas tot milliarium ſolo vacuo repleta; cavitatis nomen proxime præſupponet certam dimenſionem; alias non eſſet cavitas; ſed nihilum; & per conſequens nec vacuum; ſi ergo cavitas dimenſa, utiq; habebit longitudinem, latitudinem & profunditatem, & per conſequens corpus, quia ubicunque dimenſio ibi corpus & ſubſtantia, nullumq; vacuum reperitur; quia extenſio ſpacij & loci interni non differt ab extenſione corporis, ſed pertinet neceſſario ad ſubſtantiam

163. Poſito vacuo ſuperficies rerum infinitæ eſſent.

quæ corporea eſt 2. ſi vacuum eſſet intermedium corporum; tunc ſuperficies rerum infinita, immenſurabilis, & per conſequens terminus medius inter vicina corpora, non locus, ſpacium aut cavitas eſſet, quod abſurdiſſimum eſt. 3. nec quantitas, figura, motus aut locus corporibus ipſis remaneret, quia ſuperficies

164. Corpora nec quantitatem figuram motum aut locum haberent.

corporum ad infinitum terminaretur. Sic 4. etiam nullum ſyſtema in mundo abſolutum eſſet, quia infinitis paraſangis corpora ſine ordine diſtarent. 5. Nulla eſſet in natura vacui fuga; quam inexpugnabilem & inſuperabilem eſſe didicerunt omnes, qui naturæ penetralia inſpexerunt, de quibus infra.

165. Nullum eſſet mundi ſyſtema.

Reſtat ergo, vacuum quod aliqui Philoſophi finxerunt, eſſe vel partum ex Jovis cerebro oriundum, vel cavitatis repletionem ab aliqua materia factam, ad quam ſenſibus non pertingere poſſunt, & pro ignoto Deo vacui nomine colunt; Non enim ea quæ ſenſibus inacceſſa ſunt corpora; quo nihilo reputanda eſſe,

166. Nulla eſſet fuga vacui in natura.

mox ubi de cœli effluvijs ſermo erit, percipiemus.

167. Senſibus inacceſſa non pro nihilo æſtimanda ſunt.

Vacuum ergo, de quo ſanctus ſcriptor, fuit abſentia ſeminum & Ideorum, quæ poſtea terræ inſertæ fuerunt. Namq; Moſes populum Iſraeliticum de cœli & terræ creatione certo ordine informare intendens, inquit: in principio creatum eſſe cœlum & terram, ſed ne forte exiſtiment, idem cœlum, ut ipſorum oculis patens, & terra tunc temporis aſpectabilis fuit, ab ipſo denotari; & ſequentem ejus ſcripturam de exornatione per ſextiduum pro falſa exiſtimari; praeoccupando interloquitur: & terra erat inanis & vacua, ſcilicet ſeminibus hiſce

168. Terra quomodo vacua fuerit ſecundum Moſen.

& ſpecificis rebus nondum exornata, neq; ſydera lucebant in cœlo, ſed tenebræ erant ſuper facie abyſſi aquatum, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquis, nihilque movebatur intrinſece, niſi à ſpiritu fovente vel incubante, ut Syrus interpres vertit.

169. Cauſa deſcriptionis ſtatus cœli & terræ primævi.

Qualis autem illa terra primæva inanis & vacua fuerit, difficile eſt alicui in hoc rerum mundanarum ſtatu ſenſibus offerre; cum omnipotentia & omniſapientia Dei per ſextiduum operoſæ creationis innumerabilium Idearum ita

170. An illa primæva terra adhuc dum in natura viſibilis ſit?

eam exornarit, ut priſtinam faciem noſtris oculis occultet. Ultra montium radices ſabulum naturæ virgineum reperiri, quod Dref & qualem vocat, ſcribit Helmontius. Terram, qua Metallurgi in expurgandis nobilium Metallorum corporibus utuntur, & Teſtis probatorijs imponunt, ad primitivam terræ faci-

171. Sabulum Dref Helmontij.

em proxime accedere; ex his rationibus conjicitur; 1. quod extremis ignis purgationibus à ſeminibus rerum minutiſſimis liberata, & qua elixivante ſalibus ſpernaticis ferè deſtituta ſit; 2. mirabile eſt, quod vi divinæ benedictionis

172. Terra probatoria Metallurgorum proxime accedit ad terram primitivam.

ad producenda germina & recipienda ſemina appetitu ferè inſatiabili gaudeat. Hinc 3. Terra talis chartica ſal centrale appellari poteſt, exinde, quod metalla igne fuſa reſolvat, ſibique intime ad proximet. 4. quia cœli effluvia velut ſimplicitate affinia attrahit, quod aeri aliquandiu exponendo quiſpiam experiri poterit. 5. quia in corporum reſolutione extrema, velut baſis & prima ac ultima materia permanens eſt, rebusque matricem fœcundatis exhibet.

173. Prima materia qualis fuerit? 174. Inter duo primitus creata quodnam prima materia fuerit? 175. Prima materia ante lucē creata eſt.

Ut autem omnibus fiat notiſſimum, quamnam materiam pro prima illa rerum matrice intelligamus, præſupponimus primo ad ſenſum ſacri textus, duo primitus ſub cœli & terræ nomine creata fuiſſe corpora, quorum unum videlicet aquæ divino ſpiritu fotæ fuerint, & ſic non ad infimum naturæ gradum reponendæ, cum ex fotu illo omnipotenti ſplendida aquarum Idea provenerit. Terram autem inanem & vacuam, & ſuper ejus abyſſo tenebras fuiſſe, S. Textus clariſſime refert; ſecundo præſupponimus primam illam materiam ante lucem creatam fuiſſe, cum lucem prægreſſerint tenebræ ſecundum Moſen, ſic ergo præpoſitam habuit materiam, quam poſtea repulſis tenebris illuminavit, ergo lux non fuit prima materia.

Cum

Cum autem præter aquam, terram & lucem, nihil primo die creatum fuerit, 176.
ſequitur aut ex his unam, aut nullam materiam fuiſſe primævam, ſed poſitivam Prima mate-
utique fuiſſe primam materiam conſequens eſt, quod fuerit prima creatura, & ria poſſitiva realis eſt.
per conſequens ſubſtantia, namque creationis eſt in ſubſtantia non in accidente
terminari.

Quod ſi ergo prima materia ſubſtantialis eſt; utique corporearum creatu- 177.
rarum prima materia erit corpus primum, quod ita productum, ut prima ſim- Prima mate-
plicitate omnium creaturarum baſis ſit, & in quo lucis & tenebrarum, gene- ria ſubſtan-
rationis & corruptionis ſempiterna viciſſitudo reſolvatur. tialis eſt pro- ut creata.

Corporea autem dum ſtatuitur prima materia, erit neceſſario quanta, 178.
figurata & mobilis, cum corporum inſeparabile, conſequens ſit quantum eſſe, Omnis ſub-
& quantitatem certæ figuræ & motus, ut umbra corpus ſubſequantur. ſtantia quanta figurata & mobilis.

Hoc autem nemo applicet ad ſanctam Euchariſtiam; in qua longe ſupra 179.
curſum naturæ tremendo myſterio accidentia panis & vini in ſola exiſtentia, Realis diffe-
mutata rerum eſſentia remanent, ſic ut in hoc caſu inter eſſentiam & exiſtentiam rentia inter
realis differentia intercedat. eſſentiam & exiſtentiam

Ut vero ad noſtrum priorem diſcurſum revertamur, tritum eſt in com- in ſancto
muni philoſophia illud axioma: Materia & forma relata ſunt, propterea etiam Euchariſtiæ
ſimul. Quod ſi ergo prima materia erit corporea, quanta, figurata, & mo- myſterio 180.
bilis, erit utique informata, cum à forma τὸ eſſe & exiſtere dependeat. Re- An poſita
ſpondeo talem quam alij ſibi imaginantur formam, in natura nullibi reperiri, materia re-
ſed ponam exemplum, DEUS creavit primam materiam tali corporis ſigillo quirantur formæ, vi re-
characteriſatam, ceſſante Divina ejus ſuſtentatione ceſſat & cum tota ejus lationis?
idea materia prima; quæ igitur eſt cauſa totius eſſentiæ & exiſtentiæ? nonne 181.
ſigillum vel Idea à DEO impreſſa? quam à divina benedictione & providentia Materiæ eſ-
in ſecula durationem accepiſſe, clariſſime Moſes in ſequentibus docebit. ſentiæ & exiſtentiæ cauſa.
Idea igitur quam Plato & primi philoſophi docuerunt, nihil aliud eſt, quam 182.
ſapientiæ divinæ radius, innumerabiles ſpecie differentes creaturas ſub Idea Platonis quid ſit?
primis creationis ſigillis conſtanter conſervans, & in manu omnipoten- 183.
tiæ ſuſtinens. An compoſi-

Sed opponent alij, hoc quidem de prima materia quæ ſe merè paſſive ha- ta corpora forma præ-
bet, quadrare poſſe, ſed aliam rem eſſe cum reliquis corporibus ſcilicet igne dita ſint.
aëre, aqua, metallis, mineralibus, plantis & animalibus. Regero iterum, 184. Negativa de-
etiamſi talia ſimplicia & compoſita corpora mirabiles edant actiones, nihil- fenditur ex
ominus omni forma prorſus carere (excepto homine) deducam exinde. 1. quia cauſis. 185.
poſitis iſtis formis realiter à corpore diverſis, ſine ulla neceſſitate nova entia, 1. Entia ſine neceſſitate
nunquam creata effingerentur. 2. formæ illæ aut eſſent ſpirituales aut mate- non ſunt
riales, ſi ſpirituales velut anima & Angeli, quot hæreſes orirentur in Mundo? multiplican-
Si materiales, ergo conſtarent ex primis corporibus, ſimplicibus vel compo- da. 186.
ſitis, & res in circulum rediret. Melius ergo eſt, relinquere materiam ſine 2. Formæ illæ neque eſſent
omni forma ſolitariam, nam 3. æternæ veritatis regula eſt, ceſſante virtute ſpirituales neque mate-
creatoris, etiam creaturam in priſtinum nihilum reverti, cum creatio ſit actio riales. 187.
ex nihilo aliquid producens, dum itaque creatio momentanea actio ſit, quæ 3. Quia omnia à Di-
infinitam virtutem requirit, infinito corpore omne momentum, præteritum ad vina virtute
nihilum ceſſaret, propterea ut creatura conſervaretur, optimus & miſericors dependent.
Deus creationis actum per providentiam continuavit, & ut ad omnipotentiam 188. Conſervatio-
& omniſapientiam ejus omnia Bona manerent, benedictionis ſigillo cuncta ob- nis ſigillum
firmavit. à creatione omnia ſuſtetat. 189.

Quæ igitur Animalia bruta, Herbæ arbores, Metalla, lapides & cœli, ſide-
rum, aquarum ſupracœleſtium, aëris, aquarum & terræ varijs corporibus co- Corpora ſub-
agmentata fuerant, permanſerunt, & reſervata ſpecierum per ſemina propaga- lunaria ex cœli & terræ corpori
tione ſola individua taliter mutata ſunt, ut putrilagine corrupta emiſerint ad bus coagmentata ſunt, &
ſuperiora iſta ſiderũ, cœli & aquarum corpora, ex quibus conſtabant, ſic ut ſuc- 190.
cedente cœli influxus ordine, per generationem mundi pulchritudo ſervaretur. Benedictione divina perfe-
Hinc advertimus etiam virtutem DEI in minimis operoſam, quod ſingula ſu- minam ſpecie-
am ſpeciem conſervare velint, & interdũ Herbæ, ad ultimos cineres combuſtæ. bus conſervantur. 191.
ſemine Divina virtus operoſa in ſpe-

[ſierum conſervatione.] ſemine reſervato reviviviſcant, quæ rerum naturalium ſumma felicitas eſt, redi-
[192. Summa rerum naturalium felicitas] re ad priſtinum creationis ſtatum, in quo omni flore, virtute & pulchritudine
gaudebant, & ſic ad mandatum Dei creſcere & ſeſe multiplicare allaborant.

Cum autem omnis difficultas, formarum ergo, in tam mirabilibus anima-
[193. An mirabiles rerum virtutes non à formis oriantur?] lium & vegetabilium actionibus verſetur, quas putant non in ſole, ſideribus, &
toto cœlo reſidere, & quod ipſe aliquis non habet, alteri communicare non po-
teſt, neceſſum ergo eſſe dicunt. ut aliunde oriantur; Reſpondeo ipſis; exami-
nemus brutorum omnes actiones, deprehendemus primo in iis ſenſum com-
[194. Actiones brutorum animales unde?] munem, phantaſiam & reminiſcentiam parvam, hæc omnia ab Aquis ſupra-
cœleſtibus in nos & bruta deſcendentibus oriri, ſpiritus divini fotus aquarum
primigenius certo evincit. Nam præter quod ſacer textus utatur voce
[195. Aquæ ſupracœleſtes omnis virtutis animalis cauſæ ſunt.] מרחפת, quæ fotum velut Gallinæ declarat, videmus in brutis & hominibus pro
majori cœli influxus ordine alium ingenioſiorem, quendam prorſus ſtupidum
& ſtolidum, hoc animal ſagaciſſimum, illud è contra ejusdem ſpeciei negligens
eſſe, quod præſertim in equis & canibus reperiri licet; quo ergo plus de cœli
influentiis fruuntur beſtiæ, eo aſtutiores & allacriores ſunt. Senſus eorum
[196. Senſus brutorum exteriores unde?] exteriores quod ſpectat, cum ipſa ſint cœli effluvia, quæ per oculos, aures, na-
res, linguam & omnes nervos ad cerebrum intrant, & interiora ſenſuum orga-
na excitant; quare non à ſideribus provenire poterunt, cum manifeſtum ſit,
[197. A ſideribus proven.] omne lumen & colorem à luce & ſole deſcendere, quod ſi ergo ſolis radij inte-
riora afficiunt, ut poſſint exteriora mediante lumine percipere, quare non ipſa
[198. Non omnia ſenſibus noſtris in acceſſa falſa ſunt.] percep tionis virtus cœleſtis ſit, nemo mihi aliter perſuadere poterit. Namque
non ea, quæ cujuslibet Ruſtici manibus & oculis obvia tantum, pro veris
habenda ſunt, ſed & quæ acutiori mentis penicillo eliminanda, ſic enim neque
Deus omnipotens & omniſapiens habendus eſſet, qui nude & crude omnia
condidiſſet, neque ad gloriam ejus ex mirabilibus exaltandam, homini ratio-
[199. Modus animantium unde?] nem addidiſſet. Motum, reſpirationem, pulſificam virtutem, nutritionem &
ſimilia à cœli virtutibus oriri facile credent, ſi ſuperiora ſatis ſibi approbata
habebunt.

[200. Natura brutorum, plantarum &c. oſtenditur.] Exinde concludo, poſitis ex mandato Dei combinantibus his & illis cœli
& terræ corporibus, orietur hoc vel illud animal, planta &c. reſolutis iisdem,
ceſſabit ejus Idea vel character, qui quamdiu durat, cœli & terræ virtutes con-
nectit, ita ut nutritione ſuccedat auctio, ſufficienti auctioni generatio, usq; dum
flore ætatis palleſcente, ad putridum naturæ occeanum deſcendant.

[201. Homo eſt cœlum, Angelus & Dei imago.] Longè aliter autem cum homine accidit in creationis opere, namque in-
ſpiravit ſibi Deus ipſe ſpiraculum animæ viventis, & ſic factus homo, qui eſt
cœlum Angelus & ipſiſſima Dei imago, cujus anima velut monarcha in cor-
pore regnat, ſed de omnibus hiſce in capite quinto & ſexto plura.

[202. Nulla forma à Materia diſtincta reperitur.] Et recenſitis hiſce paucis eluceſcet, quod præter primam materiam,
ſolæ reliquæ à Deo exornatæ materiæ compoſita ingrediantur, & nulla rea-
liter diverſa forma materiæ aſſiſtat, ſic ergo nec qualitates vulgo notæ à formis
illis fictitiis fluentes defendendæ erunt.

[203. Neque qualitates reales ullæ conceduntur.] Sunt autem qualitates vulgi in tres claſſes diſtributæ, prima continet
calorem & frigus, humiditatem & ſiccitatem. Quid quæſo reſpondebunt
earum Patroni? ſi vel ad minimum leviora corpora propè fornacem turbinis
inſtar gyrari aſpiciant, nonne enim ad eorum ſententiam per fornacem tranſit
[204. Exemplum caloris & primatum qualitatum.] calor non ignis, quod ſi ergo calor tanquam accidens hujus effectus cauſa, &
accidentis eſt ineſſe, in quo ſubjecto ſuſtentabitur calor per fornacem difflu-
ens? non in aëre quem humidum eſſe, Ariſtoteles & S. Thomas refert, 2. de ge-
ner. & corr. l. 2. textu. 23. Ignis autem ſiccus eſt, cumque contraria non poſ-
ſint eſſe in uno ſubjecto, eodem tempore. ubi ergo calor ille extra fornacem ſe ſe
diffundens manebit, meliusque erit in veritatis ſemita manere, quam falſa ge-
nerationum inſomnia enarrare.

[205. Neq; dantur ſecundæ qualitates.] Secundas qualitates quod ſpectat, ab iisdem vocantur corpora gravia, le-
via, mollia, dura, aſpera, levia, alba, nigra, odorata, fœtida, inſipida, &c. nonne
omnes dependent à ſenſibus, quibus ſublatis à parte rei nihil molle, durum,

grave

grave, aut leve eſſet, &c. Repellentia, adſtringentia, abſtergentia, attenuantia, ſuppurantia &c. Non ſpectant ad ſimplicium & compoſitorum corporum actiones, quas ex communicatis rerum virtutibus, alia ſurſum, hæc deorſum, illa retrorſum, &c. effluere, & ſic organicas actiones variare experientia teſtis erit, & de hiſce omnibus plura in Phyſicis.

Non autem omnem prorſus virtutem materiæ denegamus, ſed à Deo in primâ creatione corporibus variè mixtis ſigilla impreſſa eſſe ponimus, dum creator dixit: Fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria &c. Sicq; determinata fuit divina virtus ad extra per quoddam ſigillum, quod omnipotentiam ejus repræſentat, quod obfirmatum poſteà fuit per benedictionem, & ſic hactenus in myriadibus individuorum per ſpecies conſervatum. Hoc ſigillum vocamus Ideam, ſed non realiter diverſam à materia, neque ita prout artificis Idea in ejuſdem cerebro, vel melior vel deterior eſt quam exemplar expreſſum, ſic enim nunquam procedet in divinis ratio humanæ veritatis, namque Idea illa eſt radius bonitatis divinæ, rerum eſſentias perluſtrantis, & ſic exiſtentia à primâ creatione decreta perſeveret. Non igitur Idea diverſum quid realiter extra materiam exiſtens, ſed ipſa materiæ exiſtentia, à Deo modificata eſt, & ſic exiſtentia cum eſſentia realiter, naturaliter non differunt, niſi quando & ubicunque ſupernaturaliter Deo placuerit.

206. Pro forma iſta philoſophorum Ideam defendimus.
207. Idea non realiter diverſa eſt à materia.
208. Neque prout Idea artificis.
209. Eſſentia & exiſtentia rerum naturaliter non differunt.

Hinc plato dixit: *Ideam nullus opifex facit*, dialog. 10. de Rep. *Et Ideam plurimam divino ex igne efficiebat opifex.* In Timæo: *Item Ideam ingenitam, immobilem & manentem, & de ejuſdem naturæ & intelligentiæ ſubjecto, & exemplum eorum quæ generantur, quæcunq; in generatione ſunt eſſe dicimus & intelligimus:* Timæus locus de Anima mundi. Item Apuleus inquit: *Ideæ ſunt omnium ſimplices, & æternæ, nec corporales, lib. de* Dogmat. Platonis & Alcinous *Ideæ ſunt, ſi Deus ipſe ſit intellectus vel intellectuale quoddam, notiones illi ſunt æternæ & immobiles quæ ſunt Ideæ.* Cap. 9. de doct. Plat. Marſilius Ficinus inquit: *Idea qualibet eſt ipſe Deus, & Idea, ultra quod eſt cauſa, ut exemplar, eſt etiam cauſa efficiens,* in Plat. Parm. cap. 13. Gabriel Buratel dixit: *Ideæ habent in Deo eſſe virtuale, in verbo formale, in intelligentiis & anima humana participativam.* Bu. de Ideis lib. 1. *Ideæ ex Dionyſio ſunt prædefinitiones & voluntates Dei,* inquit Auguſt. Steuchius de perenni Philoſ. lib. 1. cap. 12. hinc Ideam & mentem divinam idem eſſe, eodem in loco concludit, & ex Plotino adducit: *Ideas nihil aliud eſſe, quam vires illius ſapientiæ infinitas, immenſas, admirandas, quibus in omnia tendit ejus ineffabilis inventio & molitio,* lib. de perenni Phil. cap. 20. Concludimus itaque Ideam Platonicorum eſſe meram Dei providentiam, & naturæ ſub certis ſigillis ſapientiæ divinæ ſuſtentationem.

210. Platonis ſententia de Idea.
211. Apuleus.
212. Alcinous.
213. Marſilius Ficinus.
214. Buratel.
215. Dionyſius.
216. Steuchius.
217. Idea Platonis cum divinæ providentiæ virtute coincidit.

Idea hæc merito luci comparanda eſt, ſicut lux omnia illuminat, ſed pro recipientium objectorum varietate, album, flavum, rubrum, cœruleum & viridem colorem producit.

218. Idea luci comparanda.

Sic univerſalis tantum Idea eſt, ſed cuncta ſuis ad extra varietatibus diſtinguens. Hinc Marſilius Ficinus: *Ideæ tot ſunt in conditore, quot ſpecies naturarum corporumque ſunt in mundo.* cap. 16. in Plat. Parmen. Si enim Deus unica creatura contentus fuiſſet, quid omni ſapientiæ ejus ſatisfeciſſet, non dicam de æterna bonitate, quam etiam exercuit in mirabilibus ejus quod produxit creaturas gloriam Majeſtatis ſuæ æviterne reſonantes. Ex quibus & in minimis etiam creaturis, qualis ſit Deus facile judicari poterit. Materiam varie deſcripſerunt antiqui Philoſophi, ut Chalcid. in Plat. Timæum refert, dicens: *Materiæ primæ ſtoici nullam dederunt formam, nec qualitatem, alii formam, ut Thales aquam puram ut rerum initium, itidem Homerus & Anaximenes aërem, & Heraclitus ignem, alii immobilem ſine ortu & interitu, ut Xenophanes, Meliſſus, Parmenides ſed Parmenides unum perfectum & definitum, Meliſſus infinitum & indeterminatum, Empedocles variam & multiformem materiam docet, ſubſtitutam, quatuor radicibus, ignis, aëris, aquæ & terræ. Ariſtoteles eam abſolute forma carentem conſtituit, & mundum ſine interitu eſſe, divina providentiâ perpetuitate propagatum, ac ſine genitura.*

219. Ideæ particulares ſimiles coloribus.
220. Quare tam infinitæ ſint particulares Ideæ.
221. Philoſophorum opiniones de materia. Stoici, Thales Homerus, Anaxim. Heraclitus, Xenophanes, Meliſſus, Parmenides. Empedocles, Ariſtoteles.

222. Platonis ſententia de materia.

Plato ſuam de prima materia ſententiam in Timæo profert ſimilibus verbis: *Materia prima, quæ receptaculum & mater eſſe debet ejus quod factum eſt, & quod videri poteſt, nec terra, nec aër, nec ignis, nec aqua debet dici, nec quæ ex his, neque ex quibus hæc facta ſunt, ſed ſpecies quædam, quæ videri non poteſt, & informis eſt, & omnia ſuſcipit.* Johan. Fran. Picus Mirand. de Mat. prima cap. 2. inquit; *Ma-*

223. Ariſtotelis opinio.

teriam primam analogia cognoſci voluit Ariſtoteles, Plato verò nota ratione Averroes vero ita eam ex transmutatione cognitam voluit, ut ex operatione forma cognoſcitur. Hinc addit prædictus Mirand. *Materia prima dicitur ab Ariſtotele ſubjectum unius cujusque primum, ex quo quidpiam fiat, non ex accidenti, vel ſi corrumpitur in quod ultimo reſolvitur, ex quo ſiunt quæcunque fiunt, & in quod ea ipſa corrumpentur:*

224. Hyle vel chaos prima materia.

Quod ſi ergo à prima creaturarum exiſtentia in primæ materiæ eſſentiam inquirere velimus, inveniemus primum Hyle vel Chaos, quod â Deo vacuum & inane eſſe declaratum fuit; aquæ vero divino ſpiritu fotæ, & ſic non informes extiterunt, ita ut prima materia facile in primævam terram choaticam

225. Terra prima materia.

determinetur. Hinc plato dicit: *Terra dicitur γῆ ſed melius ſignificat quod vult ſi γαῖαν nomines, γαῖα enim genetrix recte vocatur. in Crat. Terram nullum Philoſophum principium poſuiſſe aſſerit Ariſtoteles, cum tam Pherecides ſyrus terram dixerit eſſe rerum unicum principium, & Theodoretus ait, Colophonium & Xenophanem ita ſenſiſſe, non ſecus Parmenides ita exiſtimaſſe cenſetur, qui Xenophanis opinionem confirmavit, inquit Iohann Fran. Picus Mirand. in examin. vanit. gent. doct. lib. 1. cap. 1.*

226. Qualis ſit illa terra choatica

Qualis autem ſit illa Chaotica terra primæva mater rerum, hoc ſenſibus noſtris non obvium eſt, ſed ad mentem Platonis ſola ratione perceptibile erit.

227. Quare ſenſibus hominum non appareat.

Namque prima illa chaotica materia, non tantum lumine ſiderum & ſolis illuminata, ſed Cœli influentiis humectata, inſuper à Deo innumerabilibus ſpecierum Ideis exornata fuit, ut in ſola rerum generatione & corruptione appareat. Examines autem totum corruptionis rerum in mundo occaſum, nihil viſibile

228. Reſolutio corporum naturalis.

apparebit, in quo naturæ curſus ſiſtatur. Corpora animantium, vitali Aura evaneſcente, primo exhalant ſidereos ſpiritus, quibus ſuccedit aqua dehiſcens & diffluens, remanentibus groſſioribus terræ corpuſculis, quæ vel in igne, compoſitorum nexus diſſolvente in cineres reſolvuntur, ex quibus tandem Sal, quo elixivato terra iners, ſed adhuc ſuis compoſitis particulis conſtans extrahitur,

229. Sal centrale à Platone laudatum.

usque dum decurſus naturæ in ultimo quodam ſale centrali terminetur. Propterea Plato dicit: Sal juxta legis ſententiam eſt Diis gratum corpus, in Timæo, & in Sympoſ. Salis *Laus à Poetis deſcripta erat, ob admirandam ejus utilitatem.*

230. Omnia convertuntur in ſal centrale.

Centrale Sal, ultimum eſſe in natura, apparet, quòd omnia vel in igne comburendo, vel in aqua putrefaciendo, etiam ſalidiſſima vitra, velut ultimi

231. Sal centrale ubique reperitur.

naturæ parietes, in ſalia convertantur, nec minus omnia ſalibus repleta eſſe, cuivis innoteſcet, qui vel aërem coagulare & reſolvere, ſiderum effluvia concentrare noverit, omnia ſalibus referta, & ſic ſal univerſalem rerum materiam & baſin ſubſtantiarum eſſe agnoſcet.

232. Senſile quomodo oriatur.

Ex prima igitur Materia & Ideis à Deo productis creatorem omnipotentem in mundo harmonice referentibus, oritur ſenſile vel effectus ſiderum, mediantibus cerebri organis in anima reſonantium. Exempli gratia viſus affici-

233. Viſus à luce.

tur à luce & lumine, quod à ſupremo Cœlo & Sole corpora illuſtrat, & ſic re-

234. Auditus ab aëre.

flectendo variis coloribus oculos afficit. Auditus oritur in aëre, & penetrat per aquas, ad usque urinatorum aures in profundis. Odoratus à ſulphure de-

235. Odoratus à ſulphure.

pendet, & hoc è ſideribus tam cœleſtibus quam terreſtribus, ſive metallis & mineralibus, in vegetabile & animale, regnum ſe ſe diffundit. Guſtus à ſale

236. Guſtus à ſale.

originem ducit, quod ſidereum, Meteoricum & terreſtre eſſe, mox demonſtrabitur.

237. Tactus à corporum figuris.

Tactus denique figuras corporum obſervat, ſicque infimus ſenſus eſt, qui cum terra cohæret, unde Plato, *ſolidum nihil poteſt eſſe abſque terra*, in Timæo. Sed tactum præter terrena corpora, etiam aquarum, ignis & omnium corpo-

238. Tactus eſt univerſalis ſenſus.

rum figuras animadvertere, magis autem terrena, & ab hiſce velut ſolidis regulam deſumere, omnibus notiſſimum eſt.

Hinc

Hinc cum Pythagoras animadvertiſſet, cœlum in hominibus reſonare, 239. Harmonicus naturæ concentus Pythagoræ.
harmonica ratione totum Mundum conſtare cenſuit, ſic ut cœleſtia, diſtantia, & congruis
conſonisque ſibi invicem intervallis, impetu nimio & velocitate raptatis, ſuaviſſimos
cantus edant, *citante* Johann Ferrarienſi lib. 2. de cœleſti vitâ capit. 13. Qui ul-
terius inquit: *Dorilaus ſcripſit, Mundum eſſe organon Dei, & ipſum Muſica ratio-* 240. Muſica cœleſtis.
ne conſtare, ſeptem ſtellas inter Cœlum & terram vagas, quæ mortalium geneſes mode-
rantur, motum habere & intervalla Myſticis diaſtematibus congrua; ſonitusque va-
rios reddere, pro ſua quaque altitudine ita concordes, ut dulciſſimam quidem con-
cinent melodiam, ſed nobis inaudibilem propter vocis magnitudinem, quam
capere aurium noſtrarum anguſtiæ non poſſunt. Ferratienſ. loco ſuprà allegato.

Eſt igitur ſenſibile non in ſuppoſito materiali aut Idea corporum, ſed 241. Quid ſit ſenſibile.
effectus ſaltem Cœli à ſiderum virtutibus in inferiora diffluentibus & reper-
cuſſis, in ſenſibus noſtris perceptibilis, qui à parte rei nil mutat in objecto, pro- 242. Non eſt qualitas aut modus rei.
pterea nec realis qualitas aut modus corporum dici poterit, cum ablatis ſen-
ſuum organis tota ſenſatio tollatur, manente materia ſemper in eodem & priſti-
no ſtatu, ſine ulla motione aut alteratione, uti infrà docebimus.

Cum autem in materia nulla forma nullæque qualitates reales reperian- 243. Quidnam materiam proximè conſequatur.
tur, illa tamen certis limitibus determinata, figurata & mobilis ſit, quæritur
quidnam materiam proximè inſequatur? & reſpondetur, Materiam proxime
ſequi quantitatem, cum neque corpus ſine dimenſione & quantitate naturali-
ter exiſtens excogitari poſſit. Eſt igitur quantitas attributum materiæ, quod 244. Quantitas attributum materiæ.
ſolo conceptu ab ea differt, ut numerus à re numerata, interim tamen quanti-
tas determinat materiam & extenſionem in longum, latum, & profundum, &
ſi parum decedat de quantitate, neceſſe eſt ut ab ipſa materia vel ſubſtantia tan-
tundem auſferatur.

Hinc quæſtio exoritur, an dentur in natura atomi vel corpora indiviſibi-
lia? Et reſpondetur quod non. Quia omnia corpora quanta ex extenſa ſunt, 245. An dentur Atomi?
& omne extenſum diviſibile. Neq; etiam nobis imaginari poſſumus, corpora
ulla indiviſibilia, cum omnia cogitatione dividere poſſimus, & cognoſcamus eſ- 246. Negativa defenditur.
ſe diviſibilia, alias enim judicium cum cognitione diſſentiret; & poſito Deum
effeciſſe corpora indiviſibilia, non tamen ſibi ipſi adimere poteſt diviſionis po-
teſtatem, quod omnipotentiæ repugnaret, multaq; videntur in natura minu-
tiſſima, quæ in tot alias partes nihilominus reſolvi & dividi poſſunt, prout in
chymia docebimus.

Alia & nova iterum quæſtio emergit, an quantitas à materia ſeparari poſ- 247. An detur vacuum.
ſit, & reperiri cavitas, in quâ ſit vacuum vel omnium corporum privatio? Re-
ſpondetur, impoſſibile eſſe, ut ullus locus ſine corpore ſit, namque cavitas, lon-
ga, lata & profunda eſſet, haberetq; terminos finitos, ubi autem extenſio ibi 248. Negatur.
corpus & ſubſtantia. Sed putant nonnulli plus continere menſuram quan- 249. Extenſio quantitatis in auro reſpectu reliquorum corporum.
dam auro fuſo repletam, quam ſi aqua vel oleo referta ſit, ſicque quantitatem
aliquid vacui intermedii poſſe admittere; quibus opinio melioris ſapientiæ
ſpongia deleri poterit, ſi advertant, in ſpongiæ poris ſemper eſſe vel aërem, a-
quam, ignem aut ſimilia corpora, ſpongia autem, vel compreſſa vel extenſa ſub-
ſtantialiter nec major nec minor ſit, ſed ejus figuræ tantum in compreſſione 250. Omnia corpora poroſa ſunt.
mutantur, evacuata aqua, vel expulſo aëre ejusdem poros inflante. Sic na-
turalia corpora omnia poroſa ſunt; ſed hoc magis, aliud minus, propterea va-
ſculum, quod Auri unciam unam continet, non ultra dimidium plumbi, unam
tertiam partem cupri, & vitrioli albi denarium, vel grana 24. admittet, prout
optime collegit Franciſcus Baco, Baro de verulam: Impetus philoſ. folio. 694.
edit Francoſ. in fol. Quod ergo corpora alia ſint compacta & ſolida, alia po-
roſa, hoc ad ipſorum figuram ſpectat. Sed quare intermedia corpora aërea, 251. Quare plurima corpora ſe ſe elevent.
ignea &c. Non ejusdem ponderis, & gravitatis ſint? Hoc à DEO ter optimo
ita determinatum, ut tales materiæ ſurſum ultra terrena ſe ſe elevare, & perio-
dica rotatione quotidie revolvi, terrena vero angulis & figuris groſſioribus 252. Quare corpora longe lata leviora ſint?
centrum occupare debeant, ſicque frigida & congelata aqua, & ca-
ro, levior eſt quam æſtivo tempore, tepida aqua, itidem & caro viva

 longè

longe levior quam emortua, & hoc accidit, quod in utriſque ſiderea frigoris aut

253. Quare viva caro & fervida aqua levior.

caloris effluvia ſint, quæ aquam aut carnem ſublevent, ſicut pueri cum veſicis inflatis natare diſcentes, & in naufragio miſeri vitam aſſeribus & tabulis ex undis eripiunt.

254. Figura primus modus materiæ.

Quantitatem proxime inſequitur figura, quæ non immediate à materia, ſed ab extenſione dependet. Nulla enim figura ſine quantitate, hinc quantitas proximum attributum, figura autem & motus modi erunt, & bonitas vel perfectio ultima qualitas rerum naturalium. Poſuit enim Deus corpora in

255. Ordo exornationis rerum in creatione.

mundum debita quantitate proportionata, dein fecit perfecta & Idealibus ſigillis exornata, poſteà etiam mobilia, ut certas periodos ſingulis diebus abſolverent, tandem vidit valde bona eſſe, & ſic totus naturæ chorus abſolutus & perfectus fuit.

256. Figura Mundi & Elementorum.

Figuram Mundi vel totius univerſi quod ſpectat, circularis & ſphærica eſt, pro ut creatori & æternitati conveniebat. Unde Plato: *Decora erat illa figura, quæ in ſeipſa omnes figuras comprehendit, Ideo globoſum & rotundum undique à medio æqualiter ad extremitates diſtans illam tornavit, figura omnium perfectiſſima, & quæ ipſa ſibi ipſi ſimillima exiſtit, ſimile diſſimili multis modis pulchrius eſſe ratus.* Plato in

257. Platonis ſententia de figuris rerum.

Tim. Ignis figura etiam rotunda ſed tenuiſſima eſt, pro ut Plato in Timæo locro aſſerit. *Aqua longè craſſior, figura longa, longe tardioris motus eſt*; Propterea cum de mobilibus corporibus loqui intendiſſet Plato in Timæo inquit: Aquæ eam ſpeciem ſolidorum, excepta cubica, quæ difficillime movetur attribuimus, eam quæ facillime igni, mediam aëri, & minimum corpus igni, maximum aquæ, medium aëri, & rurſus acutiſſimum igni, ſecundum aëri, tertium aquæ. Ex his omnibus eam ſpeciem, quæ pauciſſimas habet baſes, neceſſe eſt ex natura facile moveri, & maxima ſecandi vi præditam eſſe, ut quæ omnium acutiſſima leviſſima ſit, & ex pauciſſimis partibus conſtans.

258. Motus ſecundus & ultimus modus materiæ.

Tertium quod materiam afficere & variare poteſt, eſt motus, quare non ſine maxima cauſa Philoſophi antiquiores dixerunt: Quod natura ſit principium motus. Omne enim in univerſo hoc movetur, quamvis terra non univerſali coſmicà rotatione revolvatur, quod accidit propter ejusdem inhabita-

259. Quare terra non moveatur.

tores, namque miniſtros circa Dominum, non hunc circa miniſtros ob ambulare decet, particulari tamen quocunque motu eam moveri poſſe experientia teſtis eſt.

260. Motus omnibus naturalibus corporibus competit.

Motum naturalibus rebus à Deo inditum eſſe, requirit ipſius motus natura, in cœleſtibus enim corporibus motus perennis eſt, qui ſi ad momentum impediretur, non aliter niſi à contrario fieri poſſet, ſicque illo contrario totus mundus periret. Omnia enim quæ à Deo mota ſunt, ſemper moventur, ſi ve-

261. Omnia quæ primitus à Deo mota ſunt, neceſſariò moventur.

rò quieſcant, ab alio deſtruuntur cum nunquam tendant ad quietem vel ipſis contrarium ex propria natura.

Hinc cœlum neceſſariò ſemper movetur, ſidera fato divino oriuntur & occidunt, tria naturæ regna, nunquam ocioſa ſunt, & in motu vita conſiſtit, ita ut Plato dicat in Theæteto: *Motus eſt bonum circa animam & corpus, quies malum.*

262. Motus in vita bonum quies malum.

Naturaliter ergo cœlum moveri, terram quieſcere exiſtimamus, cum à prima creatione talia munera ipſis à Deo impoſita ſint.

263. Motus activus convenit rebus perfectis, paſſivus primæ materiæ.

Cum igitur Motus duæ ſpecies à Philoſophis recenſeantur, præſertim à Platone in Theæteto, una faciendi, altera patiendi. Unde Marſilius Ficinus inquit: *Motus duplex, alius in agendo, alius in patiendo, & ex his omnia fieri Thales Mileſius, Homerus, Epicharmus, Heraclitus, Empedocles & Pytagoras opinati ſunt*: Ficinus in Platon. Theætetum. Duplicia erunt etiam in mundo corpora, unum ſemper mobile, nimirum ſpæra cœli, alterum ſemper quietum nempe punctum terræ, ſicq; Cœlum agens, terra vero patiens erit, pro ut à prima creatione munus ſuſcepit, ut ſic prima materia mater & receptaculum rerum omnium ſit.

264. Motus competit etiam terræ.

Motus autem prout univerſalis corporum modus eſt, etiam terræ competit, ſed particulari determinatione, namq; ſi quis glebam de Cœlo projiciat, recta per aërem ad terram deſcendet, ſicut etiam cœleſtium corporum particularis

cularis motus rectus eſt, cum ſemel aſtantem proximam ſphæram penetrarint, directe ad inferiora deſcendunt, ut in radiis ſolis & lunæ animadvertere licet, quod autem non omnia ſiderum effluvia ad terram pertingant, exinde accidit, quod loca cœleſtia ſemper debent corporibus repleta eſſe, & ſic ſemper eaſdem materiæ partes æqualibus locis coæquari, hinc non in tanta copia ad terram deſcendunt, neq; aliter niſi per circulum moveri poſſunt, cùm ſemper ſuperius ſidus inferius velocitate ſuperet, & ſic analogam materiam majori celeritate propellat.

265. Quare non omnia ſiderum effluvia ad terram pertingant.

266. Naturaliter mota ſemper manent mota.

Naturaliter ergo mota ſemper manent mota, virtute Idearum, nec poſſunt impediri, niſi à violento & cum ipſorum deſtructione; neq; etiam extra motus ordinem extra vagari, aut in alio, quo motus impediretur, diu commorari poſſunt, ſic piſces non in aëre, aves & omnia greſſilia non diu in aquis, nulla creatura, præter aurum, argentum & Adamantem diu ignem ſuſtinere poteſt, ſed omnia reſolutis naturæ vinculis ad occaſum feſtinant.

267. Extra propriam ſphæram nihil diu movetur.

De unica corporum qualitate nimirum bonitate vel naturali felicitate à Deo ipſis primitus conceſſa, ſermo erit infra; ſufficiat hiſce principia corporum parum delineaſſe, & deſcripſiſſe primam materiam, quod in toto univerſo hoc una exiſtat, & per hoc cognoſcatur, quod ſit extenſa, & mobilis ſecundum partes, ſed ad totum quieta, cum è contra reliqua omnia corpora ſuo motu univerſali à Deo perfecta fuerint.

268. De qualitate rerum unica.

269. Materia prima una eſt.

270. Demogorgon, prima materia.

Exinde orta eſt fabula de demogorgone, quem primum & ſupremum Deum nominare Poëtæ conſueverunt; ut Leo Hebr. lib. 2. de amore teſtatur, qui ulterius ita dicit: *Demogorgonis fabulæ allegoria, rerum omnium generationem atq; procreationem è ſummo creatore emanentem, atq; ex primâ materia prodeuntem, eleganter admodum ſignificat.*

271. Sal, naturæ gradus extremus.

Prima materia uti in ordine naturarum prima & ultima eſt, ſic ex compoſitis corporibus deſcenſum facit ad ultima rerum ſalia; quæ poſtrema eſſe, omnes homines ſibi imaginantur, ſed viſibilia omnia ſalia adhuc dum ſuis partibus conſtare experiuntur ij, qui vitra tractant, omnia enim ultimatò in vitrum converti teſtantur Alchymiſtæ, qui ex ſolidiſſimo Auro vitrum conficiunt purpureum, admixtione ſalium fixorum, & extrema ignis aduſtione; quod pictores **Gold-Purpur** nominant. Ex Mercurio vivo, quem ſervum fugitivum veteres appellant, aliquando tot repetitis per fortes aquas præcipitationibus, vitrum pellucidum, ponderoſiſſimum, Rubinum ſplendore rutilo referens, præparavi tantæ fixitatis, ut unicum granum aliquot millia brevi tempore in tantam ſoliditatem, ad vitrum etiam perduxerit. Quod ſi ergo ex ſumme fixo, ſcilicet auro, & ſumme volatili, nimirum Mercurio, vitrum præparari poſſit, utiq; ex omnibus reliquis, materia ad vitrariam artem idonea erit.

272. Vitrum ſal ultimum artificialiter concreſcens.

273. Vitra metallorum.

274. Omnia in vitrum denuò reſolvi poſſunt.

275. Ars vitraria quomodo procedat.

Requiritur autem ad vitrariam artem præprimis ſal, quod ſi ex nobilioribus corporibus extractum ſit, velut ex cana maritima, arboribus leviſſima ligna marcore putrida exhibentibus præparetur, & loco arenæ ſilices, criſtalli & ſimilia addantur, ſit translucidum & clariſſimum vitrum, ſed commune ex ſola arena & cineribus mortis imaginem præferentibus præparatur.

276. Vitri ſolutio in ſalem.

Vitrum in ſalem reſolvi ultimatò, ſed centralem & primam materiam, credibile eſt, cum ex vitro nil niſi ſal educi poſſit, ut apparet in vitro veneto, quod vel in camera ad muros nitrum ſudantes, vel in aëre aperto facile corrumpitur, & ſic velut glacies in liquorem reſolvitur, nec minus vitra ſalibus multis & igne tentata corruunt, cujus rei cauſa eſt, quod ſalia nitroſa aërea & aquarum fortium vel ſpirituum naturam vitri invadant, ſicque reſolutis repagulis ab arenæ corpore diſſolvant.

277. Sal ultimum eſt & primum.

Ex hiſce omnibus apparet, quod ſal ſit ultimum in corruptione, ſed & primum in generatione. Ex omnibus enim Metallorum mineris ellicitur copioſiſſimum ſal, quo etiam ſcatent metalla, repleta ſunt omnia vegetabilia, imo in ipſa generatione Sal ſpermaticum vel ſalivalis humor, voluptatis cauſa in animalibus, eſt præcipuum ſeminis fermentum, unde cum voluptas illa omnem appetitum venereum excitet, non immeritò in Peripato declaratum fuit, quod primæ

278. Sal in generatione 3. Regnorum naturæ concurrit.

279. In ſole & ſale omnia.

primæ materiæ appetitus inſatiabilis ſit. Hinc etiam ſulphure & ſpiritu in plantis evaneſcente, ex ſalibus in cineratione paratis, interdum excreſcit nova planta, manente ſeminali virtute in ſale lixivioſo. Exinde etiam metallorum ſalia tanta virtute prædita ſunt, ut ex Saccaro vel Sale Saturni, Jovis, Martis, innumera medicamenta præparentur. Vos eſtis Sal Terræ, inquit Salvator ſuis Apoſtolis, In Sole & Sale omnia; Antiqua Philoſophorum cantilena fuit.

280. Salſedo maris indicat terram ſal centrale eſſe.

Terram Sal centrale eſſe; præter extractionem terræ probatoriæ Metallurgorum, edocet nos præprimis Salſedo maris, quam à terra mari conſphærica oriri, probabile eſt, exinde, quod Mare terræ ad usque profunditatem contiguum, velut lambendo ſubtiliora corpora extrahere poteſt, quæ in ſuperficie

281. Salſedo aquis propria non eſt.

maris à ſolis radiis aduruntur, prout ultra Hyſpaniam in quibusdam locis Mare non ſalſum ſolum, ſed & amarum eſt. Salſedinem non eſſe Maris vel aquarum eſſentiæ propriam qualitatem, oſtendit aquæ marinæ deſtillatio, dein ſubtiliſ-

282. Nova de maris ſalſedine opinio.

ſima fultratio, etiam nautis nota ars, dulcem aquam præparandi, necnon fluminum è mari deſcendentium per terræ meatus edulcoratio, ſic ut Salſedo non niſi à terra oriri poſſit, ſecundum vulgi opinionem. Sed ſalſedinem Ma-

283. Salſedo maris ex meteoris oritur. Non ex ſuperficie terræ.

ris, magis ex Meteoris, quam à terra oriri, exinde videtur, quod mare in profundo dulce ſit, & terrena corpuſcula propter gravitatem figuræ craſſioris terræ quam aquarum, non propria vi ex profundo ad ſuperficiem usque aſcendere poſſint, & ſal ex aqua marina excoctum, ſolaribus corpuſculis repletum ſit,

284. Salina corpuſcula in aëre volitantia ſunt cauſa ſalſedinis aquarum.

quod in chymia notiſſimum eſt, etiamſi Sal illud marinum ex locis ad polos longe remotis afferatur, ubi obliquiores radii nullum æſtum vel aduſtionem excitare poſſunt, quodque etiam in fundo maris ita præparari & elevari ex loco, oleo Solari impervio, nulla ratione perſuaderi poterit. Propterea exiſtimo, Salina corpuſcula, quibus aër intenſiſſime repletus eſt, per pluvias, ventos,

285 Aër copioſiſſimo Sale repletus eſt.

omnesque intempeſtates in ampliſſimum pelagus demergi, quæ quia à Solis radiis elevata, in aëre ſubtiliſata, & ita balſamo ſolari turgida ſunt, non ad fundum maris permeare poſſunt, ſed olei vel ſpumæ inſtar ſupernatant. Aë-

286. Incolæ ſub polares nullo ſale eſculento opus habent propter aëris ſalſedinem.

rem autem copioſiſſimo Sale repletum eſſe, incolæ regionum ab ecliptica longe remotarum, præſertim in Laponia, Islandia, & conterminis Inſulis teſtantur, tantam ibi ſalis aërei copiam eſſe ut homines nullo ſale eſculento pro condendis cibis indigeant, quin imo Sal noſtrum artificiale non perferre poſſint. Cum autem ibidem ſemper fere ſuperficies terræ congelata & nive tecta ſit, neque à calore tot exhalationes excitari poſſint, ſequitur aliunde talia ſalina

287. Unde nam illa ſalſedo oriatur.

corpuſcula accedere, namque non oriri poſſunt ex aquis, quæ naturaliter ſalſæ non ſunt, & ibi locorum fere ſemper glacie occluſæ: Nec ex aëre ipſo, qui alias in omnibus regionibus ſubſtantialiter æquæ ſalſus eſſet; Neque ex ſalium fodinis & fontibus, quia tantam & hemisphæricam orbis partem perſpirantem ſalſedinem efflare non ſufficerent. In ſumma à terræ corpuſculis, ex ſiccis, ſole ambuſtis locis in aërem aſcendentibus, & cœleſtibus ſiderum ſalibus aſſociatis, provenire neceſſum erit.

288. Scorbuti affectus ad mare Balticum.

Quam pertinaces ex Salſedine oriundi affectus ad littora maris Baltici, humana corpora fæda putrilagine afficiant, Medicorum practicorum innumerabiles quotidianæ obſervationes teſtes erunt; nec opus eſt, ex peregrinis locis

289. Spiritus aëris nitroſus.

teſtimonia afferre, namque in hiſce noſtris regionibus aër ſalſus deprehenditur, dum ex ſereno æthere nitroſi liquores pyrotechnica arte exhauriuntur, qui coagulati nil niſi ſal ſubtiliſſimum volatile exhibent. Ex nive, pruina, gran-

290. Sal ex Meteoris.

dine, & rore, præprimis majali, ſal educi notiſſimum erit. Et hiemali tempore aſpectu pulcherrimum eſt, in collibus nive conglaciata obtectis, reperiri peculiares ventorum, acclivia & declivia percurrentium vias, quaſi cruore ſalis aërei conſperſas & depictas, ex qua nive ſalis copioſa pars ſingulari modo extra-

291. Sal nivis.

hitur. Neque tandem opus eſt, ut extra feneſtras hac de cauſa proſpiciamus, in homine velut microſmo hæc omnia quam pulcherrime annotanda erunt. Namque ſine aëre animantium nullum, neque piſcis ſeſe ſuſtentare poteſt,

quod

quod ſi ergo Aërem in pulmones, velut follem cordis, inſpiramus, congulat ſe 292.
ſe ſal aëris cum cordis fuligine oleaginoſa, ſicque generantur, velut in vini de- Aer in pulmonibus coagulatur.
ſtillatione, per refrigeratorium, non tantum ſpiritus ex Solaribus corpuſculis,
ſed quæ hæc in aëre comitata fuerunt ſalina terræ effluvia, in aquoſo liquore re- 293.
ſoluta, per ſudorem & urinam à natura rejiciuntur, ita ut admirabilis ſalis vola- Sal aeres per urinam profluit.
tilis quantitas per deſtillationem ex urina reſultet.

Cum autem omne ſalis principium è terra & ſideribus ortum ducat, 294.
quæritur, quomodo tam in exhauſta ſalium quantitas generetur? Videtur re- Salis hujus aerei origo.
ſpondendum eſſe, ſicut ignis globuli aquam ſurſum educunt, & tamdiu reti- 295.
nent, donec vinculis ſolutis, in forma pluviarum, nebulæ, roris aut grandinis Sol ſublimat
decidant, & hoc plerumque fit, cruſta terræ æquinoctiorum temporibus ac adufta terræ
temperato aëre aperta, ſic in æſtate ſole verticuli puncto ad proximante rele- corpuſcula. 296.
vant è ſinu terræ ſolis ardentes flammæ ex aduſtis corporibus velut cine- Sicut ex ſuc-
res conflagratos, quibus cum ſalibus ſiderum & oleo Solari mixtis, ſalia vola- cino & gummatibus ſalia
tilia generantur, prout quivis oleaginoſa ſicca, ex gratia ſuccinum & gum- per artem i-
mata deſtillanti, proceſſus naturæ & ignis effectus ſatis ſuperque apparent. gne extrahuntur.
Sic ergo in locis ſub Ecclyptica, præſertim in Hiſpaniæ & Aphricæ oris, Sol 297.
ſuperficiem terræ longis excubiis adurit, & velut deſtillat, ut ex radiorum re- Globuli ſola-
percuſſione, & terrenorum volatiliſatione, globuli ignei ſolares ſemper mul- res ignei ſal
tum terreſtris materiæ ſurſum ſecum in aërem tranſportent; Globuli vero ta- terræ elevant. 298.
li pondere gravati, nec feſtinanter ſurſum aſcendere, neque angulis terræ tena- Quare verſus
citer implicati, ſeſe ſicut ab aquarum corpore, exſolvere poſſunt, propterea à polos fugiant
novis ex Sole velociſſimo motu ad terram deſcendentibus globulis, ad latera ab Eclyptica. 299.
viæ ſolaris & verſus Polos repelluntur, ibique velut in aëre ſtagnantes; mor- Sol non ele-
borum miaſmata & Meteorum intempeſtates efficiunt, prout infra docebi- vat ſalem vulgo notum.
mus. Ex hiſce forſitan conijceret aliquis, nos exiſtimare Solem elevare Salem 300.
in ſuperficie terræ reconditum, prout in omni terra maxima ſalis quantitas Terra Ele-
reperitur. Sed Reſpondendum erit, Solem non extrahere ſolum, ſed efficere mentaris eſt aliud ſal quã
Salem, movendo terræ corpoſcula, tota enim terrena maſſa Sal eſt, ſed nullius vulgi eſcu-
ſaporis & longe alterius naturæ, quam reliqua omnia quæ vulgo ſalia vocantur. lentum.
Salis enim effluvia ingrediuntur Sal terræ centrale, quod ſublimant, exco- 301.
quunt, & elaborant, ita, ut corpuſcula vel in aëre, Sali Mercuriali Quomodo ſol præparet
copulata, & in mare aquas vel nivem projecta, tum demum tale Sal no- ſalia communia.
ſtrum efficiant. Namque in mari diluta Sal fixum marinum exhibent, à quo 302.
omnium locorum ſalſugines è mari ſcaturiunt. Sed in maritimis locis Sal Sal marinum
foſſile reperiri manifeſtum eſt, ubi mare tam copioſum ſalis fermentum reij- & ſalſugines unde ſal foſ-
cit, ut ſpiritu iſto ſalifico gravidi montes, ſalifodinas ingentes parturiant. ſile. 303.
Sic ergo Sal noſter eſculentus ex tribus naturæ principiis conſtat, ſale nimi- Sal eſculen-
rum centrali terreſtri, in quod ultimò reſolvitur: Dein oleo Solari, quod tus ex quibus partibus con-
cum extrahitur, ſolare aurum amicè imbibit: Tandem liquore Mercuriali, ſtet.
quem præter ordinariam quam continet aquam phlegmaticam, aliquando 304.
in lactis forma extraxi, tam fragranti odore ſuavem, ut vix credibile ſit, cu- Salis ſal centrale.
jus laboris proceſſum plurimis jam amicis communem feci. 305.

Nec enim exiſtimet aliquis Solem non tantæ virtutis eſſe ut terrena Salis oleum
corpuſcula elevare poſſit. Nam 1. præſtat hoc ignis culinaris in deſtilatione ſolare aurum ſolvit.
Salium volatilium. 2. Comburuntur loca ſub Ecclyptica ſita tantopere ut 306.
deſerta, & velut cineribus contecta ſint. 3. Salia eſculenta tam fixa, groſ- Salis ſpiritus Mercurialis
ſa, & ponderoſa, additione ſulphuris ſolaris oleaginoſi volatilia fieri poſſe lacteus.
fermentatione, & unius diei ſpacio, cuilibet curioſo quotidie viſibiliter 307.
demonſtrabo. Cum ergo ſalia omnia fixa arte volatilia fiant, quare non ſol An ſol eleva-
ſubtiliſare poſſit inanem terræ fœtum, quem è gremio educit, lactat & nutrit, re & ſublimare poſſit ſal
poſteaque matri reſtituit, ut proles naturæ omnes conſervet. Juxta vulga- terrenum? 308.
tum illud: Aſcendit à terra in cœlum, iterumque deſcendit in terram, & reci- Salia fixa olei
pit vim ſuperiorum & inferiorum &c. ſolaris aditione omnia fi-

Eſt igitur triplex Sal 1. centrale, fixum, irreſolubile, 2. lixivioſum fixum in unt volatilia.
aqua ſolubile 3, volatile penetrantiſſimum. Primum eſt omnis odoris & ſa- 309.
poris Triplex ſal naturæ.

310. Sal fixum centrale irreſolubile primum.
poris expers, ſecundum autem cum in naturali unione trium principiorum, ſa-
lis ſulphuris & ſpiritus fere æquales partes acceperit, fixum eſt, ſed non ita tena-
citer cohærens ut lapides & metalla, propterea quia ſola mixtione conſtat, ſol-
vitur in liquore quovis aquoſo, ita ut ſola ſalivæ aſperſione, guſtus ſenſum ner-
311. Sal fixum eſculentum ſolubile.
vorum filamenta movendo, afficiat, de quibus in ſenſibus. Sal autem volatile
mirabilis eſt eſſentiæ, in hoc, quod plus fere cum olei quam ſalis natura conve-
niat, namque ſola alicujus ſalini liquoris affuſione, olea deſtillata in ſolidum
312. Sal volatile oleaginoſum eſt.
corpus, & poſtea in pulverem, tandem deſtillatione in ſal volatile converti,
multis jam pharmacopæis notum eſt. Sic ergo ſalina attrahunt oleaginoſa,
quæ ſi æquali mixtura conveniant, exoritur ſal fixum, ſi vero ſulphur vel oleum
313. Olea poſſunt in ſal volatile converti.
ſalis pondus duplo ſuperet tunc ſal volatile evadit, ſi quadruplum ſulphuris ad-
ſit, erit oleum.

Primævæ & noſtratis terræ naturis & proprietatibus leviter delibatis,
314. Quomodo ſalia generentur.
progredimur ulterius penſitando, quomodo tenebræ ſuper faciem abyſſi fuerint;
Et primo quidem facies abyſſi, fuit mare illud infimum, tenebricoſum, terrenæ
ſphæræ incumbens, ſicut hodierna luce fretum maximam terreni orbis partem
315. Quid fuerit facies abyſſi.
obtegens, facies abyſſi, & ipſe abyſſus nominari poteſt. Diviſit autem Ter
optimus conditor à principio ſtatim omnia tali ordine, ut aquæ ſuperiores ſan-
315. Duplices aquæ primævæ.
cti ſpiritus æterna luce fotæ, fere ad ſpiritualem naturam accedentes, omnium
ſupremæ & ſubtiliſſimæ fuerint, hiſce ſuccedit craſſior pars tenebricoſa, aqua-
rum, ex qua poſtea hæ inferiores aquæ factæ ſunt, & hæc facies abyſſi dicitur.
417. Supremæ ſpirituales luminoſæ.
Tandem abyſſus in centro remanſit, corpore terrenæ molis ſpiſſo, ſolidiſſimo,
tenebricoſo; Hæcque fuit prima rerum facies & mundi aſpectus, antequam
in ſupremis lux crearetur. Paucis nunc inquirendum reſtat, quid tenebræ
318. Inferiores tenebricoſæ.
ſint? Tenebras eſſe meram lucis privationem merito à Philoſophis æſtimatum
fuit, nam luminoſis cœli corpuſculis in altum retractis, tenebras manu tangibi-
319. Abyſſus terræ centralis.
les intenſiſſimas in Ægypto exortas fuiſſe legimus, Exod. 10. verſ. 21.

Tales etiam in novilunio tenebras in Paleſtina mortuo Servatore per tres
320. Tenebræ ſunt defectus corpuſculorum ſolarium in aëre.
horas duraſſe, referunt Evangeliſtæ, præſertim Mathæus cap. 28. verſ. 45. Si-
cut ergo ante lucem tenebræ fuerunt, ſic Deus Creator & ſervator Mundi, lu-
cem quandocunque ſibi placuerit, nobis occluſo cœlo denegare, & omnimodè
extinguere, ſicque plusquam Cimmerias tenebras palpabiles, aëre denſato &
luminis effluviis remotis incraſſato, nobis offerre, & velut infernali carcere cæ-
321. Tenebræ tangibiles.
citatis concludere poterit.

Propterea in hac perenni mundi œconomia Ter optimus rerum conditor
322. Luminis effluvia ſemper nobis præſentia ſunt.
lucem pro mortalium vita noctesque diesque aërem percurrentem ordinavit,
ut in novilunio etiam, & aëre nebulis & nubibus opaco, lumen pro animalium
vita inſerviret. Hinc Johann Ferrarienſis lib. 1. de cœl. vita cap. 1. fol. 16. *Re-*
323. Albumaſar & Hippocrates de lumine noctis.
tulit in libro de judiciis aſtrorum Albumaſar: Hypocratem nobiliſſimum Medicum ſcri-
ptum reliquiſſe, quod niſi de nocte ſtellarum lux aeris craſſitudinem atq; denſitatem ſubti-
liaret, omne animatum genus periret. Quam opacus autem ſit aër nihilominus
ignis ſcintillulas ex Sole & ſideribus in aëre vagantes continere, teſtatur. 1.
324. Ignem in aëre circumvagari teſtantur ſeq.
Aëris corpus diaphnum, mediantibus enim lucidis corporibus de nocte flam-
mas longiſſime remotas, imo ſidera immenſo ſpacio diſtantia intueri poſſumus.
2. Caloris influentis neceſſitas, deficiente enim vitæ ſpiraculo à Sole redun-
dante Balſamico, vitam extingui experti ſunt, qui in antris & cavernis montium
325. Aëris corpus diaphnum.
collapſorum, vel in aquis ſuffocati fuerunt. 3. Faces Solares in aëre, etiam no-
cturno circumvagari experimur colliſione ſilicis & chalybis, ubi non ſulphur
326. Caloris neceſſitas.
ſolum in ſilice latens tritura excitatur, ſed à corpuſculis attritione colliſis in-
flammatur. Cum enim attritio fiat motu ſolidorum velociſſimo, quo aëris
327. Attritio ſilicis & Chalybis.
corpuſcula repelluntur, aërque aſtans, non tam feſtinanter ſpacium evacua-
tum replere poſſit, accurrunt vicini ignis globuli, qui in copia ſibi invicem oc-
328. Quomodo Ignis ex ſilice reſuret.
currentes, flammam concipiunt, & ſilicis ſulphur ſubito conflagrant; quod in
omni alia tritura etiam apparebit. 4. Idem videre licet in vaporum artificiali
329. Aëris probatio artificialis.
reſolutione. Cum aliquis cucurbitam vitream in verſo orificio ſuper arden-
tem candelam, aquæ ad duorum digitorum eminentiam immerſam imponit,
tunc

tunc primo flamma homogenea corpuſcula, aquoſis effluvijs ſemper in aere circumvagantibus adhærentia, ſcilicet vi ignis auctâ reſolvit, hæc poſtquam nexu ignis ſoluta fuerint, roris inſtar à parietibus vitri diſtillant, ignis autem qui tam à candela aſcendit, infimul cum igne aeris occulto vitrum pertranſit, cumque ob impeditum aeris, motum, à parietibus vitri nova ignis materia non ſuccedere poſſit, in locum corporis ignis tranſeuntis ab inferioribus aqua ſuccedit, ſicq; flamma cum luce extinguitur, qua evaneſcente, uſque dum omnis calor, ſcilicet ignea corpuſcula per vitrum exhalarint, ſemper aqua majus majusque ſpacium in cavitate occupabit donec totus aer igne vacuus fuerit.

330. Reſolutio vaporum aquoſorum artificialis.

331. Vacui fuga manifeſtiſſima.

332. Caloris tranſitus per vitrum.

Spiritum DEI aquas ſuperiores ſingulari fotu fæcundâſſe & velut lacteas effeciſſe infert ſublimitas vocis מרחפת quæ ex interpretum ſenſu, inſtar gallinæ ovis incubantis, ceu matris fotum declarat. Exinde ſupracœleſtes aquæ factæ ſunt velut ubera, per quæ lac luminoſum nectar & ambroſia cœleſtis in inferiora defluit. Hinc Ariſtoteles tanti myſterij ignarus, de humido radicali hominis ſcripſit: *ἀνάλογον ἔſſε τὸν τῶ ἄϛρον ϛοιχείω conſimile ſiderum* Elemento.

333. Spiritus Dei fotu ſuperiores aquæ lacteæ factæ ſunt.

Humidum radicale, vel ſpiritum totius Regni animalis ab aquis ſupracœleſtibus, & balſamum cordis nativum à luce & ſole dependere, demonſtrat eorundem naturæ & eſſentiæ excelſitas, quæ omnia terrena ſua eſſentia & virtute longe ſuperat, oſtendit etiam corporum admiranda ſubtilitas. Neq; enim, ſi perſcruteris omnes naturæ rimas, abditosq; rerum receſſus, nullibi niſi de cœlo deſcendentem ſpiritum invenies, quo animalium vita conſervari poſſit, quod in minutiſſimis piſcibus animadvertere licet, qui in antro aere firmiter præcluſo, vel ſub aquis glacie denſiori obductis emoriuntur. Neq; enim reperire licet quidpiam, quod fugientem animantium vitam prolongare, fatumque retardare poſſit. Cum illa ſemel in utero concepta aura cœleſtis, quamprimum infans in lucem prodierit, ſeneſcente tempore velut oleum ab igne ſenſim ſenſimq; vigorem amittat, ſicq; varijs mutationibus laſſata rerumq; terrenarum mixturis debilitata, tandem evaneſcat. Produxit ergo ſpiritus ſancti fotus in aquis ſupracœleſtibus virtutem omnia ſubtiliſſime penetrantem & foventem, quæ cum luce combinans, in inferiorum Regno minerali ſerpentem Mercurij, in vegetabili benedictam viriditatem, in animali plaſticam virtutem progenerat, ſic ut ſpiritus ſupracœleſtis aquarum cum luce maritatus, anima mundi meritò appellari poſſit. Si enim omnium animantium ſemina in gremio recondit, & omnem virtutem moventem è cœlo elargitur, non mirum quod Plato animam certa ratione mundo conceſſam eſſe exiſtimarit.

334. Spiritus animalis lac luminoſum ex aquis ſupracœleſtibus.

335. Humidum radicale & calor nativus cœlitus deſcendunt.

336. Cœleſtis cibi ad vitam neceſſitas.

337. Senectutis cauſa.

338. Spiritus univerſalis fovens mundi cœleſtis.

339. Anima mundi Platonis.

Hinc cum animantia omnia, imò & ipſum hominem ex ovis generari infra demonſtrandum ſit, mundum ex aquis & terra productum ovo non diſſimilem fuiſſe, nec figura repugnat, nec contenta hujus ovi mundani, cum in ejus ambitu ſplendidus liquor abbumini conſimilis, in centro vero ſolidior, vitellum referens apparuerit, atque ex his fotu divino in admiranda animalium organa totum formatum vivificatum & exornatum fuit.

340. Omnia ex ovo.

340. Prima mundi facies ovum repræſentans.

Cum autem ex ſpiritu virtus, ex virtute motus deſcendat; Aquas ſancto divino ſpiritu vivificatas, motum acquiſiviſſe neceſſum erit. Omnium autem motuum perfectiſſimus eſt circularis, qui in principium recurrens, æternitatis Ideam præſentat, propterea aquas periodica rotationis revolutione à principio motas fuiſſe ſequitur. Hinc coſmicus & univerſaliſſimus mundi motus à ſpiritu divino fovente originem traxit, qui poſteà motus luci primævæ conceſſus, primi mobilis conſtantiam & perennem rotationem efficit.

342. Motus cœli coſmicus quando inceperit.


(o)

E Sectio

SECTIO III.

Cap. I. Geneſ. verſ. III.

DIXITQUE DEUS FIAT LUX, ET FACTA EST LUX.



343. Lux primævâ eſt cœlum ſtellarum fixarum igneũ.

UBi *erat, inquit* יהוה *Dominus cum ponebam fundamenta terræ, cum me laudarent aſtra matutina, & jubilarent omnes filii Dei*, Job.38.verſ. 4. Aſtra ergo in oriente laudârunt Dominum Deum creatorem, cum tertio die poſuiſſet fundamenta terræ ſequitur exinde, ſidera in exortu lucis primævæ creata fuiſſe, cum Deus dixiſſet, fiat lux, ſive appareat novum cœlum ſideribus lucentibus repletum.

344. Lucis ſphæra ſupra aquas ſupra cœleſtes, ſita eſt.

Lucem velut ſphæram ignis, ultra cœlum aqueum in ſupremis creatam eſſe, clariſſimus eſt ſacer textus, qui refert, dixiſſe Deum, fiat lux, non ſeparentur aquæ vel terræ partes contiguæ, aut interponatur, permiſceatur &c. lux, ſed dixit Deus, fiat lux; propterea cœlo & terra jam conſtitutis ſphæris, non localiter & totaliter mutabilibus, quia imperfectio & mutabilitas in creatorem nulla

nulla cadit ; ſequitur lucis ſphæram ſupra aqueum cœlum extenſam & velut
Divinum jubar & lumen effuſam eſſe. Cum enim Deus terram velut fœcu-
lentam maſſam ad centrum collocaſſet, ſupra hanc aquas multum nobiliores,
tandem lucem ſupremo cœlo impoſuit, ut opus hoc æterni artificis ſplendorem
referret. Hinc Marſilius Ficinus Epiſtolarum lib. 2. inquit : *Lumen rebus* 345.
*à Deo factis eſt quidam Divinæ charitatis ſplendor , & ut ita loquar eſt Deus quaſi ſe
ipſum finiens, & ad operum ſuorum capacitatem ſeſe inſinuans.* Et in Dialog. 7. ſuper
Platonem de Republ. inquit isdem Ficinus : *Lumen triplex viſibile ; intellectuale
ſuper viſum, & Divinum ſuper intellectum.* Et in Theolog. lib. 8. cap. 13. *Lumen ut
placet Orphicis & Heraclito, nihil aliud eſt, niſi viſibilis anima, unde per hoc omnia revi-
viſcunt, Anima vero eſt Lux inviſibilis.* Lux ergo ſupremum in natura & primum
ante faciem Dei propterea velut extrema naturalium ſuperficies , in æternum
bonitatis ignem collocata eſt.

Lumen eſt primus Deitatis ſplendor in natura.

Sphæram autem lucis virtuoſam & efficacem Deus creavit , in locum 346.
ſpiritus aquis picus incubantis, ut cuncta foveret, & motu calore & vita mun-
dana conſervaret, propterea non Solidam & contiguis ignis corporibus ; velut
candentis ferri rotam ordinavit, ſed ut ejus effluvia aquas prius tenebricoſas o-
mnemque terram ſolidiſſimam penetrarent, vorticibus varijs innumerabilibus
diſtinctam effecit, ſicque inter vorticum ampliſſimorum globos vicina aquarum
corpuſcula pertranſire, ſidera diſtinguere, & intermediam partem velut opa-
cam facere poſſint.

Quare Deus lucis ſphæram certis vorticibus diſtinxerit.

Nec enim à ſphæra egredi aut diem efficere potuiſſent ignis effluvia, niſi 347.
alia in eorum ſpacia, deſcendentibus obvia , aſcenderent, hinc ſidera à Deo in
cœlo igneo diſtincta ſunt, ut inter eorum corpora naturæ curſus & recurſus fie-
rent. Quædam enim ſtellæ ſunt longe ſubilimiores quarum virtus, cœlo con-
tiguo ignis mari occluſo non pertranſire poſſet ; nec ad inferiora deſcendere ;
propterea ut omnia in toto univerſo, futuro, naturæ Domino & tribus ſubluna-
ribus regnis inſervirent ; Deus permeabile interſtitium cœli ignei corporibus
reliquit.

Sine diſtinctis vorticibus cœlum igneum non tam virtuoſum & efficax fuiſſet.

Sunt autem lucis primævæ vel ſtellarum fixarum vortices velut æs fuſum, 348.
vel aurum in igne micans, prout ſenſu oculorum pateat, ut exinde colligendum
ſit, effluvia ignis à vorticibus egreſſa, non tantum propria virtute figuræ levita-
tis, ſed & retro labentium aquoſorum corpuſculorum occurſu , propter aquæ 349.
groſſitiem deprimi, ut feſtinanti motu ad ſtellas revertantur. Sic ergo continuo
fluxu rotationis tam vaſtiſſimi corporis deſcendunt , motuque naturæ proprio
ad ſphæram naturalem recurrunt.

Vortices cœli ſunt velut æs fuſum.

Quomodo effluvia à ſideribus ad terram pertingant.

Sicut omnibus manifeſtum eſt, ſtellas alias aliis longe ſubilimiores ; & in-
numerabiles in cœlo igneo reperiri, ſic non ſine imperſcrutabili cauſa tantam 350.
ſiderũ varietatem in cœlo creatam eſſe, ſequitur , prout ad hominibus manife-
ſtandam majeſtatẽ & omniſapientiam, Deus non unum animal brutum, & uni-
cam herbam, aut arborem pro cibo & vita ſuſtentanda, ſed innumerabilem ſpe-
cierum multitudinem produxit. Sic cum omnia in inferiori hac ſcena cœli-
tus elargita vita fruantur, tantam varietatem totius Regni mineralis, vegetabi- 351.
lis, & animalis à ſideribus, tot ſigillorum cœleſtium Ideis variegetis, conſervari,
proximum erit, ut judicemus. Hinc variabiles figuræ, diſtincti lucis colores,
& virtures ſiderum admirabiles ſunt, de quibus in Aſtronomia.

Non ſine maxima cauſa tanta vorticum cœli multitudo & diverſitas.

Sigilla & characteres cœli Inferiora determinant.

Dixit autem Deus fiat lux , ut illuminentur corpora tenebricoſa in facie 352.
abyſſi, & ipſe abyſſus terræ chaoticæ non amplius tenebris occluſus, ſed lumine
clarus ſit. Lux ergo à ſuprema ſphæra Deo mediante radios virtutis diffun-
dens omnia replevit & illuminavit , ſed non ita , ut in ſolido aliquo ; velut ſol
quarto die in terra radios repercutiens, limpidum Diei lumen effecerit, namque
tunc temporis nec aër lucis medium, nec terræ ſuperficies ab aquis ſegregata,
nec ſenſus pro luce aſpicienda deficientibus adhucdum animantibus producta 353.
fuerunt. Penetravit ergo Lux univerſum mundi globum , aquas & terram
ſolidis corporum nexibus occluſam reſerando, ampliando, expandendo, ut un-

Quale fuerit lumen lucis primævæ.

Lumen potius informationis non illuſtrationis.

 diq;

dique cœlum tranſpiare, ſicque harmonicum naturæ concentum reſonare poſſit. Unde Plato *nihil ligni vacuum eſſe dixit*, in Timæo.

354. Figura ignis rotunda circularis.

Cum itaque ignis naturæ à Deo creatæ munus ſit, ut univerſum mundum illuminet, figuram habebit omnium ſubtiliſſimam, penetrantiſſimam, quam etiam ſimpliciſſimam eſſe, requirit ejus eſſentiæ nobilitas, quam ad ſpiritualem naturam accedere, & Deitatis exemplar eſſe ſupra memoravimus. Neceſſe igitur erit, ut habeat rotundam figuram, quæ infiniti imago eſt ad motum paratiſſima, hinc Plato: *Figura quæ pauciſſimas habet baſes, neceſſe eſt, ex natura facile moveri, ex maxima vi ſecandi præditam eſſe, ut quæ omnium acutiſſima, leviſſima ſit, & ex pauciſſimis partibus conſtet.* In Timæo & Locro inquit: *præterea ignis quia tenuiſſimus eſt, per omnia permeat, Aer per alia præter ignem, aqua per terram.*

355. Ignis eſt primum mobile.

Motu ignis omnia moveri, declarat primum mobile, quod à Luce dependet, propterea Plato dialogo 10. de legibus inquit: *Motus primus eſt, qui ſe ipſum movere poteſt, & alia movet, & ſi ſtaret principium Motus ab ipſo procederet, & qui mutatur ab alio, & alia movet ſecundus motus eſt.* Antequam enim ignis exiſteret, ſpiritus Divinus incubando motitabat aquas cœleſtes, propterea in ejus locum

356. Ignis in locum ſpiritus incubantis ſucceſſit.

ſubſtituta lux fecit diem, informationis orbis terrarum, non tantum periodicè cœlum rotando, ſed & omnia effluvijs ſpiritualibus Balſamicis fovendo & ſubtiliſando.

357. Propterea ignis omnia attenuat & ſurſum in cœlū elevat.

Quo enim tenuior & ſubtilior quæcunque res mundana ſit, eò perfectior eſt, quare adhucdum fovendo & attenuando lucis virtus in locum ſpiritus incubantis operoſa eſt, ut omnia in naturali bonitate & felicitate conſervet, exinde non tantum aquoſa, ſed & terreſtria corpuſcula ab igne ſurſum elevantur purificantur & tandem in oleorum vel ſalium Balſamicorum forma ex aëre deſtillant, & omni naturæ Regno nutrimentum exhibent.

358. Duplex motus lucis circularis & rectus.

Accepit autem lux duplicem motum à Deo, & quidem primum circularem, per quem ad idem principium à quo proceſſerat, reverti, & perpetuâ æternæ bonitatis conſervatione frui poſſet, Hinc circularis motus immortalium & incorruptibilium corporum proprius eſt, de quo Plato ita: *Motus circularis eſt omnium admirabilium fons, dum magnis & parvus circulis, velocitatibus & tarditatibus manifeſtis procedit.* Plato de legibus Dialog. 10. Præter primi mobilis ſempiternam rotationem, Lux quoque naturalem motum à Deo acquiſivit, rectum nimirum, quo globuli ignis lucidi à velocitate igneæ ſphæræ evolantes, ad locum ignis primævum redire, ſicque naturali perfectione frui poſſunt.

359. Motus ignis rectus declaratur.

Globulos autem lucis igneos à rapidiſſimo motu per omnem mundi ambitum repelli, ipſius motus natura, quæ liberrimè in rectum tendit, nobis evidenter declarat, ut ſi exempli gratia è funda diu rotata lapis proijciatur, non priſtinum circularem motum retinebit lapis, ſed recto curſu viam quamcunq; abſolvet; ſic globulos cœleſtes ad vorticum extrema delapſos, per totum terræ diametrum pertranſire poſſe, nec corporum ulla obſtacula impedient, cum ſpiritualis lucis eſſentia nullibi incluſa, vitra, metalla & lapides pertranſire poſſint;

360. Ignis in naturæ Regno ubique præſens.

A ſolidis etiam ſiderum ſubſtantijs impelli ipſiſſima corporum ratio perſuadet, & tandem cum aquoſa cœli luci proximi vel aquarum ſupra cœleſtium effluvia, ſcilicet continuo fluxu & reflexu vorticum lucis interſtitia obnubilent, hiſce groſſis corpuſculis aquarum viarumque cœleſtium ſpacia coarctari, ſicq; ignis globulos impetuoſo motu propelli, & fortiori vi prædita eſſe, ſanæ rationi non contrarium erit.

361. Stellarum fixarum extima ſuperficies flammea.

Sidera ergo ſtellarum fixarum conſtituunt in corporeo mundo ſupremam ſphæram, ita ut terram verſus varie diſtincta conſpiciantur, ad exteriorem vero ſuperficiem nil niſi puriſſima contigua ignis flamma ſit, hinc à Græcis aurea ſuperficies dicta fuit, quæ procul dubio etiam lacteæ in cœlo viæ cauſa erit, quod

362. Aurea Græcorum mundi ſuperficies.

Deus certam velut viam contigua flamma præmonſtrans, ſupremi cœli naturam oſtendere voluerit, cum inferiores ſtellis, ſupracœleſtes aquæ, lumen ſiderum transmittant.

363. Via lactea unde exorta ſit.


Hinc Ariſtoteles: *Lacteum circulum Anaxagoras & Democritus exiſtimârunt eſſe lumen quorundam, quæ non habent lucem à Sole, ſed lac eſſe ipſorum lumen proprium, ſed lac ſemper idem eſt in ejusdem Aſtris, ergo opinio Anaxagoræ &*

Demo-

Democriti falſa eſt, ut inquit Meteor. 1. ſu. 2. cap. 5. ſic Averroes Meteorum 1. cap. 364.
3. nobiſcum conſentit, dicens: *Lacteus circulus ſit, quia cum ſint in eo plures ſtellæ, pro-* Philoſopho-
propter propinquitatem earum reflectuntur earum lumina in ſuperficie ignis, aut hujus rum opinio
corporis fumoſi, & admiſcentur lumina & eſt æternus. de via lactea.

Nec enim ſententia hæc de ſuprema ſphæra ignea prorſus nova, ſed jam 365.
à Platone approbata eſt, qui in Timæo Locro ita dicit: *Mundus tangi poteſt* Superficies
propter terram videri propter ignem, quæ duo extrema ſunt, per aërem vero & aquam mundi ignea
colligavit vinculi robuſtiſſimi proportione &c. Itemque alibi: *Mundus cum ſit ſolidus* ſecund. Pla-
tangi & videri poteſt, terram & ignem ſortitus eſt, media inter hæc aërem & aquam. tonem.

Fuerunt etiam veteres Ægyptij in certa perſuaſione, mundi ſphæram ſu- 366. Stellæ fixæ
premam igneam, ſtellisque ſcintillantibus repletam eſſe, quorum ſyſtema mun- ſupremæ ſe-
di antiquiſſimum R. Pater Kircherus in Oedipo Ægypt. tali forma deſcribit. cund. Ægy-
ptios.



367. Syſtema mundi Ægyptiorum.

SECTIO IV.

Verſicul 4.

ET VIDIT DEUS LUCEM QUOD ESSET BONA ET DIVISIT LUCEM A TENEBRIS.

IN Deo nulla mutatio, nec viciſſitudinis adumbratio, propterea quod ſemel, 368.
ſemper bonum erit, hinc lucem illam primævam in ſua perfectione & boni- Lucem pri-
tate hucusque manſiſſe, & nonam ſtellarum fixarum ſphæram primo die mævum ſta-
compleram, & nihil amplius ad totius complementum in ea deſideratum tim perfectã
fuiſſe, verba S. Scripturæ teſtantur: Et vidit Deus quod ſit bona. fuiſſe & ex-
ornatam.

Cum igitur primum hoc ab ipſo Deo bonum declaratum, & exornatum 369.
ſit, Phyſicam & eſſentialem omnium rerum bonitatem à Luce incipere, ſicque Ex ſphæra in
à ſphæra ſuprema Divinæ luci proxima, & in æternum bonitatis ignem loca- æternum
ta, omnem bonitatem ad nos defluere exiſtimandum erit. ignem locuta
omnis natu-
ralis bonitas.

370. Duo in natura ſuprema unum & bonum.

371. Naturalis rerum felicitas in quo conſiſtat?

372. Bonitas quid ſit?

Ut autem intelligamus in quo formalis bonitas conſiſtat, præſupponimus primo, duo eſſe ſumma in natura, unum & bonum, unum eſt principium & bonum finis, ſicuti ex fine creationis bonitas refulſit, quæ ab uno principium acquiſivit, bonitas hæc aquiritur aut in ſe ipſo, ſcilicet in opere creationis, aut in ipſo creatore, ſed hâc bonitate præter hominem & Angelos, omnes reliquæ creaturæ fruſtratæ ſunt, ſi enim bonitatem acquirerent in ipſo Deo, converterentur in Deum, mutata corporali natura in ſpiritualem intelligentem; nam bonitas formaliter eſt converſio ad ſuum principium.

373. Lucis felicitas eſt in ſuo eſſe quod accepit à Deo.

374. Lux ſimulacrum Dei.

Propterea ut ad Lucis naturam accedamus, bonitas ejus eſt in ſe ipſa ſcilicet in tali felicitate, qua primo eſt, eſſe enim accepit à Deo, qui eſt primum & ipſiſſimum eſſe, à quo reliqua omnia eſſentiam acquiſiverunt. Deinde felicitas eſt, quod ſit actus, & in hoc iterum Deo ſimilis eſt, qui eſt primus actus, & dum ignis ignem producit divinam fertilitatem, dum ſe intra terminos ſuæ continet ſphæræ, juſtitiam, dum nobis inſervit, beneficentiam pro ſuæ naturæ modulo immitatur, ut optimè Philoſophatur Joh. Picus Mirandul. in Heptaplo Bonitas etiam ſumma lucis conſiſtit in ſuæ eſſentiæ puritate, qua propè ad ſpiritualem naturam accedit, animæ humanæ ſenſuum ope inſervit, Angelorum organon eſt, unde Angeli lucis ſpiritus dicuntur, Deuſque ipſe per lucem & calorem nobis omnia naturalia beneficia è cœlo elargitur, unde de lumine Dionyſius Areopag. lib. de Divinis nominibus ita: *Lumen ex ipſo bono eſt, ideo & ipſum bonum luminis cognomento laudatur, tanquam in imagine quadam exemplar expreſſum.*

375. Duo ſunt corpora, cœleſtia, lucida, & tenebricoſa.


376. Maculæ lunæ unde exorianrur?

Lucem in ſupremis, tenebras adhucdum in abyſſo permanſiſſe evidens eſt ex Sacro textu, qui ita pergit; Et ſeparavit Deus lucem à tenebris, duo igitur præter terram fuêre corpora à Deo condita, Lux nimirùm & tenebræ Lux cœli ſupremi, tenebræ vero aquarum nomine, prout hodie adhuc Aër ex Aquis extenſus, omneſque aquæ inferiores tenebricoſæ ſunt, & luminis effluvia intra ſinuum capacitates abſorbent, Terra vero quæ duriori nexu ſed & groſſiori corpore coagmentata eſt, reflectendo lucis radios, de ſe ſplendorem mutuatitium emittit, hinc in Lunæ vicino corpore terram lumen, Mare vero maculas tenebricoſas cauſare, manifeſtum eſt.

377. Lucis & tenebrarum effectus in æſtate & Hyeme.

378. Duo ſunt cœlitus advenientia.

Lucis & tenebrarum manifeſtas operationes ſentimus æſtatis & hiemis, Diei & noctis tempore, dum in altero calor & vivificans virtus omnia germinare & frondeſcere, in altero frigus cunta alta quiete ſopita, & velut emortua apparere efficit. Duo igitur ſunt cœlitus ad nos deſcendentia corpora, Lux & tenebræ, ſive calor & frigus, quæ utraque ſubſtantialia eſſe, apparet cuivis vel minimo naturæ curioſo, præprimis deſtillatoriæ artis experto, licetque ſimili experimento rem declarare. Ponatur hiemali tempore duæ cucurbitæ vitreæ, ad dimidium aqua fontana repletæ, altera ſuper ignitos carbones, una



ad aërem frigori expoſitum, vel in gelidam aquam, ſintque ambæ cucurbitæ ad punctum A aqua repletæ, videbis mox ingredientibus caloris & frigoris corpuſculis, aquam dilatari & aſcendere in cucurbita ad punctum B. uſque dum aqua in carbonibus impoſita cucurbita, nimio calore agitari & ebullire incipiat, in altera vero congeletur, ſicque in una motus, in altera quies excitetur. Si vero explorare intentes, qualia corpora cucurbitam illam aquæ

con-

congelatæ intrarint, poteris tali modo examinare ; Aërem, ventoſque à vitro 380. Corpora non niſi ſubtiliſſima poſſunt pertranſire vitra.
excludi, experiuntur omnes, ope feneſtrarum, aquam aliam vitrum penetrare
poſſe, impoſſibile eſt, quod ſi ergo cucurbitam ad dimidium aqua repletam,
& à foramine, viti fuſione conglutinatam & obturatam, frigidiſſimum ad
aërem repoſueris, animadvertes nihilominus aquam elevari, ad punctum B. &
ſic congelari tantopere, ut tandem vitrum aquæ duritiei cedat & diſſiliat.
Cauſa igitur hujus aquæ expanſionis & congelationis non in caloris privatio- 381. Cœleſtia corpora penetrant vitra.
ne, aut in ſubſtantia aëris aut aquarum, ſed in cœlo quærenda, ex quo lux & te-
nebræ, calor & frigus ad nos deſcendunt.

Cum autem in primo creationis die nil niſi lux & aqua in cœlo, terra vero 382. Duplicia ſunt ſubtiliſſima corpora.
in centro mundi extiterit, aquas ad lucis oppoſitionem tenebras vocatas fuiſ-
ſe, evidens eſt, diximus autem ſupra ; ſupremas aquas cœleſtes Divini Spiritus
fotu purificatas fuiſſe, hinc per vitra, parietes, imo ad uſque ſubterraneas terræ
cameras penetrare, & omnia pervadere poſſe quis dubitabit ? ſed videtur hoc 383. An cœleſtis ſpiritus nocere poſſit.
mirum, quod lux ſubtiliſſimo balſamo cuncta vivificet, ſpiritus è contra omnia
extinguere & enecare videatur, Ad hoc facilis eſt reſponſio, quod ſicut in ſub-
lunaribus nihil, etiamſi ſole calefactum ſit, niſi ſufficiente aqua humectatum,
efflorеſcere poteſt, ſic deficiente rore vel cœleſti ſpiritu, nihil perdurare pote-
rit, hinc tempeſtatū viciſſitudines à Deo ſapientiſſimo ordinatæ, ut ſperma Na- 384. Tempeſtatū viciſſitudines quare ?
turæ hyemali tempore, & de nocte è cœlo deſcendere, ſicque ſuccedente veris
& æſtatis calore à ſole interdiu omnia vivificari poſſint. Hinc fertilior Annus,
in quo corporum cœleſtium manifeſtæ percipiuntur operationes. Secundo
frigus ſublunaria afficiens non ex ſupracœleſtibus aquis, ſed ex ſubſtantia ſide-
derum ſuperiorum, præſertim Saturni, ad nos defluere in Aſtronomia demon-
ſtrabimus. Lucem Balſamum rubicundum è cœlo diſtillans eſſe, & tenebra-
rum tempore frigidam auram è cœlo deferre ; quam Roris vel ſpermatis cœle-
ſtis nomine dignam, nexu & naturali aſſociatione cum Balſamo Lucis Anima- 385. Lux & ſpiritus cœli omnia fovent.
libus occultum vitæ cibum præbere, vegetabilibus fotum ſuppeditare, & in
minerali regno Aurum generare, ante aliquot annos edocui, in meo Elixire So-
lis & vitæ de quo infra plura audiemus.

Hinc propter terræ fertilitatem tanta eſt Eclipticæ obliquitas, ut calori 386. Quare Eclipticæ obliquitas ?
frigus, tenebræ nocti, motui quies ſuccederent, calorisque & frigoris cœleſtis
ſenſibilem operationem percipimus in Borealibus noſtris regionibus. Nam
Sole per tropicum capricorni ad ſeptentrionalem mundi plagam revertente,
vegetabilia cuncta pullulant noſtris in regionibus, Arbores ſuccum & gemmas 387. Motus naturæ poſt ſolſtitia.
protrudunt, &c. è contra vero per tropicum cancri à nobis recedente ſole,
ſpermatio cœli lacte omnia matureſcunt, radices in terræ gremio latitantes
ſucco prolifico gravidæ turgeſcunt, uſque dum nive & frigore congelante, re-
ſervata omnia ad novam veris reſurrectionem reviviſcant.

Frigus autem calori non oppoſitum ſed amicum eſſe, experimur, cum cœli 388. Frigus cœleſte non oppoſitum eſt calori.
ſpermata in igne probationis libramus, in omnibus autem, quæ pro cibo ho-
minibus à Deo elargita ſunt, præſertim in pane, copioſiſſimum cœli nectar la-
titare, oſtendere poteſt quilibet qui Siliginis & Zeæ flores per alembicum di-
ſtillat, namque melleagineum liquorem ex floribus iſtis prodire, jam jam
Pharmacopæi didicerunt. Liquorem autem iſtum melleum ex Solari Bal- 389. Calor & frigus cœleſte debent aſſociari.
ſamo & ſiderum ſpiritu conſtare, ejus effectus probârunt, ſic ut Sole conco
mitante, quælibet ferè cœli effluvia temperata & rorida ſint, è contra Solis lu-
mine deficiente, aquæ cœleſtes inferioribus nimis moleſtæ (cum in calore vita
ſit,) & cum pluvialibus, putealibus, omnibusque marinis & fontanis aquis 390. Quomodo aquæ congelentur ?
aſſociatæ, eas penetrando & pororum interſtitia occlu-
dendo congelent.

Sectio

SECTIO V.

Verſ. V.

APPELLAVITQUE LUCEM DIEM ET TENEBRAS NOCTEM, FACTUMQUE EST VESPERE ET MANE DIES UNUS.

391. Lux non eſt cauſa temporis formalis.

LUcem non eſſe cauſam temporis formalem, patet exindè; quod tempus ante lucem jam ab ortu in meridiem duraverit, primi mobilis namq; periodica revolutio à principio ab oriente in meridiem deducta fuit; cum lux crearetur, hinc luce oriente; à meridie, veſpera incepit, cui in ſecuta nox

392. Lux non eſt diei principium.

& mane, diem perfecit. Hinc lucem non eſſe diei principium, ſed tantum nomen diei à Deo accepiſſe, patet, quod cœlum & terra ante lucem creata fuerint, Namq; aut cœlum & terra primo die producta ſunt, aut non, ſi prius, tunc ante lucis exiſtentiam præſupponendum aliud formale Diei principium quam Lux: Si non primo die producta, cœlum & terra, tunc erunt vel octo dies creationis, quod eſt contra S. ſcripturam vel cœlum & terra erunt ante tempus producta, & per conſequens ab æterno, quod eſt contra fidem orthodoxam. Manet ergo,

393. Primi mobilis motus ante lucem à fotu Spiritus divini.

quod cœlum & terra primo creationis die producta ſint; & quidem incipiente cœlo, primi mobilis motus ſimul ortum ducebat ex fotu ſpiritus ſancti; uſquo dum exorta Luce, ex veſpera & manes factus ſit dies unus, propterea formale temporis principium erit fotus aquarum ſupracœleſtium, qui poſteà in ignem velut formam univerſi, à Deo creationis virtute derivatus fuit.

394. Quando dies inceperit?

Dum autem diurnum tempus in diluculum, mane meridiem, veſperam & crepuſculum dividatur; qua parte dies inceperit? merito à quibusdam quæritur? & Reſpondetur pro locorum diverſitate in quibusdam terræ tractibus fuiſſe mane, meridiem, veſperam & crepuſculum; ſed ad ſitum Paradiſi, & loci in

395. A meridie & in angulo medij cœli facta eſt lux.

quo humanæ proſapiæ ortus fuit, perfectiſſimam lucis in angulo medij cœli poſitionem ſtatuendam eſſe, ſuadet & ordinis & naturæ perfectio, & ſcriptura etiam quæ procedente illo lucis motu, factam fuiſſe veſperam & ex veſpera & mane, diem primum deſcribit.

396. Lux poſt ſextam diei horã creata eſt.

Lux ergo ad primi mobilis revolutionem poſt finitam ſextam diei horam creata eſt, hora nimirum duodecima poſt meridiem, hinc ſeptima hora tot mutationum genitrix, unde criſes & periodicæ febrium mutationes, præprimis ſeptenarius numerus maximum in humana vita pondus gerit, nam primo dierum ſeptenario conceptio ovi forma in tuba uteri detinetur, velut in via ad agrum

397. Septimus numerus quare antiquis ſacer fuerit.

naturæ, donec ſeptimo die ad uterum delapſa; cruore inundetur, formatio membrorum ſeptimo ſeptenario elapſo, exornatio ſeptem menſium ſpacio abſolvitur, hinc ſeptimeſtris partus vitalis eſt. Poſt partum primus ſeptenarius annorum infantiam, ſecundus pueritiam, tertius adoleſcentiam, &c. ſeptimus ſeptenarius annorum eſt meta & periodus noſtri floris & augmenti; Hinc anno quadrageſimo nono deſinunt menſtrua mulierum, & natura velut aſtrali percuſſione extincta ſterileſcit; ſeptimo ſeptenario mille annorum, ad revolutionem ſphæræ octavæ primæ Lucis ſtellarum fixarum, magnam illam naturæ periodum finitam, omnia ad primum creationis horoſcopum reditura fore, putabant aliquando antiquiſſimi Philoſophi. Hinc ſeptenarius numerus ſacer à veteribus habitus eſt.

398. Quare Judæi non à meridie diem incipiant?

Hiſce præſuppoſitis, mirum eſt, cur Judæi non ex literali ſcripturæ ſenſu diem à meridie incipiant, & per veſperam & mane Aſtronomorum more ad uſque meridiem terminentur, cum è contra à veſpera & mane & meridie diem deſcribant, uti in ſequentibus apparebit.

399. Lux primæva non fecit diẽ in terra.

Primum autem hunc diem, non talem fuiſſe; qualem nos quotidie aſpicimus, apparet exinde, quod Lux nondum ad terram penetravit, prout quarto die inveniemus. Propterea Lux illa ſupplevit divini ſpiritus fotum, aquas movendo, uſque dum reliqua omnia exornata & inferiora etiam ad motum & lumen ſuſcipiendum diſpoſita fuerint.

Cum


Cum autem dies nondum adhuc terram colluſtravit, quæritur quomodo 400. Quomodo factus fuerit dies?
factum fuerit mane veſpera & meridies? Et reſpondetur ex ſiderum motu, è
puncto verticali meridiano ad occidentem, factam fuiſſe veſperam, ex lapſu &
aſcenſu per Horizontem oppoſitum ad usq; orientem, factum mane, & ſic per
conſequens, ex diverſitate cœli punctorum, cujuslibet ſideris tempora defluxiſ-
ſe. Hinc Plutarchus; *Terra eſt organon temporis, non quod convertatur modo ſtella-* 401. Terra organon temporis eſt.
rum aliarum, ſed quia loco ſuo hærens, præbet illis currentibus exortus & obitus, quibus
modi temporum primi, dies & noctes finiuntur, & ideo eam etiam appellat Plato cuſtodem
& opificem noctis. Plutarchus in Pat. quæſt.

CAPUT II.

OPUS CREATIONIS II. DIEI.

SECTIO I.

DIXIT QUOQ; DEUS FIAT FIRMAMENTUM IN MEDIO AQUARUM ET DIVIDAT AQUAS AB AQUIS.



402. Prima naturæ exornatio.

LIt. A Terra BBB. Aquarum ſphæræ quarum 1. Aquæ infra cœleſtes 2. Aër
3. Aquæ ſupra cœleſtes CC. Sphæra ignis vel lucis primæva Tribus Ele-
mentis, Cœlo, Terra & Luce diſtinctis primo die creatis, Ter maximus re-
rum conditor opificium ſuum altero die exornare incepit, ſicque in medio a-
quarum ampliſſimam aream extruere, & in eam totum naturæ chorum velut in
Amphitheatrum introducere propoſuit. Dixit ergo: FIAT FIRMAMEN-
TUM in medio aquarum, quod naturæ cancellos obfirmet, ne cæco & inor-
403. Aër ex aquis expanſus.
dinato impetu omnia deformiter confundantur. Cum itaq; firmamentum in
medio aquarum productum, & quaſi ex aquis expanſum ſit, mediam inter ſupra
404. Mediæ naturæ eſt inter aquas duplices
& infra cœleſtes aquas naturam habebit, ſicut Aër craſſior ſit aquis ſupra cœle-
ſtibus, ſed ſubtilior longè his infra cœleſtibus, Aqueæ tamen naturæ, ſed tali fa-
miliaritate ſpiritibꝰ noſtris propinquæ, ut pro ſuſtentatione aëreo corpore opus
habeant, hinc nullum animal, imo nec piſces ſine aëre vitam diutius conſervare
405. Aër quid ſit.
poſſunt. Propterea Aër, eſt corpus liquidum, aquoſum, & ſubtile, omnibus
aliis corporibus tranſitum permittens, pro Regnis naturæ ſuſtentandis à Deo
conditum. Producto æthere, inceperunt loca naturalia corporum, ut quodli-
bet libera lance vibratum, ad ſuam aſcendere ſphæram, ſicq; levia ſurſum, gra-
via deorſum ſe ſe reclinare poſſint.

406. Firmamentum quare vocetur Aër.
Firmavit ergo aër inter loca naturalia, & quidem primo inter mundum
cœleſtem & terreſtrem, de quo Jobi c. 38. ipſe Jehovah dicit: *Nunquid noſti
ordinem cœli, & pones dominium ejus in terra.* Tali aëris obfirmatione factum eſt,
ut cœleſtia corpora vinculis inferiorum exſoluta, per aërem ad Cœlum rever-
tantur, terreſtria è contra, facili tranſitu ex aëre ad nos recedant.

407. Aër firmat inter meteora.
Propterea etiam inter Meteora aër certa obfirmavit loca, ut quæ ad mon-
tium altitudinem venerunt effluvia aquoſa, in nebulas, pruinas, pluvias & ro-
rem convertantur. Nonnulla in ſublime rapiuntur, quæ ex ſulphure & ſali-
bus conſtant, & materiam cometarum variorumq; φαſmatum præſentant.

408. Quare Deus animata inter aquarum ſphæras collocavit?
Cum enim ignis Elementum nimis ſubtile penetrans & conſumens ſit, ne
variis ex organis & partibus compoſita mundana corpora reſolvat & diſſipet,
Deus ad aquarum cameram animata corpora collocavit, ita, ut ex terra & mari
corpus, ex aëre & ſupra cœleſtibus aquis ſpiritum, ex luce Balſamum & vitam
ſuſcipiant, ſicque ignis radii in mollibus aquoſis aëris corpuſculis obtuſi & tem-
perati, è ſublimi velut per undas penetrent, & in ſolido terræ plano repercuſſi,
lumen & virtutem terrenis elargiantur.

409. Natura aquarum ſupra cœleſtium explicatur.
Ex hiſce conſequitur, ſuperiores aquas pellucidas & luminoſas eſſe, quæ
ſcilicet à Divino ſpiritu prius fotæ erant, jam à luce colluſtratæ in nectar
& ambroſiam cœleſtem converſæ ſunt. Propterea divinæ benedictio-
nes ſemper largiſſimas cœli influentias promiſerunt, Terraque Canaam
410. Cœlum fœcunditatis ſcaturigo eſt.
lac cœleſte, & mel Solis, ſuperflue deſtillans, ſancto Dei populo
conceſſa fuit, nullibique plus Balſami Solaris & cœleſtis ſpiritus repe-
ritur quam in pane & vino ad hominum vitam à DEO ſingulariter benedi-
411. Panis & vinum à Deo ſingulariter benedicta ſunt.
ctis. Supra enim memoravimus, quod ſpiritus florum ſiliginis puriſſimum
mel redoleat, quid ſpiritus panis in medicina & chymia proſtet, in ſequen-
tibus oſtendemus. Vinum Solari Balſamo refertum eſſe, cordis exhilaratio,
ſpirituum reſuſcitatio, totaque ejus chymica anatome atteſtabitur, cum in vi-
no Reſina & oleum deliteſcat cujus operationes nemo ſatis percipere aut ſuffi-
cientibus laudibus decantare poteſt.

412. Locum inter utraſq; aquas occupat aër.
Supremas has aquas ſumme ſpirituales, ſubſequitur Aër, qui totum il-
lud ſpacium ad uſque inferiores aquas & ad Oceanum occupans, ubique u-
413. Aër undiquaque homogeneus eſt uſque ad ſuperiora ſidera.
nam eandemque naturam tenet. Namque cœli materiam homogeneam eſſe
cum corpore aëris noſtri inferioris, patet exinde, quod contiguitate, fluxu &
refluxu combinet, & miſceatur, nec non eſſentiæ ortu eundem horoſcopum
acquiſierit. Propterea inanis & falſa eſt illa quinta eſſentia cœli ætherei,
quam ſine ulla ratione excogitatam invenimus, namq; Primo contradicit illa,
414. Nulla in cœlo quinta eſſentia.
expreſſo noſtro ſacro textui, in hâc re clariſſimo, ſecundo cum aër ſufficiens ſit
ad luminis tranſmiſſionem & heterogeneorum ſegregationem, quid opus erit

ficta

ſacta nova quinta eſſentia cœleſti, aut 3. ſi ex longe ſubtiliori & ad ignis naturam proxime accedente materia cœlum conſtaret, & motus velocitate, & corporum fervore ductum omnia conflagrata fuiſſent.

415. An in aere contenta ejus naturam varient?

An vero, poſitis harmonice inter ſe invicem conſpirantibus per æthera ſuperioribus & inferioribus; diverſæ cœli poſitiones etiam reales aëris varietates inferant, nullo modo admittere aut nobis imaginari poſſumus, ducti ſequentibus rationibus.

416. Negativa defenditur.

Primo enim etiamſi in infirma hac regione omnium rerum effluvia per aërem diffundantur, ſicque varii magnetes velut catena quadam aërem obnubilent; nihil tamen reperitur, quod naturam aëris; divina creationis virtute & benedictione obſignatam, deſtruere poſſit.

417. Vapores non mutant aërem.

Sed dum omnia propriis Ideis & corporibus veſtita ſunt, nedum in minimis & accidentalibus naturam rerum immutari, ſed potius pulcherrimam mundi harmoniam conſervari, animadvertimus.

418. Aer facillime purificatur.

Et videmus in aëre nive, pluviis & nebulis contriſtato, quam leviter ſolares radii & lumen omnia repurgare, ſicque aer puriſſimus fieri poſſit, non tamen ab omnibus aliis aſcendentibus & deſcendentibus corpuſculis immunis;

419. Quare aer ſemper vaporoſus?

id enim ab optimo conditore ſtudio proviſum, ut nimirum variis corporibus combinantibus, animalia pro ſpirituum generatione auram vitalem haurire; & aquoſis tranſpirationibus fervidum cordis æſtum temperare poſſint.

420. Qualis media Aeris Regio.

Secundo de media aeris regione res facile procedit, quam puriorem eſſe & proprius ad ignis naturam accedentem exiſtimant, ſed quamvis ad eam

421. Quare ſupremum aerem igneum putatint Philoſophi.

aquei vapores, ponderis gravitate præpediti, non penetrent, ſulphureas tamen exhalationes, ſalinis miſtas ſubtilioris ſcilicet naturæ, eo uſque aſcendere manifeſtum eſt. Propterea dum varias ibi igneas metamorphoſes & ludibria naturæ aſpexere Philoſophi, Igneæ naturæ æthera eſſe exiſtimarunt, ſed fruſtra;

422. Quare ſuprema montium cacumina inhabitabilia ſint.

Nonne enim in ſupremis montium cacuminibus nivis & glaciei colles aſpicimus; ita ut propter ſummum aeris frigus, ibidem habitare impoſſibile ſit; ex tali cauſa, quod frigoris à planetarum ſphæris defluentjs ſubtilitatem, ſicut & ignis puriſſimi effectum, animalis natura non tollerare poſſit; & in iiſdem locis Solarium radiorum debilis reflexio ſit;

423. Quare loca ſub Polaria inhabitabilia ſint.

propterea etiam in locis ad Polos à ſolis radiis obliquis & diſſitis, mare ferè ſemper cruſta glaciei occluditur, ſicque niſi ibidem terra nive denſiſſima tecta; & à ſubterraneo calore fota, animalibus cibum ſuppeditaret; omnia animantia fame & ſiti ibidem locorum perirent.

424. Quare Aeris natura non ſit ignea aut ſiderea.

Nec enim ſiderum natura corpus aliud pro interſtitio eorum requiſivit; niſi quod omnino heterogeneum foret; Nam vel ſimile in propriam ſubſtantiam & ad vertices activitatum in exhauſtos raperent, vel repellendo in terram, aut verſus centrum ab ipſis remotiſſimum protruderent. Sed nullam aliam, niſi aëream materiam motibus omnibus, etiam ventis vehementiſſime impellentibus, cœlitus ad nos perveniſſe unquam deprehenſum fuit.

425. Qualis fuerit aquarum infra cœleſtium primæva natura?

Aquis ſic divina virtute per aëris interſtitium diviſis, remanſit groſſior aquarum pars infra expanſum, terræ innatans, velut immenſum pelagus, quod à centro remotiorem & terra ſuperiorem ſphæram occupans, à primi mobilis rotatione periodicam revolutionem accepit.

426. Maris motus unde?

Omnia enim, præter Terram (quam in reſpectu ad Cœlum vix ſenſibile punctum referre, Aſtronomi exiſtimant) à primi mobilis impetu rotari, & ſolam terram quieſcere, didicerunt omnes naturæ cultores, ita ut Mare ab ortu in occaſum ſingulis viginti quatuor horis devolvatur, & ad Solis in angulis cœli propoſitum periodicos ſex horarios, motus manifeſtet.

427. Mare quando non ſalſum fuerit?

Mare vel aquas infra cœleſtes tunc temporis primæ diviſionis non ſalſas fuiſſe, patet exinde, quod ſalſedo non ſit de ſubſtantia aquarum, & antequam terreſtri globo permixtæ, vel Solaribus radiis tepefactæ fuerint aquæ primævæ, nullam ac redinem ſalinam reportaſſe neceſſum eſt, utpote cum Salis generatio ex Sole & terra dependeat, uti ſupra deduximus.

SECTIO II.

ET FECIT DEUS FIRMAMENTUM, DIVISITQUE AQUAS, QUÆ ERANT SUB FIRMAMENTO, AB HIS QUÆ ERANT SUPRA FIRMAMENTUM, ET FACTUM EST ITA.

428. Verbum ויעש fecit denotat expanſionem aquarum.

DIctum prius eſt Deum voce יהי produxiſſe firmamentum, nunc verò repetit ſacer textus ויעש, & fecit Deus firmamentum, de notando expandiſſe aërem ex corpore aquarum, velut velamen & pellem ut loquitur in Jobo.

429. Expanſum pro loco planetarum & omnium corporum mutabilium.

Fecit ergo Deus EXPANSUM, FIRMAMENTUM, in locum & ſedem Planetarum, omniumque corporum mutationi obnoxiorum, hinc diaphinum mollem mobilem & ſubtilem formavit Aërem, neque vera eſt illa de Sphærarum cœli ſoliditate opinio, quam ex conſtanti & regulari ſiderum ordine promanaſſe, non nulli exiſtimant, quaſi planetæ tabulæ, veluti aquis ſupra

430. Nulla ſphærarum cœli ſoliditas.

cœleſtibus criſtallinis affixi eſſent. Namq; Deus unicum tantum expanſum fecit, & ſi aër cum ſuperiori cœli regione Planetis intermedia ſpecie diverſus eſſet, plura firmamenta producta fuiſſe conſequens foret, neq; planetæ in Solido

431. Namque eſſent plurima expanſa numeranda.

cœlo ſua loca miris gyrationibus ſtationibus & retroceſſionibus, libere mutarent. Manet ergo planetas in cœlo, ſicut piſces in aqua, & terreſtria animantia in montibus & convallibus hinc & inde vagari, ita tamen, ut eorum motus plane naturalis & neceſſarius, terreſtrium verò & aquatilium animalis & liber

432. Planetæ naturali ſimplici motu rotantur.

ſit; Neq; enim duplex realis motus in cœlo eſt, unus nyctimeræ revolutionis, alter retroceſſionis, priori contrarius; Nam in cœlo nulla contrarietas aut violentia, ſed quod Saturnus parum quotidie periodicam revolutionem retardet,

433. Non datur duplex in cœlo motus.

accidit, quod ejus eſſentia craſſior longe ſit quam ſtellarum fixarum, & quo centro proximiora, eo tardiora & groſſioribus partibus ponderoſa erunt corpora, usq; ad lunam, quæ planetarum tardiſſima, donec tandem in terra omnis

434. Quare ſaturnus motum retardet.

motus evaneſcat, & in centro quies fundetur.

Fecit præterea Deus firmamentum, ut in ejus area cœleſtia cum terreſtribus mirabili naturæ ludo combinent, ſicq; terra cœli virtutibus, meteoris me-

435. Aër eſt Amphitheatrum omnis mutationis.

diantibus impraegnetur, hinc quæ longo tempore in aëre exiſtunt, omnia putreſcere & reſolvi animadvertimus. Metalla & præprimis ferrum ſolidiſſimum ferruginem induit, Muri inexpugnabiles quaſi marcore corroduntur, ligna puteſcunt, quæ in aquis abſcondita, alias in lapides indurari experientia notavit.

436. Aër omnia reſolvit.

Plantæ in aëre à radice avulſæ emoriuntur, nec tandem animalia & ipſe heros naturæ homo, ultra ſeculum aërem ſuſtinere poteſt, namq; obfirmat & impellit

437. Simplicia diutius aërem ſuſtinere poſſunt.

Aër, ut ſiderea ad ſphæram naturalem levitate aſcendant, gravia è contra ad quietem deſcendant; ſic ergo quæ ſimplicia ſunt, diutius in aëre perſeverant, prout oleum, quod igneæ naturæ, difficulter corrumpitur, quod ſi vero ſalſedo & mixtura intercedat, oleum mutata veſte ſplendorem amittit, atque in ſalis volatilis forma per aërem aſcendit, donec amiſſo ſale ad ignis ſphæram pertingat.

438. Aër omnibus rebus mixtis & compoſitis inſervit.

Intercedit ergo Aër omnibus Elementis ut ex iiſdem corpora compoſita fiant, Exempli gratia, in locis ſub Ecclyptica, à Solis aduſtione aſcendit Balſamum ſolare, ſalino terreſtri corpore mixtum, cumque plus olei quam ſalis continet, oriuntur exinde meteora ignita; ſi vero plus ſalis quam olei, ſpirituoſus

439. Quomodo meteora ignita generentur

liquor inſtar Aquæ vitæ vel ardentis generatur, à quo fertilitas agrorum, omniſque terræ fæcunda humectatio, hinc nebulam Paradiſum humectâſſe legimus Gen. cap. 2. Quod artificialiter experiri licet, in ſpiritus vini deſtilla-

440. Quomodo fertilitas terræ oriatur.

tione, ſi quis accipiat fæcum vini libras viginti, & dimidiam partem lenta exiccatione in pulverem redigat, alteram partem humidam in peculiari vaſe, & ſiccam in alio deſtillet per Alembicum, ex ſicca materia prodibit copioſiſſimum

441. Exemmplum cum ſpiritus vini deſtillatione.

Sal volatile, ex humida vero, quia ſal illud volatile concomitans habet humidum phlegma, vapor pertingens ad frigidum Alembicum, ad combinationem cum aëre per Alembici roſtrũ aut refrigerium alteranſe, convertitur in ſpiritum

Vini, ſic ergo primo prodit ſpiritus, & evaporato Sale, aſcendit demum phlegma inſipidum. Conſimili modo accidit in humano corpore, liquor, chyli forma, à lacteis venis attractus, in corde deſtillatur ita; ut vapor ſalinus ad pulmones aſcendat, qui à frigido ibidem intrante aëre coagulatus, in ſpirituoſa forma ad cor revertitur, cum non ſatis ad animalem naturam elaboratus ſit, à cordis virtute, velut ſub malleo & incude à pulſu conglutinatur, & contunditur, ſicq; influens ſpiritus matureſcit, & in omnes partes diſpergitur. Qualem ergo omnis ſpirituoſus liquor naturam habeat, ex his facile reſolvi poterit, exempla infinita dabimus in praxi chymica.

442. Spirituum generatio in humano corpore quomodo fiat?

Aëris interſtitio diviſiſſe Deum infra cœleſtes à ſuperibus aquis, idem eſt, ac eſſentiam aëris aquis infra cœleſtibus ſubtiliorem, & ſupra cœleſtibus craſſiorem effeciſſe Deum, quod in natura manifeſtum eſt, namque in aëre omnium corporum effluvia deprehenduntur, in aqua vero ſublunari, particulæ terreſtres ceſſante motu ad fundum ſubſident, igneæ exhalant, aërque ipſe ſemper aquam ſuperat, hinc aërem comprimi poſſe, aquam vero non ita, notiſſimum eſt, cujus cauſa eſt, quod ignea ſiderum effluvia ſemper in aëre circumvolitent, quæ quamvis lagenam vel cavitatem libere pertranſire poſſunt; hinc aër ad extenſionem lagenæ coriaceæ ampliatur & comprimitur, aqua vero corpore longo, craſſiore non tam multum de igneis ſiderum corpuſculis admittit, propterea nec extenſionem nec adſtrictionem patitur.

443. Aer mediam inter utrasq; aquas ſubſtantiam tenet.

444. Aer comprimi poteſt; aqua vero non

Duplices autem recenſentur aquæ diviſæ; & primo quidem infra cœleſtes quod concernit, longe ignobiliores, quamvis craſſiores minus tamen efficaciæ tenere patet, quod inferiora non attrahant ſuperiora, ſed inferiora trahantur & eleventur à ſuperioribus, hinc quotidie nebulæ, pruinæ, pluviæ, ita ut animalia perfectiora à Sole elevata, cum imbribus multoties decidiſſe de cœlo, hiſtoriæ referant.

445. Inferiores aquæ longe ignobiliores ſuperioribus.

Qua autem virtute infra cœleſtes aquæ ſurſum in aërem eleventur, facile experiri licet per diſtillationis artificium, nam nihil per alembicum diſtillat, niſi ſubtus igne accenſo, quod ſi ergo materia igne agitata aſcendit, conſequens erit, calore ſiderum corpora inferiora rotari & elevari, præſertim cum ignis figura rotunda, valde mobilis ſit, aquam rapidiſſimo tractu ab eo elevari, nemo non expertus eſt, qui radios aquoſos ſæpius æſtivo tempore è regione ſolis in aëre erectos aſpexit.

446. Quomodo inferiores aquæ ſurſum eleventur.

Sed quomodo ſuperiora ad inferiora deſcendant, difficilis labor eſt exacte perſcrutari, namque omnia cum in naturali ſphæra verſantur; circulari motu ferri, res plana eſt, quam primum vero extra ſphæras tranſeunt, directo motu progredi, requirit contraria alterius ſphæræ natura, namque groſſiora corpora inferioris ſphæræ impediunt, & repercutiant rotationis impetum, ita ut volentiâ à ſphæræ inferioris tardiori impetu retenta retrocedere & per rectam viam abire cogantur, & ſic pro corporum varietate multas refractiones patiantur.

447. Quomodo ſuperiores aquæ deſcendant.

Hinc cum ſiderum ſupremi cœli effluvia motu rapidiſſimo diſperſa per ſupra cœleſtium aquarum occeanum penetrent, ſemper aſſociata aquoſa effluvia ad usque terræ gremium reportant, quæ à Sole & ſideribus Planetarum, occurſuque variorum corporum impedita & depreſſa, hinc & inde reijciuntur usque dum ſolutis vinculis, quælibet ad propriam ſphæram aſcendant, & ſic non tantum ſubtilia ad retroceſſionem, craſſiora impellant, ſed & ſolidiora ponderis ſigillo levia ad aſcenſum promoveant. Hinc vana eſt de magnetica Elementorum aſcenſionis & deſcenſionis virtute opinio, cum loca à Deo pro corporum natura primitus ordinata, & diſpoſita fuerint.

448. Quomodo ſuprema lux ſupra cœleſtes aquas ad nos derivet?

449. Quomodo cœleſtia corpora iterum aſcendant.

450. Elementa non magnetica virtute moventur.

Ab inferioribus aquis aſcendimus ad cœleſtes, quas ſpiritu divino fotas fuiſſe, in principio audivimus, hinc non tantum ſubtiliſſimam naturam omnia ad ignis formam penetrantem acceperunt, ſed & ſyrus interpres explicat vocem מרחפת pro fotu velut gallinæ ovis incubantis, ita ut ab omnipotentis ſpiritus fotu, vitalem auram atque vivificantem virtutem acquiſierint, propterea ob talium aquarum abſconditatem, tot de humido radicali errores exorti ſunt olim in Medicina,

451. Aquæ ſupra cœleſtes à divino fotu vivificatæ.

452. *De ſpiritu nativo plaſtico opiniones.*
Namique dum veteres Philoſophi in animalium occultos receſſus inquiſiviſſent, ſpirituſque animalis nativi plaſtici virtutes, & quare ſemel extinctus ille ſpiritus naturaliter nunquam reſtaurari poſſit, explorare tentaſſent, in mille erroribus plenas opiniones inciderunt.
453. *Ariſtoteles.* Ariſtoteles dixit καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀνάλογος οὖσα τὸν τῷ ἄστρων στοιχείῳ *& ea quæ in ſemine naturæ analoga exiſtens aſtrorum Elemento.*
454. *Galenus.* Galenus ſæpius confeſſus eſt, ſe neque in ſenio cognoviſſe quid ſit calor nativus.
455. *Spiritus vitalis plaſticus ex aquis ſupra cœleſtibus.* Cum itaque ſpiritus vivificet, nobiſque jam ex Sacris literis notum ſit, ultra hoc firmamentum arcum eſſe divino creatoris ſpiritu fotum, ab illa ſphæra omnium animantium vitalem ſpiritum divina gratia vivificatum ad nos defluere exiſtimamus.

456. *Humidum radicale, terrenorum omnes vires ſuperat.*
Advertimus enim noſtro in corde, præter nativum calorem, humidum radicale talis naturæ eſſe, ut omnium inferiarum rerum virtutes longè ſuperet; nec ab alio humido niſi cœleſti liquore conſervetur. Hinc cum agnoviſſent plurimi, neque piſces in antris aëre occluſo, nec ulla animantia in cavernis ſubterraneis vitam conſervare poſſe, in aëre occultum vitæ cibum eſſe didicerunt;
457. *Occultus vitæ cibus.* Vocavit autem cibum iſtum cœleſtem ſendivogius de die rorem, de nocte aquam rarefactam, cujus ſpiritus inviſibilis nobilior ſit univerſa terra.
458. *Spiritus vitalis manifeſtus in generatione & corruptione.* Spiritus autem cœleſtis aqueus manifeſtus eſt, non tantum in generatione ſed & corruptione animantium: Videmus enim ex corporibus putrilagine deficientibus ſpiritum ad cœlum exhalare, unde provenit. Sicque etiam in conceptione ad Semen parvas liquoris guttulas referens, manifeſtum eſt, auram cœleſtem per nutrimenta & ſpiritus vitales à matre deſcendentes, in maxima copia deferri, unde animal in tam maxima corporis organa mole excreſcat.

459. *Supra cœleſtium aquarum manifeſti effectus in generatione.*
Dum ergo ſupra cœleſtes aquæ animantium regno in nutritionem cedunt, primario etiam generatrici facultati, à Deo ſingulari benedictione plantatæ ſuccurrunt. Hâc de cauſa non tantum naturali influxus ordine, ſed & divina providentia accidit, quod ſphæra illa cœleſtis ſuprema in inferiora operetur. Exinde Philoſophorum multorum ignorantia circa caloris nativi exortum & exhalationem, quam Deus certis temporum periodis in pænam peccatorum ordinavit.

460. *Evaneſcens ſpiritus vitalis.*
Cum enim homo ultra ſeptimum ſeptenarium ætatis annorum pervenit, ceſſat paulatim ille influxus ſphæræ animalis, exinde & virtus generatrix evaneſcit, Auctrix vero ſi corpus forſitan mole accreſcat, non ſolidum & laudabile nutrimentum ſed cacochymiam accumulat, unde evaneſcente ſpiritu animali, & ejus Dominio Monarchico in microcoſmo ceſſante, armantur contra naturæ Dominum formæ omnes inferiores corporum, per Elementa & alimenta advenientium, ſicque in locum vigoris debilitas, in ſedem floris putrilago & humorum contrariorum bellum ſuccedit.
461. *Mors naturalis.* Usque dum devaſtata arce naturæ, caloris vitalis in exteriora influxus ſopiatur, ſicque mortis ſimulacrum homo, in ſomnum mundanæ quietis decumbat.

462. *Violenta Mors.*
Et hoc naturali in morte accidit, violenta vero extinguuntur quam plurimi, qui immoderatis rerum non naturalium applicationibus, vel humores feroces ſuperfluos generari, vel virulentam putredinem oriri cauſant. Iis velut fulmine ictus ſpiritus animalis avolat, cum omnibus ad ruinam vergentibus, vel calore influenti nimis acuto, vel humoribus calores ſuffocantibus vel oppoſito alicujus ſideris influxu, quibus vinculum illud animale rumpatur neceſſe eſt, ſicque ſubtiliſſimus ille Cœli Spiritus nexu ſolutus ad auram avolat.

463. *Differentia inter ſpiritum animalem & animam ſpiritualem.*
Hæc vero ne quiſpiam intelligat de immortali hominis ſpiritu aut anima humana, quam Deum peculiari inſpiratione creaſſe in ſequentibus docebimus, nimirum ut ſit incorruptibilis, immortalis, & in intelligibili mundo vivens ſed de plaſtica virtute Archei, & de brutorum greſſilium, reptilium & volatilium formis hoc dictum ſit, quorum vita & fluxus temporaneus interitu autem ſpiritus vitalis eorum ad ſidera avolat.

464. *Unde metempſychoſis Pythagoræ ortum duxerit.*
Exinde Metempſychoſin Pythagoræ ortum duxiſſe exiſtimo, qui putavit formas ê Corporibus morte abeuntes in ſideribus reſervari, ad periodicum tempus reverſionis in mundum terreſtrem, ita ut interdum hominis, Leonis, &c. anima

anima tranſeat in porcorum, aſinorum; aliorumque corpus, pro Spiritus uni-
verſi arbitrio, & laudabili priori corporum habita adminiſtratione. Verum e- 465.
nim vero, quamvis effluvia ſpiritualia animantium ad ſupremam ſphæram redi- Quomodo
re ſtatuamus, nihilominus tamen, non ut formas aut integras ideas eas reverti brutorum
aut redire concedimus, ſed disgregatis ordinibus minutiſſimorum corporum. corpora ad ſidera exhalent
Ut exinde Idearum animantium formationem non Cælo ſed ſpeciebus anima- 466.
lium & ſeminali virtuti à Deo benedictione plantatæ deſignemus ſicque ſide- Ideæ à Deo,
rum influxu calorem, in ſimulque ex criſtallina Sphæra generalem animalem il- non à Cœlo
lum ſpiritum pro ſpecierum varietate operantem ad nos deferri exiſtimemus. dependent.

SECTIO III.

Verſ. V.

ET VOCAVIT DEUS FIRMAMENTUM COELUM.

SPatium quod inter aquas ſupra cœleſtes & noſtrates interjacet, vocavit 467.
Deus Cœlum, שמים, nominis derivatione à שם illic מים aquæ duæ ſupra cœ- Cœli nomen
leſtium aquarum exiſtentiam infallibilem denotando, unde etiam Prophe- denotat du-
ta David, Pſalmo 148. dixit: Laudate Deum Cœli Cœlorum, & aquæ quæ plices aquas.
ſupra Cœlos ſunt, laudent nomen Domini.

רקיע autem vel ex panſum, omnem locum inter aquas ſupra cœleſtes & 468.
Sphæram terreſtrem, Cœli nomine denotare patet; primo quia aquæ infra ex- Expanſum
panſum naturaliter exiſtentes nullæ aliæ reperiuntur, niſi mare; expanſum au- quare voca-
tem Cœleſtem Regionem ſignificare, patet ex opere quarti diei, ubi Deus ſide- tum ſit Cœ-
ra in expanſum locavit. Infra expanſum autem nubes non conſtituunt aquas lum.
ſed vapores, & ſi in aquas reſolvuntur non naturaliter ibi exiſtunt, ſed deci- 469.
dunt. Deus etiam ante ſiderum & exhalationum ortum de aquis infra expan- Aërem eſſe
ſum collocatis hic loquitur. Secundo aëris creatio alias à Moſe nuſpiam rela- Cœlum vel
ta fuiſſet, cum tamen inter naturalia Corpora tam neceſſarium, ferè maximum, expanſum.
& uſui animantium ſumme appropriatum ſit. Tertio quia vox רקיע de aëre ſæ-
pius in ſacra ſcriptura uſurpatur uti mox Gen. 1. v. 20. & Jacobi 37. v. 18.

De Cœlo ſic ſcribit Marſilius Ficinus: *Cælum dicitur virtus in opifice mundi*
excellenter cuncta comprehendens, atque movens, firmitas vero terra, hoc Cælo, hac terra 470.
Dii Dæmonesque ſunt progeniti, omnes utriusque participes, per hæc nacti quoque ſunt fæ- Cœli virtutes
cunditatem ad motum, rationesque diſtinctionis illa ovcanus appellatur hæc Tethys, per ex philoſo-
hæc habent ſeminariam rationem quaſi Phoroyn ſpecialem diſtinctionem, quaſi Saturnum phis explic.
harum productionem quaſi Rheam Fic. in Plat. Tim. c. 23. Veterius in Ennead
Plotini inquit: *Cælum eſt quaſi ſpiritus afflatus ex ore divinioris animæ, ideoque omnia*
vivificans & nutriens, & eſt quaſi oculus quidam viſusque animæ, quo ſæpe affectus ani-
mæ nobis & Conſilium indicatur, cujus radiis & intuitu omnia coaleſcunt. lib. 1. c. 3.


Leo hæbreus inquit: Cœlum apud Philoſophos eſt animal quoddam per- 471.
fectum. Cœlum propter ſuam ſimpliciſſimam maximeque ſpiritualem natu- Cœlum eſt
ram ejusdem membris atque inſtrumentis, ſeptem videlicet Planetis corpora i- animal apud
ſta inferiora gignit, atque cognoſcit, quod quidem in homine cæterisque perfe- Philoſophos.
ctis animantibus uſu venire nequit, Dialogo 2. de amore. Plato inquit: *Mundus*
eſt animal animatum mentisque compos revera ob Dei providentiam factus eſt. In Ti-
mæo; quod explicat Marſilius Ficinus dicens. *Mundus à vita quadam & ani-*
ma continetur & ducitur quod conjectantur Platonici ex tribus potiſſimum argumentis,
videlicet ex firma diverſarum Mundi partium copula, ex mirabili motu Cæli ex perpetua
rerum generatione ſub cælo: Et à mente regi ex triplici ordine licet conjectare, ex ordine
qui in ipſa mundi copula & ſphærarum motu, & in rerum generatione conſpicitur, & con-
jectari licet animam & mentem ab ipſo bono unoque dirigi ad regendum ex eo præcipue,
quod & connexio partium, motusque & generatio & omnis horum trium ordo in unum
tendis bonumq; dirigitur ideo ſub ipſo bono regnum geminum continetur, intellectus, id eſt
Saturni & animæ, id eſt Iovis. Fic. in Plat. de leg. dial. 4.

Cœli

472. Græcorum fabulæ de Cœlo Dei providentiã declarant. Cœli Rectorem antiquiſſimum dixerunt Poëtæ eſſe Saturnum, qui apud
Platonem intelligitur ſuperna *intelligentia in qua ſit univerſalis omnium lex, ut in-*
quit Marſilius in Plat Gorg. Saturnus ex opi tres liberos cæteris inſigniores fertur habuiſ-
ſe, Iovem Neptunum & Plutonem, dixit Leo hæbreus dial. 2. *de amore. Cœli* ἑστιάρχης
eſt Iupiter, per Cœlum enim omnibus præbet vitam Iupiter, ait Apulejus in Aſilep. dixe-
473. Saturnus. runt autem veteres Jovem in Cœlo regnare per Parcas, de quibus Plato inquit:
474. Jupiter. *Parcæ tres neceſſitatis filiæ, Lacheſis, Cloto & Atropos ſedens in Cœlis circum circa, in ſingu-*
lis ſedibus æqualiter diſtantibus, albis veſtibus indutæ, coronas in capite geſtantes, & ca-
475. Parcæ. *nunt ad ſirenum harmoniam, Lacheſis præterita, cloto præſentia Atropos futura.* Plato
476. Neptunus. de Repub. dial. 10. Neptunum maris & aquarum Regem & Plutonem terre-
nis imperare antiqui Græci retulerunt. Veſtam & veſtales Virgines Terræ
477. Pluto. 478. Veſtæ & veſtales virgines præſidere, & æterni ignis curam habere ſcripſerunt. Quæ omnia quam pul-
cherrime cum divina providentia & omnipotenti directione concordent, in
Philoſophia Gentilium Hieroglyphica proxime ſequente reſolventur.

CAPUT III.
OPUS CREATIONIS III. DIEI.
SECTIO I.
Verſ. IX.

DIXIT VERO DEUS CONGREGENTUR AQUÆ QUÆ SUB COELO SUNT IN LOCUM UNUM ET APPAREAT ARRIDA ET FACTUM EST ITA.



AD literalem ſacri textus ſenſum unusquisque putaret hoc de Terra & 479.
Mari noſtro ſublunari intellectum & ſcriptum eſſe, ſed quia in memorata
tota creationis hiſtoria hactenus explicatum fuit vaſtiſſimum hujus mun-
di ſyſtema ex luce, aqua & terra tanquam partibus eſſentialibus & integran-
tibus ſubſtitiſſe & ex aliqua aquarum parte intermedia aërem expanſum & ſub-
tiliſatum fuiſſe; Sequitur primævæ terræ totam maſſam, cum parte aquarum
una, non in tam minutiſſimum terræ punctum coaluiſſe, neque annihilatam 480.
fuiſſe, quod de nulla creatura referri poteſt. Quæritur ergo quomodo acci-
derit, quod ex tam vaſtiſſima mole, terra in Cœli reſpectu vix viſibilis ma-
gnitudinis extracta; cum aliqua aquarum parte in centro remanſerit & 481.
quorſum ilia maxima corporum moles delata fuerit? Reſpondendum vi-
detur, textum clariſſimum eſſe: Congreguntur aquæ quæ ſub Cœlo ſunt
in locum unum; ut appareat arida; in altero nimirum loco; ab aquis ſe-
gregato; quod explicat textus in ſequenti verſiculo: Et vocavit DEUS 482.
aridam terram; in ſingulari numero ארץ & congregationes aquarum
vocavit ימים Maria; in plurali numero denotando fuiſſe Maria in Cœ-
lo & terra. 483.

Tota Cœli & terræ moles primæva non receſſit ad inviſibile punctum. — *Quomodo terra vel arida extracta fuerit.* — *Aquæ extra aridam congregatæ fuerunt.* — *Maria duplicia Cœleſtia & terreſtria.*

Aquæ igitur terram inundantes adhuc dum tenebricoſæ & abyſſum
referentes congregatæ fuerunt, in mediam firmamenti regionem; ut ibi-
dem ad quartum diem pro Planetarum formatione materiam exhiberent. 484.
Terræ vero centralis ſolidior pars cum aliqua aquarum portione remanſit in
centro, ut ſit quieſcens baſis toſius mundi ſempiterne mobilis, & pro tribus
mundanis regnis theatrum exhiberet. 485.

Aquarum collectio in firmamento. — *Terra in centro ut ſit baſis rerum.*

Magna autem aquarum moles ab arida ſegregata, non ex ſola aqua,
ſed ex terrena cum aquoſa materia abyſſum referrente conſtitis Hyle enim vel
Chaos confuſum in abyſſo latitaſſe, & ſic abyſſo repurgato & areſacto, con- 486.
fuſam iſtam materiam ex Cœlo vel aqua & terra conſtantem in ſublime collo-
catam fuiſſe; conſequens eſt. Hinc ſidera Planetarum quarto die formata
non arida ſed humida vel fluida; non tam ſolidæ quam terra ſubſtantiæ eſſe; 457.
neque eandem cum inferioribus figuram; motum & qualitates accepiſſe; facet
textus oſtendit.

Multum aquoſæ materiæ manſit in terra. — *Hyle vel chaos Hæbreorum.* — *Sidera quarto die formata ſunt corpora humida*

Manſit itaque in medio firmamenti immenſa tenebricoſa moles ſuſpenſa;
usque dum Deo jubente quarto die in ſeptem maxima Planetarum corpora ſe- 488.
gregata, & in centro ſcilicet ſole, accenſa fuerit, ut quarto in capite docebimus.

Manſit in medio terra tenebricoſa.

In centro vero apparuit arida; quam ארץ Terram vocavit Deus, & ni- 489.
hil aliud fuit, niſi primæva mater noſtræ hujus terræ aſpectabilis; quam Deus
aridam fecit omnipotenti virtute in ejus gremio producendo mineralia; me-
talla; lapides duriſſimos, ut ſint fulcra aridæ ſuperficialis cruſtæ & intrin-
ſecus efficiant Cameras & cavernas; in quibus aquæ depuratæ reſerventur 490.
pro Hydrophilaciis ſufficientem amphoram ſirientibus creaturis exhibentes,
nec non ut inter petrarum & minerarum parietes excoquatur ſulphur vel bitu-
men minerale, ad ſolis cœleſtis normam inferiora calefaciens; Thermas effun- 491.
dens, metalla & mineralia elaborans, unde ignivomi montes ſulphureæ Caver-
næ, ſuccino nigro & deſtillantibus oleis repletæ; de quibus in Phyſicis: Ter-
ram primigeniam Sal naturæ centrale eſſe; ſupra Cap. 1. Sect. 2. Satis compro- 492.
bavimus. Quæ igitur aliæ terrarum nobis occurrentium ſpecies ſunt; velut
cretacea; argillacea; arenoſa, bituminoſa, calcea, omnia hæc à metallorum
Ideis dependens, ſed quæſtio eſt, an ארץ & האדמה Arez & Adamus unam ean-
demque terram ſignificent, cum Adamus ex nobiliori luto creatus; im- 493.
mortale corpus à Deo acquiſi erit. Reſpondendum videtur, terram benedi-
ctione in varias ſpecies exornatam fuiſſe; ut alia pro nutriendis plantis; anima-
libus & metallis generandis; idonea fuerit, quæ ergo rubra terra quam Hæ-
brei Dameſcenam vocant, pro humani corporis ædificatione aſſumpta; pro-
cul dubio de arbore vitæ vel Paradyſi ſolo fertiliſſimo de prompta fuit; Pro- 494.
pterea Paradiſſus Eden vel deliciarum hortus vocatus, quod terrarum omnium
fertiliſſimus fuerit, & ſole pinguis, cujus terra velut axungia ſolis rubi-

Terra fuit prima rerum materia. — *Quomodo Deus aridam fecerit terram* — *Sulphuris terreſtris vires.* — *Variæ terrarum Species.* — *Terra Adamitica, limus Damaſceuus.* — *Arboris vitæ gleba.*

495. *Paradiſus locus fertiliſſimus.* cunda emicuit. Hinc Adamus de Paradyſo & vitæ arbore relegatus eſt, pro-
pter mortis pœnam ſuſtinendam, ne de fructibus vitæ arboris comedat, vel ſa-
nitate terræ paradiſiacæ frueretur.

496. *An nusquam amplius terra Paradiſiaca reperiatur.* Quæritur autem à quibusdam an nuſpiam talis balſamica terra Paradi-
ſiacæ ſimilis reperiatur, quibus reſpondere licet, ex ſole quidem ſtillare tale
balſamum omnia fœcundans, & in vegetabili regno ſaluberrima Citria, Aran-
tia mala imò & nectar hominum Vinum maturans, in animali regno, Cor-
497. *Solis balſamum.* fontem caloris conſervans, in minerali regno aurum generans, prout in lo-
cis ſoli expoſitis arenoſis aſpicere licet, quomodo arenæ pulvis oleo ſolis im-
498. *Aurum ex arena enaſcens* prægnetur & ad flumina ſpiritus metallicos deferentia vivificetur, ſicque au-
rum rubicundum brevi tempore evadat, uti in Elixire ſolis & vitæ ante annos
499. *Quinta medicinalis eſſentia in auro* aliquos jam expoſui. Reſtat ergo cum in aliquo quod reſolutioni & putrefa-
ctioni reſiſtat quinta illa medicinalis eſſentia quærenda ſit, quod in auro inve-
ſtiganda erit, in quo quidem præ maturam mortem Coercens & ſalubre medi-
500. *Paradiſiaca terra pro immortalitate hominum nullibi reperitur.* çamentum reperire licebit, ſed cum Paradiſiaca terra arte præcluſa, & ho-
minem mortis prædam eſſe, à ſeveriſſimo Judice Juſtiſſimo, jam declaratum
& concluſum ſit, fruſtra de vita hac æternum conſervanda labores omnes ſu-
ſcepti erunt.

Quæſtio autem inter eruditos difficilis reſolutionis eſt: An metalla in
501. *An metalla in creatione producta ſint* creatione omnia perfecte producta fuerint? An vero in mineralibus velut in
incunabulis floruerint ad futuram mundi exornationem. Sed reſpondere
optimum judico, Primo Deum vidiſſe omnia quod ſint valde bona, propterea
502. *An vero in mineralibus floruerint?* etiam pulchra & perfecta, quod ſi ergo metalla per ſecula virtute accretiva in
perfectionem maturare debuiſſent, nondum valde bona fuiſſent. Secundo
Deus fundavit terram metallis & mineralibus, ut ſit arida, prout hodie apparet,
503. *Prioris ſententiæ defenſio.* Fulcra ergo hæc ſolidiſſima Deum in abyſſum aquarum pro montium & con-
vallium fertilitate immerſiſſe, aſpicimus. Tertio ſicuti ſeminum fertilitati
ager correſpondere debet, ita varietate terrarum agrum Deus mirabiliter ferti-
504. *Plantæ participant de mineralibus virtutibus.* lem fecit, & fœcundavit, ut plantæ de minerarum & metallorum primis ſpiri-
tibus ſuccum nutrimentitium accipiant, propterea juxta tritum illud: Non
omnis fert omnia tellus, hic reperitur triſtiſſima abies & pinus, alibi vineta,
ſuper montibus & ſabulo auro fertiliſſimis lætiſſimis, alibi quercus martiali
505. *Arbores in metalla degenerant.* ſolo rutila. Vidi plurimas arbores in convallia decidentes fluminibus aut ter-
ra cooperatas, in lapides & metalla converſas. Propterea, quarto, Deus
mineralia & metalla velut matricem Plantarum præordinavit, ut pul-
506. *Omnia ſubordinata ſunt* cherrima harmonia univerſi concentum reſonarent & ſic mineralia ve-
getabilibus, vegetabilia animalibus inſervirent, cum alias mineralia
& metalla duriore cortice veſtita, in tenerum animale regnum non
ingredi potuiſſent.

Aquas ſemper Cœlo proximas, terra ſuperiores fuiſſe, oſtendunt ver-
507. *Aquæ terra ſuperiores adhuc dum ſunt.* ba מים מתחת השמים Aquæ infra Cœlum hinc certiſſimum eſt, quod aquæ pri-
mitus longe majorem circulum abſolverint, exinde aquæ quæ adhuc in
terræ globo remanſerunt, terra ſuperiores & ejus ſuperficiei maximam par-
tem obtegunt. Hocque accidiſſe exiſtimo propter fertilitatem, ut undi-
que rivos per terram diffundere, ſicque ampliſſimum hortum abunde irri-
gare non ſolum, ſed & nebulis pruinis, pluviis omnibusque aqueis effluviis
ſufficientem copiam exhibere poſſit.

508. *Aquarum corpus terreno nobilius eſt.* Propterea etiam aquarum ſubſtantiam terra longe ſubtiliorem & nobilio-
rem eſſe, declarat per ſe ſe corpus aquarum, ubi purum, dilutum & filtra-
tum reperitur, nec minus ſitus primævus, nam quo aliquid Cœlo proxi-
mius fuit, eo nobilius corpus acquiſivit, namque omne craſſum, tenebrico-
ſum ad centrum vergere & conglobari, leve vero & tenue Sphærice ſeſe dif-
509. *De humiditate deliria.* fundere à ſummo creatore inditum eſt. Exinde vana ſunt deliria de humido,
quod difficulter in proprio, facile vero in alieno termino contineatur, nam-
que ex prædictis totius rei veritas facile eluceſcit.

Congregatis autem aquis & à terra ſeparatis dubium erit, an inſulæ præ- 510. An inſulæ primitus extiterint?
ſertim novi orbis remotiſſimæ tunc temporis extiterint? An vero Diluvio uni-
verſum terræ circulum inundante à contigua terra loca iſta mundi ſegregata
fuerint? Cum de ſubmerſa vaſtiſſima Atlantide inſula antiquiſſimi Græci mul- 511. Atlantis ſubmerſa inſula.
ta confabulati fuerint, ut propterea exiſtimandum eſſet, fluctibus diluvii ab-
ſorptam fuiſſe contiguitatem vel Aphricæ vel Europæ cum America, quam
Scaliger & alii Atlantidem vocant. Si vero circa limites Sacræ ſcripturæ 512. Eadem fuit facies terræ in ante diluvianis temporibus ac poſtea.
navigandum ſit, opinio hæc facili negotio reſolvitur ſtatuendo eandem fuiſ-
ſe faciem terræ in temporibus antediluvianis; quam poſtea, cum DEUM
omnia ſiccitati reſtituiſſe; & nihil deſtruxiſſe niſi luem peccati; referat
ſacer codex. Navigiis autem inſulas ab orbe condito frequentatas fuiſſe, ex
Arcæ Noadicæ navigio conſequitur, cum & mundani orbis cognitio primis 513. America cognita fuit.
parentibus ex Aſtronomiæ & Phyſices ſcientiis; ab acumine ingeniorum
creationis virtute rutilantium, longe illuſtrior; & navigiis nulla ætas deſti-
tuta fuerit.

Hinc autem aliud dubium exoritur; Terreni orbis diviſione in partes 514. Contiguitas Terræ in profundo maris.
inſularum remotiſſimarum; ſequeretur non congregatas fuiſſe aquas ſed
diviſas; in loca; diverſis terræ interſtitiis longè diſſita & ſeparata:
Sed reſpondendum; quamvis globus terrenus ſuperficie non ubique con-
tiguus appareat, in fundo tamen quam maximam cohærentiam eſſe, di-
dicerunt nautæ; Urinatores &c. Præſertim montium totius orbis conca-
tenationem delineavit pulcherrime R. P. Kircherus in mundo ſubterraneo; 515. Montium concatenationes.
Ut terra nihilominus una ſit, à polis utrinque in medio aquarum vibrata ſi-
cut verſus Eclipticam plurimis majoribus ſpaciis emineat, ad Polos vero &
loca alias inhabitabilia mare contiguum, unum numero Oceanum, ſicque
unam terram unumque primævum pelagus oſtendet.

Res ſumme miraculoſa eſt terram velut pontem aquarum animali- 516. Cruſta terreſtris miraculoſa.
bus amœniſſimum theatrum & locum inhabitationis concedere; dum
nullibi ferè ultra centum; in locis plurimis ultra ſex pedes ſoliditatem
non adæquet; ſed ſubtus nil niſi aquarum ſentina appareat; exceptis
montium radicibus; quas interdum ad centum & plures ulnas in profun-
dum firmat.

SECTIO II.

Verſ. X.

ET VOCAVIT DEUS ARIDAM TERRAM, CONGREGATIONESQ; AQUARUM APPELLAVIT. MARIA, ET VIDIT DEUS QUOD SIT BONUM.

TErra voce primitiva à terendo dicta, nominis impoſitione denotat 517. Terra à terendo dicta.
ſeſe immobilem eſſe, & à reliquis mobilibus velut axin à rota
atteri.

Eſt autem terra ſal elementare, groſſum, triangulare, immobile, centra- 518.
lem mundi partem occupans, quietis baſis, trium regnorum mundi ſedes & Quid ſit terra.
habitaculum.

De natura terræ primævæ ſupra quam plurima enarravimus, terra autem 519. Terra jam fœcundata eſt.
ſeminibus mineralium, vegetabilium, & animalium procifera pro unius cujus-
que varietate ſuo loco oſtendetur. Nunc de motu terræ pauca proponenda
erunt. *Thales Mileſius qui pro rerum omnium principio aquam poſuit; ſtatuit, orbem* 520. An terra moveatur.
terrarum aqua ſuſtentari, hinc ſuper eam more navigii vectari; & mobilitate ſua fluctua
re, tunc quum dicitur tremere, ut pulchre refert; Marcus Antonius Matta de pulchro 521. Thaletis opinio.
lib. 3. fol. 58. ubi addit *Niceas ſyracuſangis fuit, qui (ſi Theophraſto credimus & Ci-*
ceroni qui illum ſequitur) Cælum, Solem, Lunam, Stellas, ſupera denique omnia 522. Niceæ ſiracuſani opinio.
ſtare cenſuit, unam in omni mundo terram moveri eam circa axin ſumma celeritate ſe
convertere, eademque effici omnia qua nunc fieri opinamur; quaſi ſtante terra Cælum

 movea-

movcatur & ita quidem ille cenſuit , *quanquam Plutarchus in libro* , *quem de*
523. Cleantis Samii ſententia.
vultu qui in Lunæ orbe oſtenditur inſcripſit , *hanc ſententiam Nicea ſyracuſano non* , *ſed Cleanti ſamio tribuit* , *eumque impietatis ab Ariſtarcho accuſatum refert*. Hactenus Natta Jo. Franciſcus Picus Mirand. recenſet etiam
524. Philotai motus terræ.
plurimas antiquorum Philoſophorum opiniones, dicens, *Terram alii non moveri dixerunt* , *Philolaus in Gyrum rotari exiſtimavit circa ignem in obli-*
525. Heraclidis & Ecphanti rotatio terræ.
quo circulo inſtar Solis & Lunæ Ponticus Heraclides , *& Pythagoreus Ecphantus minime illam transponunt* , *rotæ inſtar cinctam* , *ſed movent ab occidente in oriente circa ipſius ejusdem centrum* lib. 1. ex. van. doct. Gent. Cap.
526. Platonis declaratio.
12. *Terram ſtare Plato ſentit* , *nec audiendi ſunt qui aliter dicant inquit Sebaſt. Foxius in Plat. Phædro.* Reſuſcitata nuper antiqua illa de motu
527. Neotericorum introductio.
terræ opinio quod plurimos invenit Patrones qui dixerunt, Terram ſidus eſſe vel Planetam, Solem in centro mundi quieſcere, terram circa Solem vagari &c. Qui optime refutati fuerunt à Phyſicis & A-
528. P. Jo. Bapt. Ricciolus Soc. JESU.
ſtronomis, præprimis à R. Patre Soc. JESU, Joh. Baptiſt. Ricciolo Ferrarienſe.

529. An aquarum fluxus terræ motum neceſſitet.
Terram cum aquis conſphæricam factam fuiſſe, notiſſimum eſt; cum ergo aquæ manifeſtiſſime deprehendantur ab ortu in occaſum circa mundi axin moveri, Anne terra de tali Conſphærico motu participet, inter multos magna dubitatio exorta fuit; ſed audiamus Sacram ſcri-
530. Sacræ ſcripturæ teſtimonium.
pturam & Deum ipſum, apud Jobum ita dicentem. *Quis poſuit ejus menſuras ſi noſti* , *& quis tetendit ſuper eam lineam* , *ſuper qua baſes illius ſolidatæ ſunt* , *aut quis dimiſit lapidem angularem ejus*. Cap. 38. verſ. 5. ſi igitur terra baſis & lapis angularis eſt, qui in aquas dimiſſus, &
531. Quare aquæ moveantur?
ſolidatus, quare movebitur? Aquas autem retenta primæva virtute moveri, neceſſum eſt, cum ſupra punctum terræ ante diviſionem extiterint, & coſmico univerſali motu circa centrum primitus rotatæ fuerint. Cujus antiquæ ſtationis & divinæ ordinationis nunquam obliviſcuntur, ſicque ab ortu in occaſum nyctimero motu volutantur, uti infra
532. Ex aquarum motu ſequitur potius terram quieſcere.
videbimus. Cum ergo aquæ in motu naturæ coſmico tardiſſimæ ſint, ſequitur terram omnino quieſcere, cum ambo non tantum motus, ſed & quies naturalibus corporibus competant, hinc Baro de Verulam lib. 3. ſyſtem. Cœli pag. 633. ita ſentit. *conſentaneum videtur* , *quod quies non tollatur de natura ſecundum aliquod totum* , *hoc ex eo maxime liquet* , *quod incitationes &*
533. Motus & quies ſunt relata.
celeritates motuum cæleſtium remittant per gradus & deſitura in aliquod immobile , *& quod etiam cæleſtia participent* , *ex quiete ſecundum polos* , *& quod ſi tollatur immobile diſſolvitur & ſpargitur ſyſtema.* Apparet igitur cum Sphæra decima
534. Deliquia naturæ à primo mobili ad immobile.
rapidiſſimo motu univerſalem coſmicam periodum efficiat, velut ſuperficies mundi aurea Græcorum, & primum mobile, ſtellæ fixæ econtra ultra quadraginta mille annos revolutionem tardiſſime trahant, Saturnus Triginta, Jupiter duodecim, Mars tribus annis, Sol annuo, Venus & Mercurius velotiori adhuc, Luna menſtruo ſpacio curſum abſolvant, Mareque præter menſtruum & diurnum præcipue ſex horarium obſervet, apparet inquam, quod terra pro immobili velut naturæ baſi & centro habenda ſit.

535. Maria quare in plurali numero appellentur hoc loco.
Congregationes aquarum vocavit Deus ימים Maria in plurali numero, denotando quod ſicut unum in terræ ſinu mare undiquaque contiguum, ſic aliud ab hoc diſtinctum eſſe in Cœlo, quod poſtea in plurima maria diſtribuendum ſit. Plane enim repugnat, totum ampliſſimum ſyſtema Cœli & Terræ quod aquarum & inanis terræ mole denotatum fuit, abiiſſe in Sphæram quandam, quæ in reſpectu ad expanſum & Cœlum ſolum inviſibile punctum referret, potius igitur literali ex Sacræ Scripturæ ſenſu concludimus, aquas adhuc dum maximâ terreni ſalis parte confuſas congregatas fuiſſe ad certum locum & apparuiſſe in centro aridam, cum maxima aquarum remanentia, Unde Joan. Franciſcus Picus Mirandulanus inquit: *Mare ad Terram ſeſqui alteram paulo majorem proportionem habet.* lib. 3. c. 10. in Aſtrolog.

536. Planetarum corpora non arida ſed fluida.

Exinde falſa eſt quorundam perſuaſio, qui putant Planetarum corpora ſolida & arida eſſe, prout Marcus Antonius Natta lib. 3. de pulchro fol. 59. de Xenophane memorat, dicens: *Xenophanes non ignobilis Philoſophus, quem in plurimis Parmenides & Zeno ſecuti ſunt, à quibus Eretriari Philoſophi deſluxerunt, habitari dixit concavum Lunæ ſinum, eamque eſſe terram multarum urbium & gentium at non hoc contentus, ajebat, eandem illic homines vitam incolere, quam hic nos & omnia eſſe paria, veritus, ne ſi quid de eſſet, eſſent miſeri & velut in inſulas quaſdam deportati viderentur. Ergo habent fontes, flumina, Maria oceanum, inſulas, ſilvas, rupes, omnis generis animantia, ſolem qui illis in die luceat, & quod plus eſt, quamvis in Luna incluſi, aliam habent Lunam, quæ nocturnum ipſis lumen exhibet, ſicut hæc nobis.* Hæc Marcus Antonius Natta.

537. Xenophanis opinio.

538. Luna an inhabitabilis ſit.

539. An Planetæ ignea ſidera ſint?

Econtra plurimi exiſtimarunt, Planetas omnes ignea ſidera eſſe, de quibus prædictus Natta allegato in loco addit. *Platonici, & eos ſecuti ſtoici, authore Empedocle, ajunt ſolem, Lunam reliquaque aſtra*, ex igne conſtare quod oſtendit & circumfuſa *luciditas & aſſidua mobilitas & loci, quem incolunt ſublimitas & ferventiſſima caliditas, non tepefaciens, modo ſed exurens inferiora.* Sed hæc omnia à verbis & ſano ſenſu ſacri textus nos abducere, in ſequenti capite probabimus.

540. Mare terreſtre quid ſit?

Cum ergo duplices aquarum congregationes fuerint, quæ ימים maria effecerunt, & alterum illud mare cœleſte in ſeptem flumina quarto die diſtributum ſit, nunc de mari terreſtri ſermonem inſtituemus.

Mare eſt collectio & confluxus omnium aquarum. Aqua autem corpus Elementare, longum, teres, flexile & mobile, terra ſubtilius, ſed quam maxime ipſi familiare, propterea ejus ſalſedinis particeps & cum terra unicam ſphæram conſtituens.

541. Motus maris unde?

542. Maris motus à primo mobili.

543. Quare fluxus & refluxus maris?

544. Motus maris ſen eſtuis.

545. Semi menſtruus itemque menſtruus fluxus maris.

Præter corporis puritatem & perfectionem autem longe majorem naturæ excellentiam in aquis animadvertimus, exinde quod periodice coſmice moveatur. Aquas enim vel immenſum illud Pelagus, univerſalis primi mobilis concentu moveri, fluxus & refluxus ejuſdem evidentiſſime declarant. Etiamſi enim in uno, currente motu parum irregulare videatur, in altero tamen ſex horaris coſmici nimirum motus quadrante pulcherrime ſeſe manifeſtat, dum propter anguſtias terræ & coarctationem fluctuum ad inſulas veteris & novi orbis, 24. horarum ſpacio quatuor mutationes fluxus & refluxus, pro ſolis in quatuor angulis Cœli poſitur eſcentias & impulſiones efficit, ejuſdemque ſolis effectum declarat mare maximis mundationibus in ſemeſtri motu æquinoctiorum periodos, & ſolis ad æquatorem, præſentiam & virtutem demonſtrans, nec minus ſolis & Lunæ harmoniam oſtendit ſemimenſtruo, itemque menſtruo fluxu, ita ut Cœlum & Solem pro Principe ejus Neptuno agnoſcat & veneretur.

546. Repercuſſio maris etiam veteribus nota.

547. Saraceni teſte Adelaudo.

548. Baronis de Verulamio explicatio.

Mare ab ortu in occaſum moveri, ſed ad altitudinem terrarum veteris & novi orbis oblique ſitarum aſcendere, ſicque ex hac impedita defluxione & retroceſſione, ad inſulas, varios motus efficere, jam veteribus approbata opinio eſt. Namque ſic ſcribit Joan. Picus Mirandulanus lib. 3. in Aſtrol. c. 18. *Adelandus ex opinione Saracenorum, probat non lunam cauſam eſſe, ſed cum ipſa ſibi maris brachia puta quæ interjecta terræ dirimis moles, obviare & confluere impetu, concitato properent, ſit tum montibus interpoſitis, tum ipſius terræ ſitu, ut ab eodem curſu dum deficiunt referantur, unde, inde quo paternus motus naturalis impellit, loci ipſius poſitu revocantur.* Optime hæc explicat Baro de Verulamio libro de fluxu & refluxu maris dicens. *Primum eſt quod manifeſtus reperiatur, motus & fluxus aquarum ab Oceano Indico usque ad Oceanum Atlanticum, usque incitatior & robuſtior verſus fretum megellanicum, ubi exitus datur verſus occidentem: Magnum itidem ex adverſa parte orbis terrarum à mari ſcythico in mare Britannicum, atque hæ conſequentiæ aquarum manifeſto volvuntur ab oriente in occidentem in quo advertendum imprimis, in iſtis tantum duobus locis maria eſſe pervia, & integrum circulum*

conficere poſſe, cum contra per medios mundi tractus objectu duplici veteris & novi orbis abſcindantur, & compellantur in duos illos alveos Oceanorum geminorum, Atlantici & Auſtralis, qui Oceani exporiguntur in Auſtrum & Septentrionem; Hæc Franciſcus Bacco, Baro de Verulam.

549. De maris fluxu Jo. Fr. Pici Mirand. relatio.

De maris fluxu variæ fuerunt Antiquorum opiniones; quas Jo. Fr. Picus Mirand. recenſet, dicens: *Maris fluxum alii in ſolem, qui ventos elevat, impellentes undas retulerunt, qui venti ubi poſuere, reſultet & refluat pelagus, à qua opinione nec Heraclitus abhorruit, nec Ariſtot. Pythias Maſſilicenſis incremento Lunæ maris augmentum, decremento maris minutionem aſſignavit. Timæus Pythagoreus fluminibus in Atlanticum pelagus mittentibus retulit cauſam, Jeluocus Mathematicus terram & Lunam cauſam dixit.* Vid. Exam. van. doctrin. gent. lib. 1. c. 12.

550. Philoſophorum opiniones de maris ſalſedine.

Maris ſalſedinem ſupra explicavimus cap. 1. ſect. 2. Paucis addemus quam variæ de ea Philoſophorum opiniones ſint, quas prædictus Jo. Franc. Picus Mirandulanus loco præſenter allegato recitat, dicens: *Mare putavit Anaximanter eſſe primæ humiditatis reliquias, quarum magnam partem excuſſerit i-*
551. Anaximander.
gnis, & transmutaverit exuſtione reſiduum, Anaxagoræ viſum eſt, cum ab initio ſta-
gnaret humor conſumptam ejus eſſe partem ſolaris itineris frequentia, & eo quod pingue
552. Anaxagoras.
erat evaporato, reliquum in ſalſuginem & amaritiem conceſſiſſe. Terræ ſudorem com-
buſtæ ob ſolis ardores exiſtimavit in cauſa eſſe; nec alienus ab hac opinione fuit Anti-
553. Antiphon Methrodorus.
phon Methrodorus & Platonici, aquæ partem quæ plurimum habet aeris dulcem eſ-
ſe, ob refrigerationem collutam, quæ vero ob excalefactionem, exhalationem per-
554. Xenophanes.
peſſa ſit, ſalſuginem contraxiſſe volunt, quam Xenophanes voluit acceptam mixtionē
terræ. Hæc Mirandulanus.

SECTIO III.

Verſ. XI.

ET AIT GERMINET TERRA HERBAM VIRENTEM ET FACIENTEM SEMEN ET LIGNUM POMIFERUM FACIENS FRUCTUM, JUXTA GENUS SUUM, CUJUS SEMEN IN SEIPSO SIT SUPER TERRAM ET FACTUM EST ITA.

555. Dion. Areopagita.

Plantæ omnes vitam nutritivam & motricem ab ipſo bono ſortitæ ſunt, inquit, Dion. Areopagita de divin. nominibus. Divina enim virtute plantæ productæ ſunt, hinc terram propria virtute nil germinare experiri poſſu-
556. Terra propria virtute nil germinat.
mus terra prius ignis in cinerationibus ab omni ſeminum plantarum virtute vi-
duata, quam ſine ſpecifico ſemine nihil producere, plurimi approbarunt. Vir-
tus ergo omnipotens divina interceſſit, quæ terram incultam germinare, &
557. Divina virtus operoſa in Plantis.
herbam virentem & ſemen facientem proferre juſſit, quæ omnia pulcherrima
harmonia conjunxit, & lucis primævæ motu & fotu plantas nutrivit, ut ê terræ
gremio frondeſcere, ſicque hyemis tempore ſubtus novas radices & turiones
producere, vere vero in folia & flores revireſcere poſſint.

558. Plantæ ubivis locorum reperiuntur.

Plantas omni terrarum loco pro hominum, avium, brutorum piſcium, & inſectorum vita poſitas eſſe, etiam in profundo maris & fluminum plurimas excreſcere, omnibus notiſſimum eſt, propterea etiam reperiuntur in ſolitudinibus & locis aviis & in viis, paludoſis, nemoribus, in ſupremis montium cacuminibus, & in terris ſemper nive obtectis, ut in Laponia, Islandia, Gröenlandia, quin imo in extremis ad polum ſitis montibus Spitzbergen vocatis, cochleariam pro ſcorbuto illuc navigantibus in feſto, repellendo, ſe reperiſſe, multi ex
559. Omnia compoſita plus ex cœli quam terræ corporibus conſtant.
ſeptentrione reduces veriſſimi teſtes retulerunt.

Cum autem omnia compoſita corpora, præſertim viventia, non ex aqua terra & aëre nobis proximis corporib⁹ conſtent, ſed in plantis appareat ſiderea virtus, quam oſtendunt in balſamo ſolari, ſpiritu vitales animantiū partes corroborante & tandem in diſtallatione tales eſſentias evaporare in incineratione, relictis

paucis

paucis terræ pulveribus, reliqua ad Cœlos evaneſcere. Teſtantur omnia magis ex Cœlo quam terra, naturas eorum acquiſiviſſe, hinc quænam vegetabilium eſſentia ſit, paucis inquiramus.

Plantas quam plurimas nonniſi in locis ſolis radiis expoſitis excreſcere, in tenebricoſis emori, nonnullas ad ſolis in horizonte circuitum ſeſe vertendo verſus Phœbum caput inclinare, alias oriente ſole conſtringi floresque occludere, aſpicimus, quas cum ſole familiaritatem & harmoniam habere clariſſimum eſt, & ſic ſolares Plantæ vocantur. 560. Plantæ aliæ in locis ſoli expoſitis creſcunt.

Invenimus econtra herbas & arbores, quæ in locis nemoroſis opacis, & paludoſis creſcunt & ſi ſilvis exciſus ſub Dio ſolis radiis exponantur, areſcunt & radicitus emoriuntur, gaudent autem frigore, & humiditate propterea plerumque ſole à nobis remotiſſimo efflorefcunt & virent, prout Helleborus niger, Hellebor aſter, Aconitum hyemale &c. Cum autem Saturnus frigoris & humiditatis præſes ſit, Saturninæ Plantæ eæ primis noſtris Botanicis vocatæ fuerunt, & ſic de reliquis ſecundum ordinem Planetarum. 561. Aliæ in locis frigidis opacis.

Cum autem tertio die Planetæ nondum in Cœlo creati fuerint, unde cum iisdem altero demum die productis tam mirabilem harmoniam acquiſierint non immerito inquirendum erit? Dico autem primo, Planetarum materiam tertio die jam extitiſſe in corpore aquoſo, ad expanſi medium collecto, ubi non tantum de Cœlo & terra primitus creata, materia omnis præter aridam in unum locum confluxit ſed & luce primæva omnia illuminante in formata fuit, hinc nihil ad ſiderum naturam complendam defecit, quam diſtributio in certos globos & cœli vortices, ac medii illius ſolaris orbis accenſio impoſitis ſigillis, ut ſic ad finem mundi perdurarent. 562. Plantæ ante Planetarum creationem quomodo ſervatæ.

Secundo potuit DEUS mineralibus & Plantis ante Planetarum creationem talia corpora & hiſce Ideis inſignia dediſſe, ut poſtpoſitis Planetis ab iis fotum & conſervationem acquirerent, & Ideales conſtitutiones inter ſe invicem convenirent hoc enim ſapientiæ divinæ competit, quæ harmoniæ melodiam & naturalem amorem omnibus implantavit, ut ſingula ſe invicem conſervarent. 563. Ideæ Plantarum ante Planetarum creationem ipſis conſimiles.

Cum ergo Planetis nondum in Cœlo oberrantibus Plantæ horoſcopum Cœli jamjam aſpexerint, facilis reſolutio eſt, quod à ſideribus lucis primævæ vel ſtellarum fixarum nec non ab aquis ſupracœleſtibus primum influxum acquiſierint. 564. Influxus ſpheræ nonæ in Plantas.

Penetrat enim hic ſiderum ſupremorum influxus ad usque intima terræ, propterea hyemali tempore etiam plantæ parturiunt per radices, in quibus nonnunquã major virtus, ac in tota planta æſtivo tempore floreſcente reperitur. 565. Hyemali tempore & plantæ parturiunt.

Hinc tota à radice dependet virtus ſeminalis, caules, folia, flores, & fructus producens, intrinſeco motu, eademque ſignatura ſpeciei in locis à ſole remotis, quam in eidem propinguis, quod ſpiritus cœleſtis in illas influentis operationem deſignat. 566. Virtus plantarum in radice.

Attamen ad Plantarum in ſcena hac mundana repræſentationem, ſolis influxum, ſummè neceſſarium eſſe animadvertimus, in locis ab Ecliptica deſcendentibus, ubi nec eandem maturitatis perfectionem herbæ, flores, & fructus præſentant, virtuoſam, qualem ſub maturitate ſolis radiorum acquirere poſſent. 567. Solis influxus neceſſitans in plantis.

Propterea quamprimum ad tropicam Capricorni lineam ſol egreditur, animadvertimus in temperatis hiſce Borealibus regionibus arbores & fultices ſtatim ſenſim ſuccum attrahere, & ad ſolis ad æquatorem acceſſum flores parturire, quæ vero ante ſolſtitium æſtivum è terræ ſinu non prodierunt viridia, ante periodi ſolſtitialis revolutionem non ampliùs florere, certiſſimum eſt. 568. Eclipticę obliquitas in plantis notabilis.

Dixit autem DEUS Creator: Producat terra דשא herbam teneram, ſecundum Buxtorffium herbam voluntariam & inſativam, & עשב herbam ſativam, cultura ex ſemine provenientem. 569. Duplices plantæ ſativæ & ſylveſtres.

Quod mirum videtur, ſi quis perſpectum habuerit, omnes herbas certis in locis ſponte & involuntariè creſcere, quas enim Germania non habet, reperiuntur in Italiæ & Aphricæ oris ſcilicet ſolares plantæ econtra Saturninæ verſus Polos excreſcunt, ſic ut mirabile 570. Andentur herbæ ſativæ nullibi ſponte creſcentes.

ſit

571. Omnes herbæ certis in locis voluntariæ. ſit cochleariam quæ hiſce in regionibus ſativa eſt, ultra Gröenlandiam ad extremos naturæ montes deſertos ſponte excreſcere propterea omnes herbæ videntur voluntariæ, præprimis ſi quis attendere velit, Paradiſum fuiſſe hortum, in quo omnium plantarum ſpecies Deo mandante provenerint, ut naturæ Domino, Paradiſi incolæ, inſervirent; Sed reſpondendum videtur, prout,
572. Paradiſi cultura Adamo commiſſa. Deus Adamum in Paradiſi hortum locavit, ut eundem cultura conſervaret, Gen. 2. ℣. 18. Sic Deum duplices ipſi herbas dediſſe, alias pro cibis ipſius & quidem meliori cultura ſervandas, alias pro beſtiis & volucribus, itemque reptilibus terræ & aquarum, quas ſine omni cultura DEUS germinare juſſit, ut rudiori natura vel fœtum ex radice excludant, vel ex ſemine agro inculto permiſſo, ſine frigoris aut caloris corruptione, quaſi novercante natura ſine blanditiis generent.

573. Quomodo Plantæ ſemen ferant. Divino autem decreto toti regno vegetabili proviſum eſt, ut omnes ejusdem ſpecies ſemen proprium efforment. Propterea dum quædam herbæ ſylveſtres vel propter telluris ſterilitatem, vel propter ſiderum malignitatem ſemen infœcundum producant, vel tempore naturæ convenienti ſemen terræ
574. Plantæ ſteriles plerumq; in radice parturiunt. mandare non poſſint, Deus iterum talibus herbis ſylveſtribus conceſſit conſervationem ſpecierum per radicum propagationem, ſicque ea radix, quæ anni vel byennii ſpacio arida & ſterilis facta ſuccum ex caule, refluxu ad terram redundantem, ſurculo vel turioni adhuc molli & vivido ad latus digito transverſo vel plus remotum, confert, & altero anno novam, ſpecie eandem plantam producit, quod clariſſime in Aſpargis & variis herbis licet animadvertere, ut propterea plantæ non ex ſolo ſemine, ſed ex radice ſpeciem conſervent. Re-
575. Filix & Salix ex radice pullulanr. periuntur enim Plantæ velut Filix, Salix &c. Quæ ſemen non retinent ad maturitatem, propter ſterilem Ideam Saturninam. Sic ergo virtus earum prolifera in radice & toto permanet; Hinc ſalicis frondes in terram inſitæ radices,
576. Plantæ Phœnicis ortu reviviſcentes. acquirunt & frondeſcunt, multæ etiam Plantæ in cineres combuſtæ, Phœnicis ortu, ex ſale reviviſcunt, ut abſinthium, & plurima quæ etiam ex ſale eſſentiali in aqua miro πλαστικῆ artificio apparere, retulit R. P. Kirchetus, in mundo ſubterraneo.

577. Lignū quomodo omne fructuoſum ſit. Lignum omne fructuoſum eſſe, ſacer Hæbreus textus in hoc verſiculo oſtendit. Propterea etiamſi non omnis arbor poma, pyra cydonia mala & nuces producat, nihilominus ſingulas arbores frugiferas eſſe, declarat operoſa naturæ ancilla Chymia, quæ ex fructibus abietis hiſpidis, ex hirſutis ſumach & Ricini Botris, liquorem, ſed medicinalem exprimere poteſt.

578. Ligna Reſinoſa. Ligna autem fere omnia fructuoſa ſunt, alia in radice virtutem continent, alia in trunco, prout Pinus & arbores gumatibus gravidæ, de quibus Ariſtot. *Arbores quæ ſuccum habent, ut reſinam, gummi, myrrham, thus, & thymiama aliæ nodos, venas, ventrem, lignum, corticem & medullam intra ſe, aliæ ut plurimum in cortice ſunt,*
579. Utilitas lignorum ex floribus & fructibus. *& aliarum fructus ſub cortice eſt, inter ipſum & lignum.* Aliæ in foliis floribus & fructibus uſui humano inſerviunt ut flores Citri, cum pomis, itemque Arantiarum granatorum & ſimiles, quarum ſuccus pro naturarum diſpoſitione aromaticus, oleaginoſus, amarus, dulcis vel inſipidus eſt. Hinc Albertus magnus de veget. tract. 2. c. 3. inquit. *Arborum magnarum humor in quibusdam eſt viſcoſus, ſiccus, digeſtus, in quibusdam eſt acutus abundans, viſcoſus in vite eſt ſubtilis, aquoſus aerea pinguedine pinguis.*

580. Semen arborum in radice. Fructibus arborum parum delibatis, nunc quomodo earum ſemen ſuper terram ſit, ex oraculo verbi divini explicandum reſtat. Semen arborum in radice primo conſiſtere, demonſtrat ejusdem radicis fætatio dum ſurculos circumquaque ſub terra parturit, qui demortua interdum, matre in ejusdem ſpe-
581. In trunco arborum ſemen ciei arborem reviviſcunt. In trunco arboris ſemen occultari, manifeſtant frondes à trunco amputatæ in terram vel aliam arborem inſertæ, quæ ejusdem ſpeciei arborem & fructus producunt. In ramis & oculis arborum etiam ſe-
582. In ramis & oculis. minalem virtutem eſſe, declarat, quod tales oculi vel gemmæ arborum transplantatæ efficiant, quod arborum rami hic poma alba, alius, viridia, tertius rubicunda & ſic variarum ſpecierum fructus proferant; quæ quidem arte elabo-

rata, nihilominus ab alia arboris fronde inſerta eſſe indicant.

Semen ergo arboris in tota Planta exiſtere, omnino judicandum, præpri- 583. Semen multiplex in una arbore.
mis mirabile eſt, quod cum ſylveſtri trunco frons arboris ſativæ inſeritur, virtus illa dulcia poma ferens, non ultra rami illius altitudinem ſeſe extendat, inferior enim ramus excreſcens, acres fructus & ſylveſtres profert, propterea ſeminalem virtutem frondis uniuscujusque ad vitam usque in eadem manere ſicque effluentem ſuccum nutritivum idealiter, formaliter & virtualiter diſponere; omnino ſequitur.

Pergimus in explicatione S. Textus & deducimur ad illud, quod æternæ 584. Quænam ſit Plantarum ſpecies?
veritatis oraculum dicat: Plantas ferre fructus juxta genera vel ſpecies earundem, ſic pervenimus ad ſcopulum arduæ quæſtionis; quænam genera vel ſpecies Plantarum ſint? Dico autem Plantas, vel eſſentiæ analogiam, vel Ideæ harmo- 585. Plantæ cum Planetis analogiam habent.
niam cum Planetis habere; & quidem cum ſeptem in cœlo Planetæ notabiles deprehendantur ad eorum claſſes referre, perſuadebunt nobis ſequentes rationes.

Primo in prioribus retulimus, quod multæ Plantæ in locis ſolis radijs ex- 586. Solares Plantæ.
uſtis creſcant, flores ad ſolis ſemitam reclinent, & occidente luce ſeſe conſtringant, ſic etiam memoravimus, illas quas vocamus, ſolares plantas non niſi in Regionibus ad Eclipticam ſitis creſcere, difficulter & diligenti culturâ enutriri, in locis parum remotis & temperatis, frigus autem vel aërem Polis vicinum minime perferre poſſe, ſicque in noſtris temperatis Regionibus exponuntur cœlo tum demum, quando ſol Arietem vel taurum egreditur; Hyeme vero ſervantur in Cameris aëre accenſis lignis tepefacto, & quæ ſilveſtres, Plantæ ſola dies ſunt, non niſi ſole noſtri Horizontis vertici adproximante revireſcunt; ſicque media æſtate effloreſcunt, præſertim in locis ſolis radjis pervijs, & quo plus de ſolari Balſamo exhauriunt, eo majorem proceritatem acquirunt. Secundo 587. Plantæ de cœlo nutriuntur.
Plantas è cœli uberibus maximam corporis molem acquirere ex generationis ipſarũ mirabili opere manifeſtum eſt, namq; ſemen alicujus herbæ fructicis vel arboris in duriſſima ſaxa & petroſa montium acclivia cadens, non deſerit ſuam activitatem, ſed rimis lapidum adhærens, inter ſcruposos naturæ vertices ſuam formoſitatem & ſignaturam præſentat. Sic vitis libentiſſime creſcit inter va- 588. Vitis inter ſaxa excreſcit.
ſtiſſima ſaxa, gaudens ardentiori ſolis radiorum reflexione; Zeam ſiliginem & conſimiles fructus, vidi in ſummis Alpibus expreſcentes ex campis duriſſimo ſilice ſterilibus, ubi longo itinere nec gleba terreſtris apparuit. Totas arbores 589. Arbores ex devaſtatis arcibus excreſcunt.
ex devaſtatis Arcibus excreſcere, nec non ubique ex muribus plurimas herbas recentes prominere, ocularis inſpectio & experientia docebit. Unde ergo tantam corporum molem acquirant indocto cuivis res ardua foret? ſed dicendum, 590. Quomodo Plantæ è cœlo nutriantur.
ſicut aër totus cœli influentijs repletus eſt, ſic nunquam difficile eſſe, ex minimo ſemine magnam cujusdam plantæ molem excreſcere, cum ſpermatica illa virtus fermentans omnes in ſolido propinquo reflexos cœli radios recipiat, atq; pro locorum diverſiate ſemina à Deo diſtributa ſint. Sic in rupibus & cameris 591. Semina per Avium excrementa proſtrata.
montium excreſcunt, herbæ longe aliæ, quam in agris & pratis, interdum ſine ſemine exiſtimantur plantæ in locis invijs excreſcere, cum per avium excrementa illuc projecta fuerint ſemina, ſicut & piſcium ſpermata capaces aves aquaticæ ex lacubus & fluminibus deportant, & in alia loca undoſa proſeminant. Præterquam quod ſemina vegetabilium ex mandato Dei univerſæ terrenæ glebæ concredita ſint, & ſic indeterminatam non dicam infinitam potentiam habeat terra ad ſingulas res producendas, ſi modo cœlum favens & horizon conveniens ſit.

Tertio apparet ex Plantarum Chymica Anatome, maximam earundem 592. Plantæ exhibent oleum ſidereum.
partem cœleſtem & ſideream eſſe, quod ex deſtillatione reſultat, namq; exempli gratia, ex citri Arantiarum & ſimilibus lignis, floribus & fructibus extrahitur oleum, tranſcendens totius terræ, aquarum infra cœleſtium, atque aëris virtutes propterea in longe ſuperiori ſphæra ejus crater inquirendus erit. Sal il- 593. Sal ſidereum ex Plantis.
lud quod ex fæcibus vini ſiccis deſtillat, non aëreum aqueum & plane terreſtre eſſe, ſed ex ſiderum corporibus conſtare, & oleum ſolare includere, in noſtris

594. Plantæ veneratæ homini contrariæ. obſervationibus clariſſime oſtendemus. Deſcendamus ad plantas ſoli contrarias & Saturninas, velut Aconitum Napellum, Helleborum, Conſiliginem, quæ vitales & animales ſpiritus convellente ſylveſtri ſucco refertæ ſolari cordi venenum exhibent, ſicque deſtillatæ fumū pro oleo, virus pro ſaccaro & dulcedine offerunt. 595. Saturninæ & Lunares. Lunares plantæ magna copia terræ, & multo ſale abundantes parum vel nihil olei, exiguam ſpirituoſam lympham exhibent, prout braſſica, cucumis, cucurbita, melones &c. ſicque ex reſolutione diſcendum, quales Ideæ vel ſignaturæ unaquæque planta ſit.

596. Plantarum formæ vulgo materiales ex qua materia conſtent? Quarto in tota hactenus trita Philoſophia notiſſimum eſt, quod Plantarum formæ pro materialibus agnitæ ſint; Nunc quæro ex qua ergo materia conſtent, ſi dicent ex materia aquæ & terræ, Reſpondeo, ergo non opus eſſe, ut illud pro occulto habeant, quod in ſcholis receptiſſimum, ſi vero afferant, ex Cœlis, tunc infero ergo eſſentiam habebunt, vel ex Cœlo ſtellato, vel Cœlo Planetarum, vel ex aquis ſupracœleſtibus, vel conjunctim ex omnibus cœli & terræ corporibus, & ſic provehentur in noſtram ſententiam, namque oleum, ſpiritum, & aquam præter terram invegetabilibus reperiri, ſemper oculari probatione oſtendendum erit.

597. Nutritio hominis ex Plantis indicat ſiderum ſpiritum ipſis ineſſe. Quinto Plantas ex meliori, quam terreno luto elaboratas eſſe, demonſtrat earundem uſus nobiliſſimus, quod nimirum præprimis ad cibum, non dicam æternæ vitæ in Paradiſo, ſed ad ſalutarem hominis paſtum creatæ fuerint, cum enim homo compendium ſit totius univerſi, & parvum omnium rerum exemplar, neceſſe eſt, ut omnes ipſius partes analoga materia nutriantur. Non ergo cœleſtia corpora ſuſtentari poſſent in homine, ſi plantæ ex aqua ſolum & terra conſtarent, proprerea ut ſimilia labra lactucis ſint, Deus Cibos tam ad ſanitatem, quam medelam ita ordinavit, ut omnibus in corpore langueſcentibus partibus ſuccurrerent, omnium autem cœleſtium rerum corpora in homine expreſſis parvis characteribus latitare, infra demonſtrabimus.

598. Plantarum vita irreducibilis indicat ipſis cœli ſpiritum ineſſe. Sexto apparet, quod vita Plantarum quæ in calido & humido conſiſtit, ſemel conflagrata nunquam amplius reſtitui poſſit, quod ſi ex aqua & terra conſtarent, facile reduci poſſet; ſed ſemina quæ partim per annum partim ultra quingennium (ſed raro) durant conſumpto humido radicali & calore nativo extincto reviviſcere nemo unquam audivit, hinc ex ſuperiori rerum ordine ortum duxiſſe exiſtimandum erit.

599. Varietas Plantarum mirabilis. Cum autem admirabiles earum varietates ſint, aliæ ſingulis menſibus creſcant, & decreſcant, aliæ igneæ, aqueæ, terreſtres, albæ, nigræ, virides, flavæ, fætidæ, odoratæ, amaræ, acres, dulces, ſalſæ, mirabilibus figuris & ſignaturis præditæ ſint, quid impedit, quominus ad ſeptem Planetarum claſſes referantur.

600. Saturninæ Plantæ quales ſint? Eſt autem in ordine prima claſſis Saturnina, cujus color præſertim florum cæruleus atro violaceus & viridis, odor fætidus, ſapor ingratus ſignatura horrida, acuminata, radice capillata, folijs intercisis ſemine vel nullo vel ad maturitatem non perveniente, locus talium Plantarum eſt in opacis nemoribus & montium umbroſis convallibus, florent plerumque poſt ſolſtitium, & hyemali tempore, dum omnia frigore & pruinis ſopita & in terra recondita ſunt, propterea fere reliquis omnibus Plantis adverſa & inimica ſunt.

601. Joviales Plantæ. Secunda claſſis continet Joviales Plantas, quæ ſunt coloris flavi, odoris mellei, ſaporis dulcis, figuræ longæ, radice tenui, folijs albo viridibus, & in luteum colorem vergentibus, creſcuntq; in locis pinguibus & humidis, velut pratis campis & hortis, florent plerumque menſe majo & Junio, ſuntque omnium frugales ſuaves & amœnæ.

602. Martiales Plantæ. Tertia claſſis Martialis eſt, in cujus ſphæra ſunt Plantæ coloris flammei odoris Aromatici, ſaporis acris, figuræ aculleatæ, vel quæ haſtarum bipennium vel parmarum formam ferunt, creſcuntque tales Plantæ in locis ſolis radijs combuſtis, florent circa ſolſtitium æſtivum & propter intenſum quem poſſident ignem intemperatæ & naturæ nimis violentæ ſunt.

603. Solares Plantæ. Quarta claſſis ſolarium, colore albo, lucido, ſapore Balſamico, talique etiam odore ſuaviſſimo, ſignatura orbiculari latis folijs pinguibus, & mollibus, fructus

ferens

ferens rotundos, creſcunt in locis pinguibus fructusque poſt ſolſtitium æſtivum maturant.

Quintum genus eſt Venereæ naturæ, coloris rubei, odoris ſpermatici ſaporis acidi, gerens folia ex orbiculari figura ad acuminatam terminantia quaſi triangularia in locis ſiccis circa æquinoctij autumnalis tempora fructus ferentes. 604. Venereæ Plantæ.

Sextum eſt Mercuriale, coloris viridis, odoris pluvialis aquei, ſaporis ſubtiliſſimi figuræ capillatæ, radice rotunda, bulboſa & tuberoſa, fructu oblongo, creſcuntque tales Plantæ in locis perflabilibus & aëri aperto expoſitis florent plerumque circa æquinoctium vernum ſed fructus circa autumnale ferunt. 605. Mercuriales Plantæ.

Septimum continet Lunares Plantas, colore albo, cretaceo, cineritio & ſimilibus, odore putredinali, vel nullo, ſapore ſalſo, folijs latiſſimis, orbicularibus, radice rara fructu aquoſo molli, creſcens in locis terreſtribus, paludoſis, ſingulis menſibus aliquid maturitatis, interdum tot repetitis vicibus flores & fructum ferentes. 606. Lunares Plantæ.

SECTIO IV.

Verſicul 12.

ET PROTULIT TERRA HERBAM VIRENTEM ET FACIENTEM SEMEN JUXTA GENUS SUUM, LIGNUMQUE FACIENS FRUCTUM ET HABENS UNUMQUODQUE SEMENTUM SECUNDUM SPECIEM SUAM, ET VIDIT DEUS QUOD ESSET BONUM, ET FACTUM EST, VESPERE ET MANE DIES TERTIUS.

Mandato divino obtemperans terra, plusquam momentanea actione ſuſcepit omnes Plantarum Ideas, & produxit herbas frutices, arbores, ferentes poma, pyra, cydonia, fraga, ribes, nuces, velut pictor qui longa temporis mora varia & pulcherrima in tabula ſua depingit, ſic vivam creator in ampliſſimo hoc terreno amphitheatro, unico in momento omnia produxit, ut nunquam ſatis admirandus hortus delitiarum exciterit, floridus & frugiferus. 607. Exornatio horti terreſtris.

Non autem omnis fert omnia tellus quod vulgo tritiſſimum eſt, ſic reperiuntur loca, in quibus hæc, in alijs alia ſpecies plantarum libere excreſcit, unde igitur tanta locorum terræ varietas proveniat, meritò inquirendum erit. Cum circumquaque naturam univerſi aſpiciendo, omnia examinamus, nihil inveniri poterimus, quod vel levem mutationem ſubeat, namque cœlum deprehendimus ſemper conſtans eſſe, ſidera ſtellarum fixarum nullis alterationibus obnoxia ſunt, Terra & mare ſemper eandem faciē retinet ſic quod ejuſmodi varietatum Cauſam prebeat, nihil obvium erit, quam ſeptem Planetarum corpora quæ varie locum, figuram, & virtutem mutant, hinc ab ijſdem tot metamorphoſes, tot locorum diverſitates oriri credendum erit. Namque loca ſolis radijs expoſita, balſamica, pinguia, bituminoſa & ſulphurea eſſe animadvertimus, prout in Sicilia, Arabia, & Ægypto experiri licet. Econtra in Suecia, Dania, Norwegia tam aër quam aqua & terra ſalſedine ſpiſſa referta ſunt, loca tropicis circulis, quo viciniora, eo magis temperata, ita ut in Germaniæ & Galliæ regionibus pro rerum omnium delicijs varia loca reperiantur, ſic ergo in ijſdem fere omnes plantarum ſpecies excreſcant. Saturnus enim ſuas influentias effundit in loca tenebricoſa, opaca paludoſa, & paluſtria, nemoroſa, Jupiter in hortos, agros, bene cultos, prata, & temperate humida loca. Mars gaudet aridis, ſed pinguibus campis. Solis radij fertilia quæque prata & rura efficiunt, Venus impregnat, ſicca ſed pinguia loca omnium fertiliſſima. Mercurius dominatur montanis perflabilibus regionibus, & Luna tandem in fluxu ſalino impetus in mari & fluminibus excitat, propterea locis paludoſis, undoſis putridis præeſſe dicitur. 608. Unde rerum varietas oriatur & conſervetur. 609. Septem Planetarum corpora omnium mutationum cauſæ ſunt. 610. Loca ſolaria. 611. Loca Saturnina. 612. Jovialia loca & Martialia. 613 Solaria. Venerea, & Mercurialia. 614. Lunaria loca.

615. Saturninæ Plantæ quænam ſint?

Sic igitur mandato Dei produxit terra ſecundum locorum & Jdearum varietates plantas primo ſaturninas ut ſunt Napellus, Aconitum, Atriplex, Cannabis, Cicuta, Cupreſſus, Cuſcuta, Filix, Hyoſciamus, Hellebori ſpecies, Lappa major, Muſcus, herba Patis, Pinus, Polipodium, Solopendrium, Savina, ſemper vivum, Senna, Solanum, Tamariſcus, Abies, Abrotanum, Abſinthium Adianthum, bonus Henricus, Bruſcus, Capparis, Cataputia, Cochlearia, Cyanus, Fumaria, Galega, Mezereum, Myrtus, Naſturcium aq. Pervinca, Pyrola, Polygala Ranunculus, Rutæ ſpecies, Salvia. &c.

616. Joviales Plantæ quænam?

Joviales Plantæ ſunt: Agrimonia, Rhabarbarum Rubia Tinct. Verbaſcum, Cheyri, Siligo, Hordeum, Triticum, Linum, Amygdalæ, Avena, Avellanæ, Fagus, Olea, Amarantus, Anſerina, Hieratium, Ageratum, Barba, Hirci, Calendula, Colutea, Conſolid. Sar, Curcuma, Endivia, Lactuca, Farfara, Geniſta Hyperico. Jacobea Melilotus Senecio, Taraxacon. &c.

617. Martiales.

Martiales ſunt: Acorus, Allium Arum, Biſtorta, Bugloſſa, Card-benedictus, Carlina Cæpa, Chermes, Cinera, Crocus, Dipſacus, Eryngium, Eſula, Flammula, Ilex Coccigera, Ononis, Quercus, Roſa, Raphanus, Sinapi, Ortica, &c.

618. Solares.

Solares ſunt: Alchymilla Angelica, Antora, Aſarum, Betula, Borrago, Citrus, Cydonia Garyophilata, Granatus Lil. Conuall. Veronica, Vincetoxicum, Vitis, &c.

619. Venereæ.

Venereæ ſunt: Acetoſa, Anchuſa, Alkekengi, Gargophilli, Baſilicum, Bethonica, Boleticervo. Calamenta, Montana Geranium, Ripes, Berberes, Ceraſa, Chamædris, Fragaria, Melliſſa, Metha, Oxalis, Satirion, Origanon, Oxiacantha, Pæonia, Prunella.

620. Mercuriales.

Mercuriales ſunt: Anethum, Aniſum, Apium, Aſpargus, conſolid. Regal. Daucus, Ebulus, Sambucus, Ficus, Fæniculum, Juniperus, Lavendula, Linaria, Majorana, Narciſſus, Orchis, Petroſelinum, Peucedanum, Ros marinus, Spicæ ſpecies, & Sophia. &c.

621. Lunares.

Lunares ſunt: Bellis, Beta, Blitum, Braſſica, Brionia, colchicum, caulis floridus, ciceres, Phaſeoli, cucumeres, cucurbitæ, Faba Lactuca, Rapum. &c.

622. Plantæ ex pluribus conſtellationibus


Multæ etiam reperiuntur Plantarum ſpecies, quæ ſignaturam ex duobus, vel pluribus planetis acquiſiverunt, & ſic in folijs & floribus, vel radice & folijs variantur, de quibus in Botanica.

CAPUT IV.

DE OPERE IV. DIEI CREATIONIS.

SECTIO. I. Verſu 14.

DIXIT AUTEM DEUS FIANT LUMINARIA IN FIRMAMENTO COELI ET DIVIDANT DIEM ET NOCTEM ET SINT IN SIGNA ET TEMPORA ET DIES ET ANNOS.




DIximus in præterito capite, quod ſacro textu & ſanæ rationi repugnaret, 623. Maris in firmamentum repoſiti diviſio.
ſi totum cæli & terræ ſyſtema primo die creatum in tam minutiſſima hac
terrena aquoſa ſphæra conſtitiſſet, propterea poſuimus duplicia maria,
cæleſtia & terreſtria, præter unam aridam. Nunc autem pergit divinus
ſcriptor his verbis. Et Deus dixit fiant luminaria in firmamento cæli, idem eſt, 624. Planetæ præter ſolem ſunt ſidera opaca.
ac dividatur globus ille maris cæleſtis in ſeptem magnos vortices in firmamento
obambulantes, namque non tantum lunam æque ac terram in Eeclipſi opacam
eſſe aſpicimus, ſed & aliorum planetarum ex Eclipſibus notiſſimum eſt, eos ex
ſolida materia conſtare. Cum autem nulla alia ſolida niſi aquarum & terræ 625. Planetæ etiã ex aqua & terra conſtant
eſſentia â Deo producta fuerit, & ex luce propter viſibiles tenebras non conſtent, utique ex terra & aquis coagmentata eſſe ſequitur.

Diximus autem ſupra, quod aquoſa illa materia luto terreno ſubtiliori 626. Diſtributio in Planetas aquoſos & terreſtres.
intermixta fuerit, cumque natura terræ ſit, ut in aquis ad fundum properet,
hinc ex talium corporum formatione ſequitur tenuiorem aquoſam partem in

ſublimi, mediam & æqualiter mixtam in medio; ſolidiſſimam in infimo loco
manſiſſe, ſicut Saturnus, Jupiter & Mars ex aquoſa ſubſtantia, Venus, Mercu-
rius, Luna, ex terreſtri formata fuerit. In ſole autem velut æquilibrio omnium,
627. Solis corpus ex omnibus æquale. materia quædam utrinque diſpoſita eſt, hinc cum ab effluvijs ſiderum ſpheræ
nonæ jam per triduum informata fuerit; addidit Deus ipſe talem ſingularem
Jdeam, ut materia illa ſolaris ex tribus rerum principijs perfectiſſime conſtans
inflammata fuerit, in luminare magnum, quod reliquis omnibus Planetis re-
ſplendeſcentiæ lucem & radios ſuppeditaret.

628. Pyramides cœleſtes. Mandato igitur Dei dehiſcens ille globus magnus cœleſtis ſeſe pro ſeptem
luminum ſemper ſibi invicem ſuperiorum formatione in duas Pyramides diſtri-
buit, quarum ſuperior aquoſa fuerit, inferior vero terreſtris uti in hoc ſchemate



629. Pyramis aquarum deſcendens. patet. Ubi Pyramis aquarum deſcendens ▽ pro ut
antiquis notata fuit continet præ primis Saturnum
& Jovem, Pyramis vero terræ aſcendens △ com-
630. Linea æqualitatis ſolis. prehendit Lunam & Mercurium, ſol vero duplici
triangulo gaudens, â ſupremis participat de aquis
exinde Marti aquoſo communicat balſamum, ut
ejus olea cœlitus deſtillantia ſeſe in aromaticam
631. Pyramis Terræ aſcendens. pinguedinem per terram diffundere poſſint. Venus
vero cum ex terreſtri ſale conſtet, adjuncto ſolari
ſulphure, generat fermentum acido liquore toti
naturæ ſalutare & frugiferum, ſic ut ex tali revela-
tione divina, omnium ſiderum eſſentiæ & in inferi-
ora influxus facile dignoſci poſſint.

632. Tria cœlitus ad nos deſcendunt. Tria ergo cœlitus ex ſideribus ad nos deſcen-
dunt ſubtiliſſima Pyramidis aquoſæ effluvia ex Sa-
turno & Jove præ primis ſtillantia, quæ hyemali tempore cum aquis noſtris in-
633. Aquoſa Jovialia & Saturnina. ferioribus combinant, & ſic interſtitia longorum corpuſculorum occludendo
aquam conſolidant & glaciem effingunt. Penetrant autem illa Saturnina cor-
puſcula per omnia corpora præprimis per metalla, & vitra, ſicuti ſupra oſtendi-
634. Quomodo fiat glacies. mus, aquam prius attollant antequam in glaciem indureſcat. Probavi autem
quomodo illa frigoris corpuſcula concentrari & viſibilia reddi poſſint, exemplo
635. Frigoris experimentum. deſumpto â muris & cavernarum parieribus, qui quam primum illi Saturni
influxus incipiant ceſſare, largiſſimum ſudorem niveum profundunt, ſic poſui
in cucurbitam ampliſſimam maxima glaciei fruſta, & applicando amplum re-
cipientem undiquaque obturatum, repoſui in hypocauſtum moderatè calefa-
ctum, cum glacies incepiſſet liqueſcere, per roſtrum alembicj decidentes gut-
tulæ denotarunt, frigus per vitrum evaneſcere; non enim frigus vel effluvia Sa-
turnia fuerunt concẽtrata, ſed ſicut ignis in furno accenſ⁹ per ferreas cameras &
vitra denſiſſima agit in aquã, ejus corpuſcula elevando, ſic frigus vel aqua Plane-
tarum ſponte aſcendens, parũ aquæ ſecum ſurſum exaltat, & ſublimat, quæ aqua
parietibus vitri vel alembici vel recipientis adhæret & ſic frigus in aurã avolat.

636. Speculum Fluddianum frigoris effectum præſentans. Frigoris manifeſtas operationes aſpicimus etiam in ſpeculo raritatis & den-
ſitatis Roberti Flud, de fluctibus, ubi per vitra ſume obturata frigus tranſit,
ſicque liquorem dilatat & aſcendere impellit. Frigus per os hominis reſpirati-
one attractum, & in cucurbitam efflatum, liquorem mirabilis in medicina ope-
437. Liquor exhalitu hominis coagulatus. rationis exhibere, jam plurimis medicis notiſſimum eſt. Inſumma qui frigus
non eſſentiale quid eſſe exiſtimat, viſitet eos qui gangræna â frigore afficiuntur,
quam peſſima ſymptomata, acerbiſſimos cruciatus, inſtante frigoris intem-
peſtate patiantur, in eorum calendario inveniet.

638. Frigoris effectus in gangræna notabilis. Alterum quod ex Planetarum ſideribus ad nos deſtillat, eſt ſolare
balſamum, noſtræ totius vitæ pabulum. A ſole enim cor noſtrum con-
ſervari, ex aëre, cibo & potu, ſolari præprimis vino, animadvertimus,
639. Balſamum ſolis vitæ pabulum. nec enim qui longiſſime à ſolis via remoti habitant, neque aëre balſamico,
cibo, oleaginoſo & potu ex cœli ſpiritu tam generoſo, uti poſſunt, præma-
tura morte abripiuntur, ut Finnones, Lappones & Polo contermini.

Quæ

Quæ ſub ſole creſcunt, Plantæ omnes oleaginoſæ & balſamicæ ſunt, ut Rorella, 640.
citrus, Arantius &c. Aurum ſolis balſamo rutilum eſt, & mineræ ejus, axun- Solares Plan-
gia ſolis rubeſcunt, uti aliquando demonſtravi in Elixire meo ſolis & vitæ, quod tæ oleagi-
ad Rheni flumina oleum ſolis rubicundum deſtillet, in Sabulum altiſſimum noſæ. 641.
tenuiſſimum Rheni, ſicque in æſtate ſabulo, ſole inprægnato, & nive in Alpi- Aurum ex
bus liquefacta & convallia inundante, inſimul cum undis ſpiritus metallici Balſamo ſo-
ſabulum illud inperfectum metallum, ſemine communicato progenerent fiat- lari creſcit.
que ponderoſiſſima arena rubicunda granulis ex ſolido auro repleta, quæ à plu-
ribus ad id ſolùm operam navantibus lotione & cum Mercurio attritione ex-
trahuntur. Nec mirum eſt, hoç naturaliter procedere, ſi quis naturæ Simiam 642. Aurum ex
agere velit, contundat ſilices in fruſta, ad ſcrupuli unius pondus, & irroret eos ſilicibus cre-
ad juſtum tempus & debitam menſuram aqua pluviali, vel rore mayali, videbit ſcens.
excreſcere ſilices in mineras auri fertiliſſimas, ſic etiam ſilices minutiſſime con- 643. Silices ſolis
tuſos cum majoribus vitris uſtorijs aliquis calcinare & in rubicundiſſimum pul- radijs calci-
verem convertere poſſet, qui vero pulvis Leonis ſanguine cruentus eſt, & non nati.
tantum in medicina ſed & Alchymia multum valet, prout iſtum çruorem ali- 644. Sanguis Leo-
quis ſuis ſpiritibus adhucdum vegetum & vivum exprimere poterit. nis. 645.

Tertium quod ex cœlo Planetarum ad nos deſcendit eſt ſal ſidereum Sal ſidereum ex nive.
quod 1. ex nive extrahendum, per factam ſubitaneam mutationem ſolutionis
nivis, reponendo in aquam fervidam mox in gelidam, & ſic tot repetitis vicibus,
prout ego probari, donec in fundo ſal rubicundum ſubſideat. 2. Ex rore ſal fa- 646.
cilioris extractionis eſt, ſicut ex pruina 3. Spiritus aëris coagulatus, cujus ali- Ex rore & pruina.
quando magnam copiam præſente Domino Barone Joh. Henrico de Vlatten, 647.
Pincerna Juliacenſe, ſpiræ Nemetum ex libero aere extraxi, & purum ſal eſſe, Ex ſpiritu
deprehendi, qui ſidera ſalina corpuſcula ſpirare manifeſtè oſtendit: Quid urina aëris coagulato.
hominis, niſi ſal aëre attractum, in pulmonibus cum lympha mixtum elabora- 648.
tum & velut lixivium excretum quotidie, hoc deſtillationes ſalis & ſpiritus uri- Ex urina ho-
næ declarant. De Nitri generatione, de meteorum in aëre conceptione lon- minis. 649.
giorem diſcurſum hac brevitate prætereo, quia ſingulis notiſſimum eſt, tantam Ex nitro &
ſalis copiam in aëre volitare, ut plurimi ex admiratione ad uſque inſaniam omnibus meteoris.
provenerint & nitrum Aëreum pro univerſali materia agnoverint. 650.

Sic igitur Planetæ facta ſunt luminaria, non ut lucem ſed virtutem rebus, Planetarum
ſublunaribus exhibeant, ſi enim lucis ergo tantùm Planetæ vocandi eſſent, lunæ non eſſe mu-
munus in novilunio ceſſaret, nec in reliquis Planetis, interdum nomen mane- nus principale ut lu-
ret. Propterea Deus ſoli lucem excelſam reliquis Planetis lumen de lumine ceant.
elargitus eſt, ut ſint omnes Planetæ in ſigna, & tempora, dies & noctes uti infra 651. Sed ut illumi-
audiemus. nent terram.

Quid autem verum luminare ſit, prout in ſole aſpicere licet, merito quæ- 652.
ritur? Priſcianus de lumine ſic ſcribit. *Lumen eſt ſpecies ignea, non tanquam cor-* Luminare quid ſit?
pus igneum, ſed tanquam ſpecies quædam ab igne participata, & ideo Pythagorici inſtru-
mentum viſus exiſtibabant, eſſe igneum & ſolare propter lumen. in Theoph. c. 19. Item
Marſilius Ficinus inquit: *Lumen eſt viſus cœli ex ſpirituum cœleſtium gaudio profi-*
ciſcens. Ficinus Epiſt. lib. 2. Joh. Carpentarius inquit: *Color veluti flammula*
quædam fulgoris à ſingulis corporibus emanans, partes habens viſui ad eandem accomo-
datas. In Alcinoi digreſſ. 7. Ex hiſce videre licet, non longe à ſcopo noſtro 653.
aberraſſe Philoſophos & lumen proxime ad ſubſtantiam repoſuiſſe. Sed quid Lumen eſt ſubſtantia.
lumen revera ſit: Pauci attigerunt.

Luminaria antiquitus plurima & varia, temporum injurijs & oblivione 654.
deperdita fuiſſe, referunt ſcriptores, præprimis de lampade perpetua, oleo in Luminaria antiquorum.
combuſtibili ſemper lucente, quam in Deorum gentilium ſepulchris repertam 655.
ſæpius fuiſſe memorant. Conficiuntur autem Ellychnia incumbuſtibilia hodie Ellychnia in
adhuc ex Amiantho vel Aſbeſto lapide unde Byſſus, Item ex Alumine plu- incombuſtibilia.
moſo, lapide ſelenite &c. pro liquore aſſumunt, olea nunquam carbones
reijcientia, ſcilicet deſtillata, balſamica, ſpiritus item vel eſſentias vini, ſpi-
ritum Mercurij. Aurum proprio in ſulphure ſolutum, & in balſamum 656.
converſum in vaſe à corruptione libero aureo occluſo, lampadem perpetuam Oleum perpetuum.
exhi-

657. Sol eſt lampas perpetua

exhibere, meo ſenſu Judico. Solem enim facem perpetuam eſſe, teſtabuntur omnes terrarum incolæ. Fiunt etiam varia luminaria ex lucis reſplendeſcentia in ſpeculis concavis & reſplendeſcentibus, quæ mechanicis notiſſima ſunt.

658. Luminarium cœli definitio.

Luminaria ergo ſunt corpora à Deo in firmamentum poſita, ut vel propria luce vel radiorum reflexione terram illuminent.

659. An Planetæ ex primæva luce producti ſint?

660. Negativa defenditur.

Plurimi verſantur in opinione, ex primæva luce etiam ſolem & Planetas productos fuiſſe, ſed contrarium oſtendit ipſe ſacer textus, qui Deum lucem vidiſſe bonam, & in eſſentiali bonitate confirmaſſe, exinde non amplius mutaſſe oſtendit. Neque etiam divina ſapientia concedit, creaturam ab optimo ente in eſſe perfectum conſtitutam, ullum ulteriorem bonitatis gradum ſuſcipere poſſe. Non enim urget neceſſitas ſtatuendi, Deum uſum fuiſſe ad ſolis lucem iſta primæva luce, cum in Deo nulla neceſſitas omnipotentiæ contraria. Nec etiam de alijs ſideribus quam Planetis loquitur Moſes, in præſenti quarti diei opere, cum cœli ampliſſimi ſtellati in primo die mentionem feciſſet, ſub nomine lucis primævæ quod etiam apud Jobum ipſe יהוה, declarat dicens, ſidera matutina jam ipſum laudaſſe, cum poſuiſſet fundamenta terræ, quod tertio die factum legimus. Ad differentiam ergo ſupremorum ſiderum ſuſcepit Deus quarto demum die creationem ſtellarum erraticarum, inter quas ſolem expreſſe luminare majus vocavit, de notando ipſum formaliter lumen emittere, ſicque reliqua omnia illuſtrando velut faces & ſtellas repræſentare namque hactenus inferiora omnia Cimerijs plusquam tenebris involuta, nec Plantæ niſi à ſiderum noni Cœli luce vitam & calorem attraxerunt.

661. Quando dies in terræ plano exortus fuerit?

662. A meridie diei principium.

663. Ubi ſol in creatione primo apparuerit?

Factum autem eſt mandatum Dei ad ſidera Planetarum ut dividant בין היום ובין הלילה inter diem & noctem. Exinde quando in inferioribus hiſce dies exorta fuerit, non immerito quæritur? Sacer autem textus refert, ex veſpera & mane factum eſſe diem, propterea à meridie primum, & exinde conſequenter cujuscunque diei ortum & terminum eſſe ſequitur. Sed cum creatio momentanea actio ſit, quo in puncto cœli, ad ſitum Paradiſi ſol primo exortus ſteterit, in primordio ſuæ creationis, à curioſis laborioſe inquiritur & plurimis probabile eſt, ſolem ad ſeptuageſimum æquatoris gradum primo apparuiſſe, propterea quod Paradiſus circa Libani Regionem extiterit, & ſole è medio cœli ad veſperam declinante ex veſpera & mane dies factus fuerit.

664. Quo ſub ſigno ſol creatus fuerit?

665. Sol in Leone creatus.

666. Macrobij ſententia.

Quo autem ſub ſigno cœleſti ſol creatus fuerit, ulterius quæritur, & reſpondetur, ſin attendamus omnes fructus Paradiſi maturos fuiſſe, quod ex Gen. 2. patet. Locus inſimul ab Ecliptica non longe remotus, nec non ſolis in cœlo fortitudo & dignitas declarat, in Leone ſolem tunc temporis extitiſſe, ſicque in Paradiſo autumnum appropinquaſſe, in alijs terræ plagis fuiſſe æſtatem, Ver, hyemem, &c. pro variis locorum & polorum elevationibus. Quo etiam Macrobius collimat, dicens: Mundi in genitura Aries medium tenebat Cœlum, Cancro geſtante Lunam, ſole oriente cum Leone, cum Mercurio Virgine, Libra cum Venere, Marte cum ſcorpione, ſagitarium Jupiter obtinebat, & Saturnus Capricornum lib. 1. in Som. Scip.

667. Paradiſus ſub Leone

668. Wilhelmi Poſtelli relatio.

669. Adamus ſub Leone natus & ſepultus.

670. Nimirodica civitas Babilon ſub Leone.

Paradiſum autem ſub Leonis ſigno ſitum fuiſſe, plurimi Auctores referunt, quod Paradiſi hortum quærentes poſt lapſum miſeri mundicolæ ad ſignum Leonis confugerint. Hinc Wilhelmus Poſtellus inquit: *Nimrodus ſub ſumma ſolius unius ſigni cœleſtis omnium vivaciſſimi; aſpectus virtute id eſt ſub Leone, ponebat ſuæ Babylonicæ civitati, Baſin, & ignei ſolarisve Dei cultum inſtituebat. Deus ex eodem loco corpus Adami voluit eligi; Conſtitutis itaque tabernaculis, circa ſepulturam Adami* (*in* Syria *Sancta*) *cum illo ſuo corpore conſtellatione Chaldaica genito & nato ſub ejusdem Leonis vi ſimul & fundatis civitatis Nimirodicæ voluit renovari loci illius ſacri memorias, & poſſeſſionem propterea Abraham ſepulchrum pro ſuis publica moneta emit.* Hæc Poſtellus Compend. Coſmogr. fol. 47.

671. Abrahami. ſepulchrum.

Sole itaq; per ſigna Zodiaci delapſo, facta eſt veſpera, ex qua & mane dies, nox vero ſpacium inter veſperam & mane abſumſit. Plato inquit: *Nox & dies unius & ſapientiſſimi arcuitus ſolis circumvolutio eſt. In Timæo* item in Cratyllo *dies dicatur* ἱμέρα ab ἱμέρασιν *id eſt deſiderantibus ut loco tenebrarum ſol orietur*, & Speuſipus: *Dies eſt ſolis iter ab ortu in occaſum, lumen nocti contrarium* lib. de def. Plat.

Dies

Dies à lumine exoritur, luce autem quid in mundo nobilius? Hinc Dioni- 674.
ſius Areopag. lib. de div. nominibus inquit: *lumen ex ipſo bono eſt, & bonitatis* Luminis di-
Imago. Ideo ipſum bonum luminis cognomento laudatur, tanquam imagine quadam urni pulchri-
exemplar expreſſum. Et Marſilius Ficinus: *Lumen eſt quaſi Numen quoddam in mun-* tudo. 675.
dano hoc templo Dei ſimilitudinem referens, lumen rebus à Deo factis eſt quidam divinæ Lumen Dei-
charitatis ſplendor, & ut ita loquar, eſt Deus quaſi ſe ipſum finiens, & ad operum ſuorum tatis exem-
capacitatem ſeſe accommodans Epiſt. 2. libro. Propterea etiam Veteres Philoſophi plar.
putarunt, Lumen ultra corporum naturam aſcendere, de quibus Ficinus ita:
Lumen viſibile Phœnices dicebant eſſe, divinæ, Angelicæque intelligentiæ actum quen- 676.
dam perennem, per ſolarem feneſtram ad oculos emicantem atque inde per materias, paſſim Phœnicum
perſpicuas quaſi convenientes ſibi diffuſum. Fic. in Plat. de Rep. dial: 7. Hinc An- opinio de lu-
geli Lucis, Spiritus in Sacris vocantur, & memorabile eſt, quod Deus omnibus mine. 677.
ſanctis, præprimis Moyſi, Eliæ, & Paulo Apoſtolo in luce & igne apparuerit; Angeli lucis
econtra Diabolus in tenebris obambulat, & Polis mundi frigidis appropinquat. ſpiritus. 678.
Exinde Pſellus inquit: *Dæmonum ſex ſunt genera, primum igneum, ſecundum aereum* Deus in luce
tertium terrenum, quartum aquatile & Marinum, quintum ſubterraneum, ſextum eſt lu- apparuit. 679.
cifugum, imperſcrutabile & penitus tenebricoſum, & circa hæc ſuas vires exercent. V. Diabolus in
Michael Pſellus de Dæmonibus, qui ulterius de Dæmonibus ſic loquitur: *Dæ-* tenebris ob-
mones bruta invadunt, non tam nocendi ſtudio, quam vivifici caloris aviditate, frigida ambulat. 680.
enim loca habitantes, calorem humidum appetunt & vitalem & foveas & ad balnea ad- Dæmonum
volant, calorem enim ignis & ſolis ut comburentem & exiccantem fugiunt. Loca ad varietates ex
Polos mundi inhabitabilia eſſe, non propter tenebras & immenſum frigus; ſed Pſello. 681.
& propter diaboli ferociam & dominium teſtantur omnes, qui illuc peregrina- Dæmones ſo-
ti ſunt, in Extremis Grönlandiæ regionibus aliquando homines Tuguria ædifi- lem & ignem
caſſe, & per ſemeſtre hyemis & tenebrarum tempus permanſiſſe, referunt, ſed fugiunt. 682.
Diabolum tot ipſis moleſtias & inquietudines moviſſe; ut æſtate appropin- Dæmones
quante reduces facti non amplius illuc navigare deſideraſſent. Quale impe- magis verſus
rium Cacodæmon habeat in Lapones & Finnones hiſtoriæ & peregrinantium mundi Polos
relationes teſtantur. habitant.

Sicut igitur ſidera diſtinguunt inter diem & noctem, ſic dies labori & ce- 683.
lebrandæ gloriæ divinæ, nox vero quieti & ocio deſtinata eſt. Hinc lumine Quare Dæ-
ſolis à nobis recedente, etiam robur & lætitia hominum debilis in pavorem & mon magis in
triſtitiam palleſcit. *Sol enim eſt ſtatua Dei in mundum poſita* ſecundum Platonem, & tenebris va-
in ſole Deus poſuit thronum ſuum, inquit Pſalter, propterea recedente ſole pertur- getur. 684.
bantur omnia, & fugiunt animantia ad quietem. Exinde animato mundo an- Sol Thronus
xietatibus ſopito, & gloriæ divinæ lampade in eorum cellulis extincta, furit & altiſſimi.
vagatur undiquaque Leo rugiens & infernalis Draco, usque dum hominem fu-
cata facie decipiat. De lumine pulcherrime ſcripſit Plato, lib. de Repub.
Dial. 10. ita: *Lumen inſtar Columnæ maxime Iridi ſimile ſed ſplendidius & purius, quod* 685.
eſt Cœli vinculum omnem circumvolutionem continens, ut in Triremibus ſuccingula ab Plato de Lu-
extremitatibus autem extentum eolum neceſſitatis, per quem omnes verti circumvolutio- mine pul-
nes, & ejus fuſum & hamum eſſe ex adamante, & verticulum mixtum ex hoc & ex aliis cherrime diſ-
generibus. Hæc Plato, denotans omnium naturalium rerum vires & virtutes ſerit. 686.
in lumine contineri. Hinc ſacrificia ſupremo DEO igne celebrata fuerunt, Sacrificia ex
precum Thymiama erant Aromata, & thus, Parcæ inter ſidera locatæ, & Ve- Igne. 687.
ſtales Virgines ignem in terra æternum conſervabant, quin & hodie accenſis Cœlites con-
flaminis & lampadibus Dæmones fugari & ſuffitibus coerceri experientia ſervant i-
teſtatur. gnem.

Quo ergo plus de lumine participant corpora compoſita, eo ſalubriora
ſunt. Solares Plantæ præprimis Vitis, Citrus, Crocus &c. Balſamum Cor- 688. Luminoſa
dis reſtituunt & conſervant. Animalia ſolaria degunt in locis ſolis radiis ex- corpora ſalu-
poſitis amænis & balſamicis, ipſique ſolares homines ſunt magnanimi robuſti, taria.
læti & alacres, exinde fiunt Reges & magnates orbis. Econtra Saturnus te- 689.
nebrarum rector, gaudet aſtutis, maleficis, & perfidioſis hominibus, ex quibus Tenebrioſa
Latrones, fures, & abactores efficit. Inter animalia bruta regit Martes, Mu- noxia.
res, Catos, Talpas, & omnia de nocte victum quæritantia. Amat & Muſcas

Araneas, Scorpiones, & Aſellos, de quibus in ſexto capite. Ex vegetabilium
regno influit in Napellum, Aconitum, heleborum; & omnia quæ in opacis ſyl-

690. Unde contrarietas in natura.

vis putridisque nebuloſis campis excreſcunt. Propterea cum Saturni Idea &
Cœleſtis character Soli adverſus & inimicus ſit, contrariæ ex illis operationes in
naturâ exiſtunt.

691. Temporis definitio Philoſophorum.

Diviſione facta inter diem & noctem, primum temporis primordium ince-
pit. Tempus autem à Philoſophis varie definitum fuit. Proclus inquit *tempus
eſt numerus motionis cœleſtium corporum.* Elem. Phyſic: Speuſippus de Plat. defi-
nit: *Tempus eſt Solis motus, progreſſionis menſura.* L: Apul. de log. Plat. *Tempus eſt
ævi imago, ſi quidem tempus movetur; & perennitas fixa & immota eſt naturâ, & ire in
eam tempus, & in ejus magnitudinem finiri & diſſolvi poteſt, ſi quando hoc decreverit fa-
bricator mundi: Tempus Pythagorici exiſtimarunt eſſe Sphæram ultimam, cæteras am-
bientem, inquit Gabriel* Burat. de tempore lib. 8.

692. Platonis ſententia de tempore.

Tempus cum Cœlo factum eſt, & ſimul facta ſimul etiam ſolventur, ſi
quando ſolutio aliqua contingeret, & ſecundum exemplum æternæ naturæ fa-
ctum eſt, ut quam ſimilimum ipſi pro viribus ſit; nam exemplar per omne ævum
eſt id, quod eſt; Inquit Plato in Timeo. Et in Parmenide; *Temporis participa-
tionem ſignificare, videntur hæc verba, erat, factum eſt, & erit. In Timæo Locro ſic ait;
Tria in tempore reperiuntur, Erat, Eſt, & Erit; Sed Eſt æternitati, erat & erit temporis
articulis & imperfectioni quadrant.*

693. Tempus Saturno à veteribus attributum.

In Hieroglyphicis antiquorum literis, Tempus Saturno attribuitur, qui
in una manu ſerpentem, in altera falcem tenens, κρόνος *dictus eſt à Græcis mutato χ
in κ, uti refert Pierius* Valerianus Hierogl. lib. 56. Serpens autem, quem Saturnus
in dextra manu tenebat, caudam ſuam ſub guttur attractam tenebat, & occul-

694. Serpens Hieroglyph. temporis.

tabat, ſicque temporum perpetuitatem deſignabat, de quo Maro:

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus

Falx in altera manu, quod tempus omnia demetat, & auferat, oſtendebat.

695. Falx temporum hierogl. & ſtellæ.

*Tempora etiam ſtellis depinxerunt veteres non ſolum, quod à ſtellis ortum ducant, ſed &
quia nihil in toto mundo ſtatam temporis legem magis obſervat, quam Cœleſtia corpora.*
Vid. Pierius Valer. Hierogl. lib. 44.

696. Horæ unde nomen acceperint?

Prima temporis diurni & nocturni diviſio facta fuit in horas de quibus
Pierius Valer. ita ſcribit: *Horas hic intelligendum eas tres anni partitiones quæ ſuo
quæque tempore ſingula maturant; Ver quippe, æſtatem, autumnumque: Quæ tempora*

697. Ab Horo Rege Ægyptiorum.

*Ægyptii quatuor unum quodque menſibus noſtris complexi ſunt, ex Hori Regis partitione
à quo his etiamnum horis nomen inditum, ut quadrimeſtris eſſet unusquisque eorum
annus. Quin & Perſæ & Aſſyrii, quos nos annales, horas vocitarunt. Cum
vero Horus ab Ægyptiis Apollo eſſe prædicetur; noſtri una cum Græcis nomen idem
ad quatuor & viginti horas tranſtulere, quas Solis eſſe filias Homerus dicit.* Hie-

698. Cynocephalus eſt antiquorum hora

rogl. lib. 33. & in lib. 6. inquit: *Æquinoctium utrumque Ægyptii Sacerdotes*
ἱερογλυφικῶς *ſcribere ſi vellent, Cynocephalum ſedentem effingebant, cauſam eam
ſecuti, quod animal id utriusque æquinoctii tempore duodecies, per horas quippe
diei ſingulas, ac duabus itidem noctibus ejusmodi, potus excrementa profundit.*

699. Clepſydræ antiquiſſimæ cum aqua factæ.

*Horarum obſervandarum ratio Clepſydris prius excogitata eſt; quarum præcipuus u-
ſus in Vrbe Achanta trans Nilum fuit, ubi inter alia vas admodum ingens erat, in
quod ſingulis diebus ſacerdotes ſinguli numero trecenti & ſexaginta, ad Anni ſcili-
cet rationem, qui apud eos habebatur, ſubductis inter calaribus quinque, aquam ex
Nilo deferebant, quæ ſuo emiſſa cavo per ejus generis horologium horas indicaret &c.
Ex hiſce datur intelligi, quod nam ſit animantium id genus, quod nullo expreſſo*

700. Serapidis animal pro horis numerandis.


*nomine. Victorinus Rhetor memorat eo loco, ubi M. Tullius in Rhetoricis tempo-
ris finitionem quærit, ait enim is, Triſmegiſtum, quum in Ægypto eſſet, ſacrum quoddam
animal Serapidi dicatum, duodecies toto die urinam facere obſervaſſe, idque pari ſemper in-
terpoſito tempore unde ipſe diem per duodecim horas dimerſum eſſe coniecerit.* Hactenus

701. Septimanæ unde?

Pierius Val. Dies ex ordine creationis ſeptem abſolutos, hebdomada effeciſſe,
adhucdum omnibus gentibus in uſu eſt, ſeptimanam autem ſecundum ſeptem
Planetarum numerum, dierum diſtributiones accepiſſe hodie notiſſimum eſt.

Sed

Sed cum omnium Aſtronomorum conſenſu Saturnus ſupremus & Luna infi- 702.
ma ſit, mirum cur in numerandis ſeptimanæ diebus, talem ſitus cœleſtis ordi- Quare dies
nem non obſervarint veteres, & ſi voluiſſent, à ſolis die incipere quare non ſub- ſeptimanæ non obſer-
ſequitur Dies Veneris & Mercuri, ſed Lunæ, Martis, &c. Omnia per verſo or- vent ordinem
dine? Sed hujus partitionis cauſā Jacobus Gaffarellus optime explicat, dicens: Planetarum
Ideo Planetarum ordinem non ſequi, quod eo, quo ſunt ordine diſpoſiti, decurſu ſuo effici- cœleſtem?
ant ſeptem angulos, intervallo æquali ab invicem diſtantes ad modum figuræ Geometricæ 703. Explicatur
quæ vocatur Iſoreles, quarum baſes ſunt latera heptagoni in circulo deſcripti, juxta id, quod per figuram.
in hac figura exhibetur, quæ perſpicue Planetarum motum adumbrant. Ut in figura
apparet.



Ubi apparet circumferentiæ circuli adſcriptos Planetas ſuo ordine collo-
cari, Saturnum Jovem Martem &c. Interius autem aliter diſpoſitos, nam pri-
ma linea à ſaturno ducit ad ſolem, ſecundo ab hoc ad Lunam, à Luna ducimur
ad martem, & ſic in ſequentibus hæc Gaffarellus curioſis in aud c. 11. fol. 210.

Dies diviſerunt antiqui in horas, quas Planetarum nominibus deſigna- 704.
runt, cuilibet diei Planetam ejusque horam primam & octavam diurnam, no- Horæ Plane-
cturnam vero tertiam & decimam tribuendo, ſicque ad ordinem Planetarum tarum.
in infinitum pergendo, ſed ſi primam ſiderum creatorum horam cuique Plane- 705.
tæ ea inſcripta fuerit, examinemus, & ſupponamus, primum creationis diem Dies creatio-
ſolis fuiſſe, & ſolem creatum in verticali Paradiſi puncto apparuiſſe, erit quar- nis primus ſolis.
tus dies productionis Planetarum Mercurii, cum ergo ab hora Mercurii inci- 706. Prima hora
piendo, pergamus per tabulam horarum Planetarum, erit ſexta hora ſolis, quæ creati ſolis,
incidit in medium diei, ſcilicet Meridiem, quæ utique erit prima ad ſolis crea- fuit ſolis hora
tionem ſic poſtea pergendo, usque ad hæc tempora, prout in tabula præſenti. 707. Quare Judæi
Cujus dies ab ortu ſolis primo incipiunt qui fuit Mercurii, cumque ſol in angu- à nocte diem
lo Cœli medio reſpectu Paradiſi probabiliter extiterit, incidit in ſextam horam incipiant?
diei Mercurii ſignum ſolis, eritque illius diei prima noctis hora ſolis, propterea 708. A Planeta-
etiam Judei forſitan à prima noctis hora diem incipiunt, & credibile eſt, impoſi- rum horis
tionem nominum dierum ab hac Planetarum temporum ſupputatione ortum ſortiti ſunt
duxiſſe, quod alius dies ſolis, & ſequens Lunæ, tertius martis nomen & inſigne dies ſua no-
ferat, cum ex hac tabula clariſſime appareat, quod finitis ſingulis Planetarum mina.
horis ad ordinem dierum nova hierarchia cœleſtis ſuccedat, ut in ſchemate
præſenti.

Horæ Planetarum Diei.	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
	hora ☉ prima	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
Horæ Planetarum Noctis	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀

709. *Tabulæ horarum explicatio.* Videre licet ex hac tabula in ſingulis lineis Planetarum ad dies hebdomadis ordinem in horis hiſce antiquiſſimis obſervari, ſed quamvis hæ, computationes vetuſtate & priſcorum ſophorum authoritate in maximam æſtimationem venerint, 710. *Dies & horæ Planetarum nullum effectum præſtant.* exiſtimo tamen nec nomina nec Planetas, ad tales ſupputationes quicquam operari in natura, nullo modo hactenus demonſtratum eſt. Quid enim in ſolis die ſol, poſtea ſuccedendi die Luna, & tertio Mars efficiet, ſine omni angulorum punctorum Cœleſtium aut motuum propiorum computatione, & ſi quispiam hæc attendere vellet, ordo dierum talis omnino ceſſaret, multo 711. *Hierarchiæ Planetarum nunquam ſolidè probatæ fuerunt.* minus ex Hierarchiis cœleſtibus deducent, hora hac in Cœlo ſolem altera venerem, tertia Mercurium, quaſi in ſolio & regimine præſidere, cum in omnibus aſtrologorum libris nunquam ullam ſolidam rationem in venerim, neque ſummos aſtrologos hac de re conſulens quicquam nervoſi percipere potuerim, ſed de hac re in nova noſtra Aſtrologia.

712. *Horarum diviſio reſervatur adhuc.* Horas in quadrantes minuta, ſecundas &c. diviſas fuiſſe, ſuo loco etiam docebimus. Quare autem ſidera creata ſunt, ut dividant inter diem בין הלילה & inter noctem? 713. *Quomodo ſidera dividant diem & noctem.* Sidera enim ex luce creata, effecerunt diem, nox autem lucis erit abſentia & privatio, cum lux nihil conferat ad noctem; ſed diem noctemque Deum non caloris & lucis ſolum remiſſionis gratia, ſed totius naturæ quietis cauſa, diſtinxiſſe exiſtimandum, ut ceſſantibus radiis ſolaribus omnia ſopiantur

tur, & aëris recurſus in mutationi obnoxia, cuncta placaret. Sed ut animalia 714.
urgente neceſſitate etiam nocte uterentur, poſuit ſidera alia præter ſolem, ſed Quare nox à
non tam excellenti lumine lucentia, ut ſic quieti tempus vacaret. die diſtincta cui uſui?

Multi fuerunt in opinione, lunam proprio lumine primitus noctem illumi- 715.
naſſe, poſteà obſcuratam, mutuatitium lumen accepiſſe, cum facile fieri potue- An Luna pro-
rit, iis tam debili lumine maculis & nebulis obfuſcato, ſenſim ſenſimque lux il- prio lumine in principio
la in tenebras converſa fuerit, prout adhuc dum radii ſolares ſuper diverſis Lu- gaudens ab-
næ plagis reflexæ varias in ea phaſes repreſentant. Nec minus quinque reli- ſcurata fuerit.
quos Planetas lumine majori à principio prædictos, ſucceſſu temporis obfuſca- 716. Solis maculæ
tos eſſe perhibent; prout in ipſiſſimo ſole etiam plurimæ maculæ, hinc longè 717.
obſervatæ fuerunt, necnon ſidera in auſtro omnino in nigras maſſas degeneraſ- Sidera nigra
ſe, deprehendimus in maculis Auſtrinis, velut ſtellis dudum extinctis, & aliis in auſtro & ſidera nova.
quaſi de novo accenſis, à plurimis ſeculis obſervatis. 718.

Verum qui conſtantiam naturæ & Cœli motus defendunt, nihil ab orbe An creaturæ à perfectione
condito hucusque immutatum fuiſſe propugnant; Nam primo abſurdum & primæva re-
blaſphemum eſt dicere, illud quod à Deo creatore valde bonum declaratum ceſſerint.
eſt, in manibus Dei conſervatoris infirmari, cum nullius obliquitatis aut incon- 719. 1. Argu-
ſtantiæ nota in tam omnipotenti opifice deprehendatur, certum deinceps eſt, menta à divi-
Deum ita omnia naturalia condidiſſe, ut quodlibet ſua naturali felicitate frua- na conſervatione deſum-
tur. Nunc quæſo, quomodo Planetæ ſua naturali bonitate frui potuiſſent ha- pta.
ctenus, ſi luce privati, quaſi carceribus incluſi fuiſſent, nec inſuper ullam ha- 720.
bent reflexionem ſidera, quam ad Deum Creatorem à quo acceperunt eſſen- 2. A naturali
tiam & bonitatem, ſicque in ſumma felicitate reſpiciunt principium ſcilicet Crea- rerum felicitate.
torem, nec ulla alia creatura felicitatem ipſorum perturbare poteſt, cum conti- 721.
nuo fluxu ad principium revolvantur, ſicque principium unum ſit, Deus, à nul- 3. Circulus eſſentiæ crea-
lo alio vel perturbari vel an nihilari poterunt; ſed manent in felicitate divinæ turarum eſt à
conſervationis, usque dum pro voluntate Dei in nihilum vel alium ſtatum re- Deo in Deum.
ſolventur. Lunam vel Planetas unquam mutatos fuiſſe, nec in ſacris, nec in 722. Propterea ab
prophanis hiſtoriis legimus. Solares maculas ab orbe condito apparuiſſe for- alio non de-
ſitan, in dubio relinquimus cum à centum annis demum teleſcopiorum uſu ob- ſtrui poſſunt.
ſervatæ fuerint. De maculis ad Auſtrum & Cometis loquemur in Aſtronomia 723. Sidera nun-
& breviter monemus, ea quæ noſtro ſenſuum judicio nova apparent, non pro quam fue-
novis ſed neglectis habenda; & hominum vel incurioſitati, vel ignorantiæ ad- runt mutata.
ſcribenda eſſe; cum præſertim velut cæcutientes in primis ſenſibus erremus, & 724. Multa non
velut ſomniantes facile præteritorum obliviſcamur. ſunt nova, ſed neglecta.

Verbum אות ſignum denotare aliquando etiam portentum, plurimi volue- 725.
runt, ſidera enim non modo ordinaria naturæ ſigna eſſe, ſed & ſuper naturalia Signum in-
futura denunciare, prædixit ipſe noſter Salvator Lucæ 21. verſ. 25. Sicut etiam terdum portentum.
hactenus plurimorum eventuum oſtenta & præſagia fuerunt, ſed quia hæc præ-
ter ordinarium naturæ curſum accidunt, relinquimus, & curioſum Lectorem
ad hiſtorias hac de re ubique ſuperflue tractantes remittimus.

Quid autam ſigna ſint? paucis explicandum erit. Signum eſt futuri ali- 726.
cujus eventus denunciatio, idque vel naturale vel artificiale, ſed naturale tan- Signum quid ſit, & quo-
tum in noſtram contemplationem venit, quod eſt vel ſignum purum, vel ſignum tuplex?
& cauſa ſimul.

Sidera in ſimul ſigna & cauſas eſſe, eventuum quos deſignant, patet exin- 727.
de, quod nullum naturale ſignum ſit, niſi quod rei cujusdam vel cauſa vel effe- Sidera ſunt ſimul ſigna &
ctus, vel ab eadem cauſa producitur, & effectum concomitatur. Supremas cauſæ.
autem verum cauſas naturales, eſſe cœleſtes influentias omnino liquidum eſt,
hinc ſidera ſigna univerſaliſſima exhibere neceſſarium erit. 728.

Effectus ſiderum perſcrutanti, occurrit primo magnitudo quæ quantitatis Sidera ſunt vaſtiſſima
proprius modus eſt, cum autem Cœli immenſa ſit amplitudo, & ſidera mirabi- corpora.
les globi, ita ut de ſole referat Marſilius Ficinus in Dion. Areop. de divin. no- 729. Cum ſint in
min. Itemque Joh. Picus Mirandul. lib. 3. adverſ. Aſtrol. cap. 10. plurimique ſigna & tem-
Aſtronimi conſentiant, ſolem centies ſexagies ſexies terra majorem eſſe, jam pora &c. ne-
(inquam) Planetæ tam maxima ſidera, tam nobiliſſima corpora ſint, & ſideri- ceſſario movebuntur.

bus hiſce à Deo ſpecialiter conceſſum, ut ſint in ſigna & tempora & dies & an-
730. Motis tam vaſtiſſimis corporibus inferiora ſuccedent.
nos, ſequitur exinde motis ſideribus moveri corpora minora ignobiliora, quie-
ſcentibus autem illis, torpeſcere & inferiora hinc omnes motus & actiones à ſi-
deribus; & principaliter in inferioribus à ſole dependere, exiſtimandum, cum
ceſſante motu ſolis, nec piſces in aquis, nec aves in aëre nec animalia in terra ſe-
731. Influentiæ ſiderum quales
ſe ſuſtentare poſſint, ſed omne regnum animale periret neceſſario, quia primus
vitæ actus & motus à ſole & cœlo movente dependet.
732. Influxus materiæ cœleſtis parit ſenſiles effectus.
Motum Cœli inſequuntur ejusdem influentiæ; Cum autem in omnibus
rebus duæ ſint principales cauſæ, Idea nimirum & materia, & Ideæ æternæ ſint
in Cœlo, conſtantes, ingenerabiles, incorruptibiles, ſequitur materiam com-
municari, quæ ſiderum materia ex theſi noſtra ſupra data conſtat ex ſulphure
733. Qualitates ſenſiles in ſenſibus tantum exiſtunt, ſed à parte rei nihil ſunt.
ſpiritu & ſale terreſtri.
Primarium autem, quod in inferiora influit eſt ſulphur vel ignis, unde ſen-
ſile lux & calor velut effectus; ex cœleſti aqua ſpiritus, unde ſenſile frigus, ex
ſole ſidereo corpus, unde effectus ſenſilis ſoliditas & ſubtilitas; Hi omnes au-
tem effectus, non ſunt niſi ſenſibus noſtris perceptibiles, à parte materiæ autem
præſentant, vel copiam Salis, Sulphuris, vel Mercurii, dum in objectum quod-
734. Saturnus aquoſus in ſenſibus frigidus.
dam influunt, Ex. gr. Saturnus aquoſus ab aliis ſideribus non impeditus, inun-
dat aërem cœleſti aqua tantopere, ut exinde homines, & omne genus animan-
tium moleſtum frigus perſentiant, unde à Ptolomæo frigidus dictus eſt, Jupiter
735. Jupiter aquoſo temperatus.
econtra temperatus, ſed adhuc copioſe aquoſus, imprægnat aërem melle cœ-
leſti, & fœcundat omnia quæ ſub ejus radiis deliteſcunt. Mars inter igneos
primus, ſolaribus Flammis exuſtus, ex pyramide aquarum demittit fervida ſul-
736. Mars aquoſo igneus urens.
phura, & olea adurentia. Sol fons vitæ & caloris, in omnibus æque temperatus
cunctis communicat balſamum virtutis, ut ex eo ſeu cœleſti cratere omnia in
737. Sol temperatus Balſamum naturę.
Cœlo & terra recreentur. Venus ex Sphæra Ignis à pyramide terreſtris ſalis
effundit, fermentum frugale, terrenis fertilitatem & fœcunditatem, produ-
cens. Mercurius pallidus ex ſale copioſo, reliquis autem temperate mixtis,
738. Venus fertilitatis fermentum ſalino Balſamicum.
effundit ſpiritum nitroſum volatilem & ſubtilem, Luna tandem infima terræ-
que proxima tanta ſalis copia turget, ut ad ejus mutationes mare aſcendat & ex-
æſtuet, totusque interdum noſter arcus cœleſtis lachrimas profundat, & nubi-
bus obductis, nos quaſi à Cœlo ſegreget.
739. Mercurius temperatus ſalino volatilis.
Atque hi ſunt effectus ſiderum, ſigna autem futurorum ſpecialium bono-
rum vel malorum ſunt: Exempli gratia Saturni: Tempeſtas pluvioſa ſicut
nuper accidit, Saturnio in aquario & piſcibus verſante, aliquot annis miræ in-
740. Luna fermento ſalino turgida velut terra cœleſtis
tempeſtates humidæ, exinde ſubmerſiones, locorum, animalium, fructuum, à
frigore ſterilitates &c. Subſecutæ fuerunt. In quibusdam Cœli locis minita-
tur Saturnus peſtem & febres malignas, nativo calori contrarias prout fere
ſemper ad revolutionem Saturni, triginta annorum peſtis certa mundi loca in-
741. Signa à Planetis dependentia. 742. Saturnus quę deſignet.
feſtare ſolet, & nuper Saturno in capricorno verſante graſſata fuit talis venena-
ta lues, ab Anglia in tractu ad usque Francofurtum & Spiram Rheni; Tunc
temporis Lorminatrum & Phyſicum Francofurti agens, animadverti Saturno
directo curſu procedente malum imminui, retro grado autem exacerbari. Af-
ficit inſuper Saturnus in regno vegetabili aquoſa & nemeroſa & putridis in locis
743. Peſtis futura,
creſcentia. In animali regno gubernat lienem & hypocondria, ubi ſentina &
744. Peſtis Anno 1666. ad Rheni & Mæni flumina furiens. 745. Jupiter quæ deſignet bona vel mala.
colluvies humorum, hinc ex lineis obſtructione oriuntur, Hydrops, febres al-
bæ ſeucophlegmathdes & varii ſeroſi humores, cum lien ſeroſitatum, in corpo-
re, domitor ſit, & eo obſtructo vitioſi humores præter naturaliter aliorſum de-
riventur, Jupiter deſignat humidam tempeſtatem, frugalem auram, & ſolu-
bria quæque omnibus tribus regnis naturalibus. Mars igneo furore inflammat
& reſolvit omnia, auget ſulphur oleaginoſum, hinc bilioſæ exæſtuationes in
cordibus hominum, latrocinia aliaque exaudacia & furore provenientia ſcelera
746. Martis ſigna,
& maleficia. Sol ſemper quidem ſalutis ſignum eſt, ſed cum animus hominum
747. Solis ſigna.
ſolares criſtas erigens, nimis interdum ſuperbiat, & cor, ſolis Talamus, effluviis
ſolaribus exaltetur, à limite mediocritatis & virtutis deflectat, ſol ſignum erit
748. Veneris ſigna
ſuperbiæ, lætitiæ &c. Venus fertilitatis Domina, quæcunque fœcunda, fauſta
& fe-

& felicia denotat. Mercurius omnis vigoris & celeritatis ſignum. Luna mutationum & viciſſitudinum in mundo directrix inconſtantiam, rerum augmenta & detrimenta, omnesque viciſſitudines deſignat.

749. Mercurii ſigna.

750. Lunæ ſigna.

Hactenus declaravimus quomodo Planetæ ſint ſigna, & quid deſignent in tumultu naturæ, nunc vero ad microcoſmum reſpiciendo, quid cauſent & deſignent quæritur? Communis Aſtrologorum opinio eſt, ſidera homines inclinare & velut cogere ad actiones cœleſtibus influxibus conformes, Galenus, mores temperamentum ſequi, in ſeipſo animadvertit, adeo ut plurimi eousque perducti fuerint, quod liberam hominis voluntatem & immaterialem mentem à cœleſtibus regi orbibus putarint. Multi ad tantam inſaniam & blaſphemiam aſcenderunt, docentes, etiam divina omnia oracula, myſteria, & potenta ſideribus ſubjecta, certo ex eorum curſu incepiſſe & deijſſe de quibus plura in Aſtrologia. Propterea in quirendum propoſui, quidnam in microcoſmo Planetæ deſignent, paucis reſolvere.

751. Quid ſigna hęc in humano corpore efficiant.

752. Aſtrologorũ vanitas circa voluntatem & mentem hominis.

753. Nulla in cœlo quinta eſſentia.

Et primo ſidera quod ſpectat, præſupponendum eorum effluvia materialia & corporalia eſſe, non fictam quandam quintam eſſentiam materiales omnes ſublunares proprietates longe ſuperantem, hinc paritas actionem, nam nullum materiale agens, immateriale afficit, propterea cum homo in medio hujus univerſi habitet, fragile ejus corpus multifarie alteratur, unde minores & à corpore dependentes animæ facultates miras obliquitates patiantur.

754. Sed materialia effluvia in corpus humanum agentia.

Facultates autem in homine, quod ſpectat, ſunt in univerſum tres: Cognoſcens, retinens, & movens, cognoſcens iterum eſt, triplex vel rationalis, ſenſitiva, vel naturalis. Rationalis cognoſcens fere immaterialis eſt, & præciſe ſic ſumpta, verſatur circa æternas veritates ideas ſcilicet connatas ingenitas. Sed quia ex inferioribus facultatibus imaginativa nimirum & æſtimativa quæ ſenſuum ludibrio quam maxime falluntur, ſpirituales Ideas format quæ poſtea cum veritate rei male conveniunt, hac quidem ratione non, niſi indirecte, à materiali objecto afficitur.

755. Quomodo facultates hominis afficiantur.

756. Tres in homine, principales facultates.

757. Rationalis cognoſcens facultas indirecte afficitur.

Senſitiva cognoſcens facultas verſatur circa æſtimationem imaginationem & ſenſus. Æſtimatio, à nonnullis phantaſia dicta diu dicat res ab imaginativa oblatas, prout bruta animantia hoc bonum appetendum illud malum & fugiendum eſſe judicant: Hanc facultatem à ſideribus affici, ipſa experientia oſtendit, Leo enim igneo calore robuſtus, non reformidat ullum periculum, cui econtra mus terreſtris, etiam folii decidentis umbram & ſtrepitum metuit, quod manifeſtum eſt, in hominibus magnanimis & meticuloſis, quorum judicium interdum velut veſpertilionum oculus diei lumen abſtinet, alius inconſideranter agit, alius delirat, prout organa phantaſiæ male diſpoſita vel à conformatione vitioſe producta fuerunt. Imaginatio vel Senſus Communis ab intempeſtate cerebri interdum ita turbatus & inquietus eſt, ut vel prima principia rerum vix apprehendere poſſit. Senſus quam mirabiles Eclipſes & obfuſcationes patiantur infra in Medica praxi docebimus, cum enim ſiderum effluvia, nil niſi ſalina ſulphurea, & aquoſa Cœli ſpiracula ſint, quibus cum ſenſus maximum in natura commercium habeant ab iisdem mire affici nullo modo negandum erit.

758. Senſitiva cognoſcens facultas quomodo afficiatur.

759. Æſtimativa facultas afficitur à ſideribus.

760. Imaginativa vel ſenſus communis afficitur cœlitus.

761. Senſus omnes afficiuntur.

Naturalis cognoſcens facultas agit per ſympathiam & antipathiam quas ad occultas qualitates adhucdum refert hodierna gens ignorantium. Nonne enim manifeſtiſſime apparet, calorem unum alterum fortiorem attrahere, quod in çandelæ accenſione & ambuſtis maxime videre licet, quod ex ambuſto membro præſens flammæ vel carbonum ignis omnem ardorem extrahat, & ſic mille exemplis deduci poſſet, econtra vero natura ignis fugit oppreſſionem ab aqua hinc aqua ferro candenti & carbonibus aſperſa, reſultat cum ſonitu, ad Sphæram naturalem recedens, ſic timidus, frigidus homo metuit fortem, magnanimum, ovis lupum cum econtra nimis rigida hyems ſit, in qua lupus lupum devorare intentet.

762. Naturalis cognoſcens facultas quomodo afficiatur.

763. Nulla datur Antipathia.


764. An cibi ſint ſympathiæ vel antipathiæ qualitatibus imbuti.

Sed opponunt aliqui quare ergo felis murem devorat, homo Taurum, Leo lupum, lupus cervum &c. Eſſent contrariæ naturæ quo ad averſionem & antipathiam,

765. *Humana caro homini noxia.* pathiam, ſed in attractione nutrimenti pro ſympathia convenirent. Reſpon-
deo cibum omnem ita à Deo deſtinatum eſſe, animantibus, ut certa qualitate
alterativus ſit, non quidem ex toto oppoſitus, alias venenum eſſet, nec ex omni
parte conſimilis, prout humana caro homini quam maxime nocet & putredi-
766. *Congruentia Ciborum cũ animalibus.* nalem luis venereæ morbum efficit; Hinc ſolaria animalia ut Leo venantur
martialia ſcilicet lupum, lupus agnum Jovialem, vel çapellam Mercurialem hæ
veſcitur Cytiſo, lunari, de qua verſus.

Torva Læena lupum ſequitur, lupus ipſe capellam
Florentem Cytiſum ſequitur laſciva capella.

767. *Probatur ſchemate.* Hinc etiam accidit venenum veneno contrarium eſſe, velut araneus maligna
Saturnina infectione bufonem enecat lunarem, catus Lunaris murem ſaturni-
num devorat omniaque ſingulari naturæ ex harmonia agunt, ut in præſenti
ſchemate videre licet.



768. *Omne nimium naturæ inimicũm juxta Hippoc.* Ubi extremitates naturæ, temperatis quam maxime contrariæ & venena-
tæ ſunt, ſicque etiam quo plus quidpiam de centro ſolari participat, eo majores
æſtus in natura affert, ut Arum, Euphorbium, ſed quo longius à centro recedit
majorem malignitatis ſuſpicionem ſuſcipit, ut cicuta, Aconitum, Napellus &c.
769. *Effluvia cœleſtia non per ſe maligna aut lethalia ſunt.* Sunt autem effluvia Cœleſtia non ex ſeſe lethalia ſed quia interdum vel nimis
ſubtilia & ſimplicia, hominis & animantium naturã ex plurimis harmonicê con-
ſonantem reſolvunt, diſſipant, & confundunt; Propterea quam maxime con-
veniens eſt animantium generi temperatura. Jovis & Mercurii, poſt hæc Ve-
neris fermentum, tandem Martis Sulphur, ſed in balſamico conſiſtens, Sol au-
770. *Quomodo effluvia ſiderum nocere poſſint?* tem eſt fons totius vitæ, qui in ſymmetria Salis & Spiritus omnia pacificat, in ex-
ceſſu vero vel Salis vel Spiritus vel accedentis Martialis vel Venerei ignis reſol-
vit, diſſipat & depopulatur omnia, prout in febribus videre licet. Sed Luna
morbida, alteratrix ſal virulentum Saturnus omnium peſſimus, lympham de
Cœlo gelidam & vitam Embrionum in utero amputantem producit, ut exinde
occultæ, venenatæ & malignæ putridæ, lympathiæ & antipathiæ actiones ſatis
771. *Quare interdũ aliquis reformidet feles, mures &c.* dijudicari poſſint.

His mediis & motibus alteratur variè naturalis illa facultas hominis co-
gnoſcens, ut exinde non mirum ſit, Solarem hominem reformidare catos, mu-
res, cancros, bufones &c. Et lunarem vel Saturnum hominem viſu cujusdam

heroici

heroici ſolatis, mentis animique conſternatione commoveri de quibus in phyſica tractabimus plura.

Altera animæ principalis facultas retinens, non quidem immediatè & directè afficitur, ſed tamen à ſiderum influentiis miras obfuſcationes & perturbationes patitur. Cum enim retinens facultas Spirituales Ideas ab anima formatas velut in gazophilazio memoriæ retineat, accidit ut à Mercurialis liquoris vel præternaturalis humoris in undatione memoria interdum valde labefactata, nihil in Scenam depromere poſſit, vel nonnunquam omnia confuſe miſcere, & pictorum more ſtupenda præfigurare intentet, velut 772. Quomodo memoria vel retinens facultas afficiatur.

Humano capiti cervicem pictor Equinam
Jungere ſi velit & varias inducere plumas
Undique collatis membris ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem.

Duo autem ſunt memoriæ officia, inſtruere 1. Appetitum 2. formare membra corporis embrionis. 773. Duo officia memoriæ 1. appetitum inſtruere.

Inſtructionis appetitus miniſtræ duæ ſunt, ancillæ, inclinatio & averſio, & utraque vel connata vel aſcititia, connata eſt inſtinctus naturæ. Nunc autem quæritur, an in memoria ſit inſtinctus naturalis, vel Ideæ primitus congenitæ, cum Ariſtoteles Intellectum vocarit tabulam raſam, non oblitteratam quaſi priſtinos characteres longo tempore deletos referret, ſed omnino rudem & inanem cui in contrarium multi Philoſophi, ſtudia reminiſcentiam rerum appellarunt, quaſi intellectus rei oblitæ memoriam revocaret; Verum reſpondendum videtur, proprie nullum eſſe inſtinctum nativum memoriæ ſcilicet ex Ideis rerum præteritarum exortum, cum non entis nulla ſint prædicata, ſed qualiscunque inſtinctus naturæ in memoria reperitur eſt diſpoſitio ſaltem animæ membra ad varias actiones Organizantis, ſicque hic longa rerum memoria pollet ex temperamenti ignei fertilitatè, alius mox præteritorum, obliviſcitur, ex fluida cerebelli ſterilitate, cum etiam gradus perfectionum animarum ſint, ſicut & Angelorum atque alius nobiliori anima organa diſponente, quam decem vicini conſpicuus ſit. Quæ autem ſunt notitiæ naturales & connatæ in homine, eæ non à memoria, ſed à mente peculiariter à Deo indita profluunt Aſcititiam memoriæ inclinationem quod ſpectat, reperiuntur in ea characteres ex praxi locorum, temporum, perſonarum ex memoria, Ideis antea repræſentatis, velut in ſpeculis reſplendeſcentes prout etiam variæ artificialis memoriæ inventiones excogitatæ fuerunt, tales autem ab influentiis ſiderum varie perturbari poſſe, demonſtrant mirabiles hominum, ingeniorum varietates, Europæi enim ob æquale temperamentum ſunt præſtantes judicio Affricani ſubtiliſſima memoria, in fervido intellectu, nec ullus reperitur terræ tractus, in quo non etiam ſingularis morum & ingeniorum varietas conſpicua ſit, idque potiſſimum ex characteribus per praxin acquiſitis; ſic Helvetii juvenes longe aliam & vitę & loquelæ methodum à parentibus addiſcunt quam Batavi, quamvis utriq; ad Rheni terminos habitent, ſed Helvetii declinant ad Italiæ confinia, ſolis effluviis fervidiora, Batavi econtra ad maris viciniam & ſolis ab Eccliptica remotione frigidiores ſunt.

774. Ariſtot. tabulam raſam vocavit intellectum.

775. Nulla eſt in memoria notitia præteritorum recenter natis.

776. Sed naturalis notitia à mente dependet

777. Artificialis memoria.

778. Ingeniorum varietates per plagas terræ.

Altera memoriæ facultas, ſcilicet formatio Corporis membrorum libera quidem eſt, prout in omni regione homines iisdem membris exornati generantur, atque ubivis locorum naſcuntur mares & fœminæ, ſolo ſexu differentes, ſed alibi fœminæ longe calidiores ſunt, & heroicæ quam in locis vicinis Ex. gr. Amazonum regio bellicoſis mulieribus fertur famigerata. Quam mira ſalacitatis ſigna oſtentent, Certoris prominens in Alcairo Aſiæ, mamarum vaſtilas in quibusdam Europæis, referunt ii, qui de Anthropometria tota volumina conſcripſerunt ut exinde verum ſit, in ſingulis regionibus certis ſideribus ſubjectis, aliam atq; aliam hominum formationem reperiri quibusdam in locis capitones ſtolidi, in aliis acuta calvariâ deſipientes naſutuli conſpiciuntur, ſicq; difficulter aliquis nationem inveniet ex cujus formoſitate regulam pulchritudinis humanæ emetiri poſſit.

779. Altera memoriæ facultas eſt formare membra corporis.

780. Formationis membrorum humanorum ortus & ordo.

781. Facultas animæ movens qualis & quotuplex.

Tertia tandem principalis animæ facultas eſt movens, eaq; triplex etiam, rationalis,

tionalis, ſenſitiva & naturalis: Rationalis movens eſt vel concupiſcibilis vel
782. Facultatis concupiſcibilis paſſiones ſimplices & mixtæ.
iraſcibilis, utraque habet paſſiones vel ſimplices, vel mixtas, ſimplices facultatis concupiſcibilis paſſiones ſunt amor, odium, gaudium, dolor, mixtæ communes ſunt cum iraſcibili atque ſunt undecim: æmulatio, ira, ſpes, ſuperbia, impudentia, pœnitentia, pudor, ſuſpicio, miſericordia, invidia, agonizatio, Ira-
783. Facultatis Iraſcibilis paſſiones ſimplices.
ſcibilis facultatis ſimplices paſſiones ſunt, audacia, timor, conſtantia, pavor,
haeque omnes tam ſimplices quam Compoſitæ paſſiones dependent ex vario ſiderum curſu exempli gratia in mulieribus ita ad temperamentum frigidius al-
784. Paſſiones à temperamento & ſiderum curſu dependent.
ligatæ ſunt, ut ſi mulier cordata, magnanimis, mas vero formidulosus, uterque ſexus deformis eſſet, propterea vir calidus & ſiccus, mulier vero frigida & humida ſit, neceſſe eſt, ut caliditas viri efficiat eum fortem, magnanimum, audacem, liberalem, & ſiccitas pariat conſtantiam, ſpirituum puritatem &c. Mulier ve-
785. Temperamentum maris.
ro propter frigiditatem debilis, timida, ſuſpicioſa, invida, aſtuta, petulans, propter humiditatem, levis, infidelis, impatiens & garrula eſt, uti optime recenſet
786. Temperamentum fœminæ.
Monſieur de la. Chambre lib. cui titulus *Lart de connoiſtre les Hommes.* Sicque paſſiones cordi, Cor vero Planetis ſubjectum eſt. Propterea paſſiones
787. Paſſiones ſæpius animæ contrariantur
ſæpius animæ contrariantur, hinc Plato in L. 4. de Rep. dixit, *iracundiam à recta ratione diverſam eſſe. Quod in infantibus quibuslibet conſpexeris, qui ab ineunte ætate iracundia ſunt pleni ratiocinationis vero perpauci compotes, de quo Homerum quoque differere dicit Plato, ſupra dicto loco*

Pectore tuſo animum verbis compellat amicis

788. Pugna animæ cum Paſſionibus à Platone expoſita
Quibus Homerus, tamquam hæc inter ſe differant, alter horum alterum objurgare velit, ipſam videlicet rationem de meliore & pejore deliberantem oſtendit & quo pacto is, qui ſine ratione iraſcebatur compeſceretur, hæc Plato; Qui exinde etiam judicavit affe-
789. Affectuum ſedes in corde ſecundum Platonem.
ctuum ſedem in inferioribus latitare, uti pulcherrime expoſuit in Timæo & Locro dicens: *At partis ejus (animæ) quæ rationis expers eſt, ea pars quæ ad iram prona eſt circa cor, ea quæ concupiſcit, circa jecur ſedem habet.*

790. Facultas movens ſenſitiva etiam afficitur.
Facultas movens ſenſitiva iterum vel concupiſcibilis vel iraſcibilis eſt, ſicuti autem ſenſus variis objectorum delectationibus & illecebris afficiuntur, ſic mire interdum cæcutiunt, uti vigilantium quam dormientium nonnun-
791. Facultas movens naturalis qualis & quotuplex.
quam eadem ratio habenda ſit, propterea ſenſuum motricem à ſiderum æſtu vel raptu lædi nullus forſitan qui dubitat reperitur.

Tertia movens facultas, naturalis eſt, eaque duplex, vel libera vel illibe-
792. Libera naturalis movens facultas.
ra, libera quidem ex propoſito animæ progreditur, illibera vero temperamenti neceſſitati & fatalibus connexa eſt. Libera naturalis facultas movens verſatur, vel in formatione figuræ corporis, vel in ſexus figuratione, vel in ſenſuum pro-
793. Signa caloris vegeti & igneæ naturæ.
ductione ſed omnes à Cœli influxibus regi, declarat primo formatio figuræ corporis, quæ ubicunque major, robuſta carne ſolida, artubus fortioribus, frons ampla & quadrata conſpicitur, ſignum præbet caloris vel ignei temperamenti;
794. Signa Aquei temperamenti.
Econtra facies & figura parva, rotunda, mollis, debilis ſignum eſt, frigoris & humiditatis, propterea facies rotunda eſt ſignum Iræ & malitiæ, frons parva levitatis, & hominis incorrigibilis frons longa & glabra ſignum adulationis &c.
795. Sexus formatio à ſideribus afficitur.
Secundo ſexus formatio, etiam ſi ad varia munera ſubeunda à Deo peculiariter dirigatur nihilominus cum Cœli influxibus convenire manifeſtum eſt, ex hoc,
796. Senſuum formatio cœleſti aura adjuvatur.
quod omnes fere mares fœminis calidiores ſunt, ita ut natura ſemper provida, agrum in muliebri ſexu temperie caloris & humiditatis ita diſpoſitum plantarit, ut in eo igneum Cœleſte Semen maris fructificare poſſit. 3. Senſuum denique
797. Illibera naturalis movens facultas duplex.
formatio à ſenſili, præprimis quo ad viſum, à cœleſti lumine dependens, quo plus de Cœli ſplendore attraxit, oculus, fortiorem & conſtantem viſum acquiſivit, & ſic de cæteris ſenſuum organis.

798. Mores unde proveniant.
Illibera naturalis facultas movens ex temperamenti neceſſitate, vel informat mores, vel format corporis membra. Mores ſunt vel maris vel fœminæ, maris, audacia, liberalitas & conſtantia, fœminæ timor, prodigalitas, pavor. O-
799. Formatio membrorum corporis à ſideribus afficitur.
mnia hæc Cœleſti ex aura provenire ſupra deduximus, ita ut formatio membrorum à conſimili cauſa inſtituatur, cujus enim calor cordis vehemens eſt, ille Pectus latum & amplum accepit, cui Luna in aſpectu favet, ille cerebrum & cranium majus habebit, qui æſtu martiali turget, fellis veſiculam amplam for-

titus

titus eſt &c. Cum Cœlum certa loca naturalia & infundibula receptionis ubique inveniat.

Explicatis hiſce omnibus animæ facultatibus, ſuperioribus & inferioribus 800. Omnia corporea à cœleſtibus virtutibus reguntur.
percipimus omnes facultates materialibus organis ſubjectas, ab igne Spiritu & ſale cœleſti, ex quibus humanum corpus conſtat, regi & gubernari. Reſtat ergo determinare, quid nam à ſiderum motibus & influxibus immune ſit?

Dico autem Sola anima, & intellectus ejus immaterialis facultas remota eſt ab omni naturæ incurſu, anima enim nec quicquam à corpore mutuatur, 801. Sola anima & intellectus ab omni incurſu naturæ liber eſt.
neque aliud, niſi in motu commercium cum eo habet, ſicut Angeli certis cum corporibus ex mandato divino concurrunt; ſic immortalis anima ex decreto Dei, humano corpori incluſa velut Rex abſolute omnia gubernat, & dirigit; ſed prout interdum ſubditi parere recuſant, ſic corpus humanum ab incurſibus 802. Commercium animæ cum corpore.
hoſtium vitæ hinc vel illinc ab æquilibio temperaturæ varie retractum, Rectori bellum minitatur, ut exinde variæ inquietudines & exorbitantiæ exſurgant. 803. Inobedientia corporis & bellum cum anima.

Tempora à primi mobilis rotatione incepiſſe, docet ſacer divinus codex, nunc ſidera ad æternitatis adumbrationem tempus varie diſtinguendum creata eſſe, ſequitur. Quid autem tempore utilius pulchrius & in mundo magis neceſſarium, quo omnia menſurari & ſubſiſtere ſcimus, velut ab effectu formæ 804. Sidera ad æternitatis exemplar efficiunt tempus.
mundi perfectiſſimo, quo maxime ad æternitatis contemplationem deducimur, hinc Plato in Locro. *Eſt autem tempus ingeniti temporis imago, quod æternitatem vocamus. Quemadmodum enim univerſitas ad intelligibilis mundi exemplar creata eſt, ita & hoc tempus ad æternitatem, velut ad exemplar quoddam cum mundo ab opifice fuit conſtitutum* hæc Plato.

Temporis originem à ſideribus deducere, informat nos ipſe Sacer Codex, qui tantum dierum ſeptem creationis meminit, ex quibus tota Compages 805. Temporis origo à ſideribus.
ſeptimanam efficit, ſeptem Planetarum periodo abſolutam, ut ſupra oſtendimus, diem autem ex veſpera & mane factum eſſe recenſet, ita ut ad literalem textus ſacri ſenſum dies à meridie incipiat, & per veſperam & mane usque ad alterius diei meridiem percurrat, propterea David Pſalmo 55. verſ. 18. dicit: 806. Prima temporis diviſio veterum in vigilias.
ערב ובקר וצהרים אשיחה *veſpera mane & à meridie vociferabo.* Hinc Scaliger: *Totum νυχθήμερον Hebræi in quatuor partes dividebant, quas vigilias vocabant, prima vigilia erat à veſpera, ſecunda à media nocte, tertia à mane, quarta à meridie. Alioquin nomen hoc* שעה *quo hodie horam nominant, antea nec notum quidem* erat lib. 1. emendat. Tempor. Scaligeri.

Quid de horarum ortu Plinius & alii jucunda jactitent, ſupra docuimus. Certiſſimum eſt, Aſtrologos diem noctemque in 24. horarum ſpacio diviſiſſe, unde Scaliger in loco ſupra citato: *Aſtronomis* 807. Diviſio diei in horas puncta minuta oſtenta &c.
propria eſt diviſio diei in ſexageſimas primas, ſecundas, tertias, & ſic deinceps: Artificibus computi annalis, in horas, puncta, oſtenta, minuta & partes. Hora eſt punctorum quatuor minutorum 40. partium 480. momentorum 1760. oſtenta autem ſunt arbitraria, quibuslibet aliarum diviſionum in illa reſolutis. Orientalibus vero computatoribus compendioſa horarum reſolutio eſt, non enim in ſexageſimas aſſem dividunt, ſed in 1080. partes, ita ut 18. particulæ uni minuto horario reſpondeant. Hac diviſione hodie Iudæi, Samaritani, Arabes, Perſæ, & aliæ Orientis nationes utuntur. Hæc Scaliger.

Ex horis ergo dies, ex diebus ſeptimanæ ex quatuor ſeptimanis fit menſis (ſecundum Scaligerum) qui vel naturalis vel civilis eſt. *Naturalis eſt vel* 808. Collectio dierum & ſeptimanarum in Menſes.
Solaris vel Lunaris Solaris eſt qui naturalibus circuli Solaris ſegmentis definitur, ſive tranſitus ſolis de ſigno ad ſignum. Lunaris menſis triplex habetur. 1. Quatenus ab eodem Zodiaci puncto ad idem Luna revertitur. 2. Lunæ à ſole progreſſus & reditus. Tertii generis menſis eſt ſecundus dies ἀπὸ τῆς συνόδου *qui dicitur* φάσις φεδάελον & ἀπο-κρουσις σελήνης *menſis, Civilis eſt qui non naturaliter ſed æqualiter diviſus eſt.*

Ex menſibus ergo duodecim Annus conſtituitur ſolaris qui eſt dierum 365. & paulo minus quam quadrantis. Eadem fere quantitas attribuitur Veneri & 809. Ex menſibus 12. ſolaris Periodus Annus conſtituta.

 Mercurio

Mercurio Saturni annus eſt dierum 10955. *horarum* 12. *Iovis Annus dierum* 4331. *horarum* 18. *Martis dierum* 687. *Lunæ dierum* 29. *cum ſemiſſe, & paulo plus quam duarum trientum horæ, quem menſem vocamus.* Hæc omnia invenies in ſcaligero de emendatione temporum latiſſime expoſita & illuſtrata.

810. *Hominum incurioſitas certam mundi Æram neglexit.*

811. *Chronologorum diſſenſiones de Æra mundi recenſentur.*

Cum itaque Deus indelebiles temporum characteres ſidera ſcilicet in Cœlum locarit, ut ab omnibus gentibus & populis aſpici & notari poſſint, lachrimis deploranda res eſt, protoplaſtos non deſignaſſe primum Cœli poſitum, unde Annorum mundi facilis computus & æra univerſi depromenda eſſet, ne tot de ortu mundi dubia & diſſenſiones tam multos curioſos in deſperationis gurgitem abriperent. Recenſet inter alios Jacobus Gaffarellus curioſit inaudit. part. 1. cap. 2. pag. 47. meæ edis plurimas de *Æra mundi diſſenſiones ad Chriſti Nativitatem* dicens; *Hebræi Chriſtiani numerant annos* 3760.

Paulus Boro Sempronienſis.	5201.
Arnoldus Pontacus	4088.
Pererius, Bellarminus & Baronius	4022.
Genebrardus	4090.
Suarezius	4000.
Ribera	4095.
Onuphrius Panuinus	6310.
Scaliger filius	3948.
Sixtus ſenenſis Maſæus & multa pars aliorum	3962.
Johann. Picus Mirandulanus	3958.
Petrus Baliſardus	3964.
Gerhardus Mercator	3928.
Joannes Lucidus & alii	3960.
Janſenius	3970.
Carolus Bovillius	3989.
Paulus Pallatius	4000.
Malvenda	4133.

de quibus Scaliger tractatu de emendatione temporum omnium optime opiniones colligit, nuperque Keplerus de vero anno natalitio Chriſti compendioſam diſſertationem edidit.

SECTIO II.

ET LUCEANT IN FIRMANENTO COELI, ET ILLUMINENT TERRAM ET FACTUM EST ITA.

812. *Quænam corpora recipiant lucem, ut exinde in oculis reſplendeat?*

813. *Quare vitrum pellucidum ſit?*

814. *Quare vitrum tam fragile ſit?*

NIl niſi firmamentum Cœli lucidum eſſe, verbis ex hiſce concluditur, ſolus ergo aër lucis receptaculū erit, terra autem illuminata lucis ſplendorem in aërem reflectit, propterea radios lucis ad usque centrum terræ penetrare, poſſe, concedimus, ſed terram ſolo calore & nullo lumine replere poſſibile eſſe, ejus natura tenebricoſa oſtendit. Vitrum ex cineribus & arena conflatum translucidum eſſe, manifeſtum eſt, cum ex terreno corpore conſtet quare lucis receptaculum ſit, merito quæritur? Et reſponderi poteſt, primo in arena multum eſſe ſulphureæ ſubſtantiæ unde arena in aquoſis locis præſertim ad Rheni flumina in aurum excreſcit, & metallicæ naturæ ponderoſiſſimæ eſt, propterea arena lucis formam in ſeſe continet. 2. Ex arena & cineribus maximo ignis æſtu, & flammis ultra 24. horas prius materiam purificantibus, vitrum conficitur, an non ergo ignea corpuſcula vitro ex tanta æſtu aëri expoſito, & coaleſcente, intus in maxima copia occluduntur, hinc exoritur, quod vitrum fragile ſit, cum inter ramoſas ſalium partes omnia Sulphure repleta ſint, ut nec ſpacium flexilitati relictum ſit, atque dum rami deberent varie inflecti, ad unam partem ex altera, propter globulorum compulſionem & attritionem franguntur compages, ut vitrum ad usque flexionis activitatem tranſiliat, ſic ergo ignea corpuſcula tenaciſſime cohærentia vitrum translucidum efficiunt, quod reſpective ſolum lucidum eſt, ſi enim vitrum multo denſius ſit, lumen amittit, propter

pter terreſtrium corporum interſtitium ita ut tandem nimia denſitate opacum
reddatur.

Tria ergo lucis reſpectu ſunt in univerſum corpora, lucem lucidum & 815. Tria lucis reſpectu ſunt in natura corpora, lucens lucidum & opacum.
opacum, namque aqua non perſe lucida eſt, dum aliquis fluminibus æſtivo tem-
pore criſtallinis piſces in littore natantes videt; ſed propter luminis receptio-
nem clareſcit, ſic enim aquæ non ultra quinque pedes profunditatem habentes,
ſubtus arenam lucidam monſtrant, velut in ſpeculo, radii ſolares per aquas pe-
nettantes ſuper arenæ ſuperficie reflectuntur, ſin autem aquæ in profundum 816. Aquæ quomodo ſint lucidæ?
ſtagnant, nullus niſi ſuperficialis ſplendor corruſcans apparet. Sic etiam gla-
cies hyberno tempore lucida eſt, non tantum quia ex ſpirituoſis corpuſculis
concreſcit, uti ſuo loco docuimus ſed quia lumen illud undiquaque penetrare 817. Glacies quomodo lucida.
poteſt, ſi vero Fretum, aut profundior fluvius glacie denſiſſima fuerit incruſta-
tus, nihil lucidi, niſi ſuperficientenus reſplendentis parum invenies, quia & ma- 818. Stagnantes aquæ opacę.
teriæ craſſities impedit luci tranſitum; & quia nullius reflexionis locum & ter-
minum invenit.

Lucent ergo ſidera per aërem, ut radii eorum ad usque nervum noſtrum 819. Aër nunquid omnimoda luce deſtitutus.
viſorium penetrent, uti in phyſica erit tractandum, neque unquam aërem luce
& calore prorſus deſtitutum eſſe, patet, quod ſidera vigiliis æternis in æthere
rotentur, propterea omnibus lucis effluviis prorſus extinctis, plusquam cimeriæ 820. Cimmeriæ & palbabiles tenebræ quomodo oriri poſſint.
& palpabiles tenebræ exorirentur, exinde quia aër globulis igneis tenuiſſimis
deſtitutus, longe craſſior fieret, & ex vacui fuga omnia coaleſcerent. Quo
plus ergo luminis in aëre eo ſalubrior vita, ex conſtitutione divina, propterea
nocturnus aër maxime nocivus eſt animalibus ſoli ſubjectis, quia radiis ſolaribus
à ſuperficie terræ remotis terreſtria lunæ effluvia in eorundem locum recedunt. 821. Aër luminoſus ſalubris.
Ex hac cauſa in Regionibus ad Polos propinquioribus aër ſalſedine terreſtri re-
pletus, ſcorbuto, Elephantiaſi &c. Cauſam exhibet. Econtra ad Æquato- 822. Quate nocturnus aër inſalubris.
rem aër Saluberrimus quidem, niſi nimio æſtu reflexionis radiorum ſolis anima-
lium Regno fere in tolerabilis eſſet.

Alterum lucis officium eſt ut Terram illuminet, ſive radios in terræ ſuper- 823. Aër in ſub polaribus regionibus ſalſedine mordax.
ficiem reflectendo intenſum calorem excitet, quo Planetæ & animalia fota, ve-
lut pulli excludantur. Hinc Arabia plurimis in locis deſerta eſt, propterea,
quod Sol verticaliter imminens radiis e directo recurrentibus omnia comburat,
ſterilemque terram & inhabitabilem efficiat, nec minus circa Polos ex Solarium 824. Terræ illuminatio eſt fotus trium Regnorum.
radiorum reflexionis obliquitate, tantum frigus reperitur, ut ſemper mare gla-
cie obductum, nec terra hominibus habitaculum vel eſcam animalibus ſuffici-
entem ſuppeditare poſſit, propterea Hippoc. oraculum veriſſimum eſt πᾶν τὸ πο-
λὺ, τῇ φύσει πολέμιον omne nimium naturæ inimicum eſt. Aphor. 15. ſect. 2. Su- 825. Diverſitas regionum ſub Ecclipticа & ſub Polis.
per temperato & pullifico calore in Chymia multi operam navarunt, ut Ægy-
ptiorum more fornaces extruere poſſint, in quibus non tantum ova excludere,
ſed & naturales generationum gradus imitari queant; ſed ſicuti natura nover-
cans non quemlibet in Gazophylacium intromittit, ſic nebulis ignorantiæ plu- 826. Pullificus calor temperatus.
rima involvit, ut nihilominus ſola Magiſtra permaneat. Quis enim in omni-
bus locis uvas, mala citria, arantia, ficus, &c. Producet, etiamſi terram & nata-
le ſolum eo usque transportet, nihilominus nec cœlum ibi ad id negocium ha- 827. Quare non omnis ferat omnia tellus.
bebit ita propitium, nec aërem benignum, nec ſolem tam virtuoſum ut mini-
mo impedimento natura abortum patiatur, propterea tanta & tam mirabili va- 828. Non eadem ubique terrarum felicitas.
rietate Deus omnia condidit & terram undiquaque exornavit, ut ubique pro
animantibus vitæ & ſuſtentationis adminicula reperiantur, quamvis in hoc &
alio feliciori & commodiori loco melius vivant, ſed non cuivis contingit adire 829. Nonnulla ex Ophir ſunt afferenda.
Corinthum, & opus eſt, ſicut Salomon ex ophir, ut aliunde ad vitæ com-
moditatem commerciorum opere, & à Deo inſtituta hominum
ſodalitate, plurima per mare & terram
transportent.

SECTIO III.

FECITQ; DEUS LUMINARIA DUO MAGNA, LUMINARE MAJUS UT PRÆESSET DIEI, ET LUMINARE MINUS UT PRÆESSET NOCTI ET STELLAS.

830. Sol luminare magnum.

831. Luna luminare magnum.

SOlem & Lunam duo maxima, Cœli Luminaria eſſe; etiam agricolis notum, cum oculorum Senſibus pateſcat; magnum Luminare Sol eſſe & quidem maximum apparet ex paralaxi, & uſu teleſcopiorum. Lunam magnum etiam Luminare eſſe, ejus virtus declarat, præſertim in maris motu; nec minus reflexio ſolarium radiorum, dum egregiam lucem & ſplendorem in terram diffundit, ut Arabibus, quibus æſtus ſolis moleſtus eſt, nox diei vicem ſuppleat.

832. Sol in medio Cœli Planetarum velut fons ignis & virtutis.

Cum Deus ſupremam mundi Regionem exercitui ſtellarum fixarum dudum deſtinaſſet & erratica ſidera, utpote omnium mutationum primordia in inferiora Cœli loca reponere decreviſſet, tunc ſolem in medium eorum quaſi maximum ignis vorticem locavit, à quo ignis velut è fornaci candente, omnia animalium regno adverſa corrigere, eidem amica adjuvare, ſicque influentiis benignis omnia conſervare poſſit. Propterea ſicut lux vitæ, tenebræ mortis ſimulacrum, ita Sol diei, Luna ſoporifera nocti præfecta eſt, ut Sol laboris, Luna quietis fax & ſidus appelletur; propterea ſidera quæ Solis ſignaturam ferunt ♂♀, ☿, laborioſa animalia, oleaginoſas planetas, ſulphurea mineralia producunt. Sole enim oriente, quæ Spiritu & virtute luminis cœleſtis vivunt, animalia, ſomno diſcuſſo avia & invia percurrunt, Aves Creatorem cantu glorificant, ſolaris gallus ſolis exortum prænunciat, econtra Saturnina & Lunaria velut Bubones, ululæ, veſpertiliones &c. Sole decumbente in Scenam prodeunt, & in tenebris circumvagantur, Luminare ergo magnum Sol erit, non tantum magnitudine molis, ſed & virtutis & efficaciæ cum omnia ex Sole virtutem vigorem & motum acquirant.

833. Sidera quæ ſolis ſignaturam ferunt, ignea ſunt & vigoroſa.

834. Animalia ſolaria diutna.

835. Saturnina & Lunaria nocturna.

836. Diverſitas Solis & Lunæ oſtenditur.

837. Ptolomei explicatio contrarietatis ☉ & ☽.

Lunam noctis præſidem nunc creatam eſſe, elegimus hinc Hieronymus Cardanus in commentario ſuper Ptolomæum Cap. 4. textu 29. ita contrarietatem Solis & Lunæ explicat, dicens: *Vt vero ad rem potius accedam, tria præponere docet (Ptolomæus) primum eſt, quod Solis opera à Lunæ operibus maxime diſtincta, Partibus anni: & Diei & elementorum & Regionum; Sol quidem æſtate, id eſt, dum eſt ab initio arietis, ad initium libræ potentior eſt, & evidentiores facit effectus, Luna vero in ſex reliquis ſignis. Similiter Sol in Die potentior eſt, quam in nocte. Luna vero in nocte quam in die ſimiliter Sol potentior eſt in aëre, quam in aqua, Terra vero utriſq; communis eſt. Quod vero ad Regiones pertinet, Sol quidem in Regionibus dominatur magis, quæ ſub torrida ſunt Zona & propinquis, Luna vero magis in his quæ juxta Polos ſunt. Orienti magis præeſt ſol Luna occidenti* hæc Cardanus.

838. De Lunæ eſſentia & corpore variæ antiquorum opiniones.

Tanta hæc contrarietas non tantum à Summo Aſtronomo animadverſa, ſed & quotidiana experientia comprobata, denotat longe diverſam eſſe, ſolis quam lunæ eſſentiam, hinc Joan. Franc. Picus Mirand. ait: *Lunam Anaximenes & Parmenides, & alii ex ſolo igne conflarunt, Pythagoras Petroſum Corpus, Heraclitus Terram, Anaxagoras & Democritus igneum firmamentum, Campis & montibus diviſum voluerunt.* In Exam. vanit. doctrin. Gent. lib. 1. c. 12.

839. Luna eſt ſidus terreſtre ſolidum.

840. Luna ex obſervationibus apparet terreſtris.

841. Luna ex ſitu cœleſti craſſa & terreſtris eſt.

Lunam autem terreſtre ſidus antiquiſſimi vocarunt ſapientes, propterea magis ex terreno quam aquoſo & ſulphureo corpore eam conſtare dicimus, ductí ſequentibus motivis. 1. Apparet ex aſpectu & ope teleſcopiorum, denſum & opacum ſidus eſſe, petroſis montibus & convallibus undique ſolidum, ſed non ita ut terra: Hinc Leo Hebr. dial. 3. de amore: *Lunare Corpus inter lucem Solarem Tenebraſq; terreſtres medium locum obtinet.* Figuram lunæ ſæpius obſervatam per pulchre depinxit R. P. Kircherus in mundo ſubterraneo. 2. Lunam terreſtrem eſſe, etiam ſitus declarat, quo enim in creatione craſſius & ponderoſius corpus acquiſivit vortex in firmamento Cœli, eo locum centro proximiorem occupavit, ut in aqua & terrà videre licet, quibus ſubtilior aër & adhuc ſubti-

ſubtilior ſed ſolidior Luna namque aër expanſus eſt, & rarefactus, ut omnes 842.
Cœli & terræ globulos recipere & ſurſum deorſumque reportare poſſit. Quare ad Luna inferior tamen ſubtilior.

Lunæ autem corpus ſubtiliori quam aëris atque ſalina ſubſtantia
conſtans, conglobatum & non expanſum eſt, ita ut ſolis lumen re- 843.
cipere, reverberare ſed & de propria ſalina eſſentia ſublunaribus commu- Quare Luna ſolida & denſa appareat?
nicare poſſit:


Sed conceſſo Lunam ex terreſtri Salino corpore conſtare, quomodo quo- 844.
ad maris æſtus ad Lunæ motus notabiles itemque ad meteorum intempeſtates Quare Luna ſit aquoſitatis Domina
nos excuſare poſſumus, Lunam eſſe omnis aquoſitatis, Reginam & Dominam,
& per conſequens ipſam aquoſam ſed reſpondeo 1. Maris æſtus non formaliter cum terreſtris ſit?
ab eſſentia Lunæ, ſed à lumine ejus mutuato provenire, quod ipſæ periodicæ re- 845.
volutiones oſtendunt. 2. Etiamſi ab eſſentia Lunæ ipſiſſima orirentur maris An maris motus à Luna exoriatur?
aſcenſiones & meteorum intempeſtates, acciderent ex natura ejusmodi ſalis
cœleſtis quod omnia fermentat & penetrat, ſicque Luna in certis Cœli angulis
& ad Solem aſpectibus exiſtens, vires in viciniam aëris & maris diffundere poſſet
non ſolùm ſed 3. Sicut Cœli motus omnis terreni motus principium eſt, & ad
Spheræ nonæ raptum usque ad Lunam omnia ordinariam periodum abſol-
vunt, ſic luna mari proxima procul ab omni dubio, illud quod primi-
tus in creatione proximum fuit, inquam, viciniæ vinculo ex divina conſti- 846.
tutione movebit. Solem autem maris æſtus formale principium eſſe in Phy- Sol æſtus maris formale principium.
ſicis docebimus.

Inter hæc nova quæſtio exoritur, an effluvia & exhalationes ex terra & 847.
mari ad Lunam & ſolem usque pertingant? Quam ad decidendam ſuam ſen- An exhalationes è terra & mari ad Lunam perveniant.
tentiam profert Joan. Picus Mirandulanus Aſtrol. lib. 10. c. 13. dicens Luna
plus à terra diſtat, quam ut ad eam terræ vapores & halitus pervenire poſſint,
qui nec ſexdecim ſtadia putantur à Phyſicis ſurſum attoli, ne dum ad Lunam, 848.
Venerem, Mercurium attollentur. Quam ſententiam etiam defendunt Montium cacumina àmeteo, libera.
Coſmographi & hiſtorici præſertim in deſcriptione montium Athi & Olym-
pi, ubi in cacuminibus ſupremis ſacrificantes nec imbrem, nec nivem
inveniſſe Johan. Franciſcus Bacco Baro de Verulam in hiſtor. Ventorum fo-
lio 462. recenſet.

Stellas vocavit Deus illos magnos vortices in Firmamento Cœli ex radiis 849.
ſolis refulgentibus lucentes, ſicut Luna omni Lumine proprio deſtituta minus An Planetæ in creatione proprium lumen acquiſierint?
luminare dictum fuit, ſubſequitur ſtatim, Deum feciſſe etiam ſtellas, hinc du-
bium eſt, an ullus Planetarum, vi connexionis verborum ſacrorum proprium
lumen acquiſierit, cum ſufficiat & ſolis reſplendeſcentia ad tam exiguum lu- 850.
men, quod pro tanta eorum corporum magnitudine oſtendunt, ſed tutius vide- Planetæ conſtant ex tribus principiis Element.
tur mihi, ſtatuere, Planetas omnes ex tribus naturæ primis principiis, Cœlo ſci-
licet aqua, terra & luce vel igne productos. Sal ſulphur & ſpiritum, ſed terre-
nis longe ſubtiliora Cœleſtia ſcilicet elementa continere, ita tamen ut Satur-
nus infra ſupra cœleſtes aquas ſupremus, maximam aquarum portionem in con-
gregatione abſorpſerit, Jupiter item ob magnitudinem corporis non minorem,
ſed reliquis ſubſtantiis temperatiorem aquam acquiſierit, Luna autem terræ
proxima, plus Salis terreſtris, quam ſibi ſuperior Mercurius habet hicque ite- 851.
rum ex reliquis temperatus factus eſt, ſed cum Deus in medium verticem omni- Sol æquali mixtura velut aurum conſtat.
um temperatura æquilibrium tenentem ignem cœleſtem reponere voluiſſet,
fecit ſolem ut velut aurum ſidus, omni compoſitionis mixtura harmonicum, &
nobiliſſimum, ab omni corruptione & alteratione remotum, omnis caloris &
Balſami fons, omnis denique motus ortus & principium eſſet. Poſito ergo in
centro Planetarum ignis vortice, neceſſarium fuit, ut proximi Mars & Venus
excandeſcerent, ſed ne detrimenta perferrent, procul dubio Deus ipſis omni-
bus tantum de igne conceſſit reliquis planetis, quantum pro rei indigentia & 852.
exornatione naturæ requiretur. Marti igitur ex pyramide aquarum, & terra Quare Mars furens ſit.

con-

853. Et Venus fer-tilis.



conſtanti, caloris multum, Veneri ex terræ Pyramide & aquarum portione quadam non minus, ſed pro materiæ terreſtris recipientis diſpoſitione, non tam diffluentis ignis copiam conceſſit, hinc Mars & Venus luce in cœlo rutila aſpectabiles ſunt, Jovi & Mercurio parum lucis dediſſe, ex pallore & debili igne ab illis redundante animadvertimus. Saturnus & Luna noctis, mortis & quietis directores, compoſitis rebus ob naturæ ſimplicitatem infenſi, radiis influentiarum debilium ſublunarium temperaturam diſſolvunt, vitamque in calore natantem, defectu balſami ſolaris abripiunt. Plus ergo Planetæ mutuatitio ſolis, quam proprio igne reſplendent, cum expreſſe Sol luminare magnum fuerit, antequam animalia crearentur, quod ſi ergo in nullo corpore reflexionem habuiſſet deficientibus animalium ſenſuum organis, ad quid luminare factum aut dictum fuiſſet.

854. Quare Jupiter & Mercurius luce pallidi?
855. Quare ♄ & ☽ noceant?
856. Niſi ſenſuum organa creata fuiſſent ſol nunquam luminare magnum fuiſſet.

857. Saturnus aquoſus eſt.
858. Saturni Nomen.
859. Ptolomæus de Saturno.
860. Quare frigus à ſenſibus percipiatur?
861. Siccitas Saturni qualis ſit?
862. Cardanus de Saturno.

Saturni ſidus uti inter Planetas ſupremum, in aquoſa noſtra Pyramide primum eſt, conſtans aquis à Deo in corporum cœleſtium diviſione & exornatione factis, tenuiſſimis limpidiſſimis, propterea ab antiquis frigidiſſima ſtella vocata eſt, eo quod ejus influentiæ aquarum corpuſculis intercedentes, flumina, lacusque conſolident. Plato pulchre de ſimplicitate Saturni loquitur in Cratyllo: dicens: *Saturnus κρόνος appellatur, κόρος enim non puerum ſed ipſius puritatem & mentis in corruptibilitatem ſignificat.* Ptolomæus in lib. 1. de Aſtr. Judiciis inquit, *Saturni ſtella maxime frigidifica eſt, ſed & nonnihil arefacit*; Quæ ut recte percipiantur repetenda erunt, quæ in primo capite hujus operis dicta ſunt, quod aquoſa corpuſcula in ſenſibus noſtris frigida eſſe animadvertantur, exinde quod calor noſtræ vitæ organon, corpus aquarum à ſe diverſum longe aliter in animæ noſtræ propylæis repræſentet, & ſiccitas Saturni in eo maxime deprehenditur, quod effluvia ejus ſubtiliſſima aquarum interſtitia repleant & ſic aquas conſolident. Cardanus ejus naturam & effectiones brevibus explicat, dicens: *Saturnus eſt coloris plumbe; & obtuſioris luminis, quovis alio Planeta id contingit partim natura propria, partim ob raritatem ſubſtantiæ ejus: Maximus enim eſt omnium erraticarum, excepto Sole & Iove, ut cujus corpus globum terræ & aquæ contineat, (ut ferunt) nona geries ſexiesq; circuitus ejus ſit in annis* 29. diebus 157. horis 22. hæc Cardanus.

863. Saturnum ſidus aquoſum eſſe probatur.
864. Ex analogia cum Aqua noſtra inferiore.
865. Aquarũ noſtrarum frigiditas manifeſta.
866. Frigus non oritur ex terra.
867. Neque à mari.
868. Neque ex aëre.
869. Neq; ex luna & reliquis quinque Planetis.

Saturnum autem ſidus aquoſum eſſe, apparet. 1. Ex analogia quam ejus effluvia habent cum noſtris inferioribus aquis, quas ſolas afficiunt; Neque enim terra conſilidatur, niſi aqua HUMECTATA in ſimul glacie occludatur, nec aër ſpiſſior fit, niſi propter vapores aqueos in eo volitantes, qui nonnunquam in nivem, rorem, & pruinam reſolvuntur, Aëre ſemper eodem per manente. Sic ergo illud quod frigus vocant, ſolam aquam noſtram inferiorem afficit. 2. Aqua noſtra ſublunaris in ſenſibus animantium manifeſte frigida deprehenditur, ſi omni igne libera & depurata quieta eſt, ſi ergo manibus attingere licet, illud corpus quod frigidum animadvertitur, utique ad infallibilem notitiam veniemus illius, quod longiſſime à nobis remotum, quod ex ejus effluviis frigidiſſimis aquoſa natura judicanda ſit. 3. Frigus non ex Terra oriri evidens eſt, quod terra nunquam frigida ſit, & quilibet in terræ cavernas ſeſe occultans à frigoris in curſu immunis ſit. 4. Mare vel noſtrates aquas non tantum frigus excitare poſſe, teſtatur, quod alias ad maritima loca longe intenſius frigus eſſet, quam in montanis, ſed notum eſt omnibus, in maritimis locis multum humidæ ex aqui evaporantis materiæ reperiri, & facilius nives liqueſcere, econtra in ſummis montium cacuminibus, quo usque aquea effluvia non aſcendere poſſunt, maximum frigus eſſe, & in minoribus montibus præprimis Alpibus nunquam nivis & glaciei colles liqueſcere. 5. Nec ex aëre frigus redundare poſſe, exinde

exinde colligere licet, quod aër in cavernis terræ vel muris & cameris occlu- 869.
ſus, & à Ventorum incurſibus munitus fere temperatæ naturæ ſit, nec ſenſus Neque ex Lu-
ullo frigore efficiat. 6. Aſcendimus tandem ad Lunam, quam frigidam eſſe na & reliquis quinque Pla-
multi exiſtimant, propterea quod ejus lumine creſcente hyemali tempore ple- netis.
rumque frigus exacerbetur, ſed diximus ſupra ſuprema Cœli effluvia non niſi 870.
per radios ſolis ad terram derivari, ſic ergo horizonte noſtro omnino tenebri- Ergo ex Saturno.
coſo, neque effluvia Cœli ſuperioris in inferioribus tanta velocitate ſpirant, 871.
ſuntque omnia quaſi alta quiete ſopita, econtra lumine ſolis in Luna velut in Neque aquæ
ſpeculo reflexo, repercutiuntur Cœli ſpiritus in inferioribus hiſce, cum lumi- ſupra cœleſtes ſenſibili-
ne Lunæ quotidie creſcentis, usque dum averſa & decreſcente luce omnia re- ter afficiunt.
mittant. Lunam autem ſicut & reliquos quinque Planetas, non frigidos eſſe, 872.
de quolibet jam ſuo loco demonſtrabo. 7. Saturnum frigidum eſſe, omnium Neque ſtellæ ſupremæ fri-
Aſtrologorum libri unanimiter teſtantur, nec operæ precium puto illorum gidæ ſunt.
verba & ſcripta allegaſſe. 8. Aquas ſupra expanſum poſitas frigidas eſſe, nul- 873. Saturnus o-
lus qui ſacris imitatus eſt, concedet, namque à Deo fotas vivificatas eſſe, ut ca- mnium con-
lorem noſtrum vitalem conſervent, ſpirituoſas & luminoſas, ſupra in primo ca- ſenſu frigidus
pite declaravimus. 9. Supremas ſtellas luce & lumine fulgidiſſimas, unquam & aqueus. 874.
frigidas fuiſſe, nullus neque Aſtrologorum Chaldæorum aut Arabum, neque Frigus quid
Philoſophorum, unquam demonſtrare potuit, quorum examen mox ſubſeque- ſit?
tur. 10. Cum ergo ſolus Saturnus omnium conſenſu frigidus ſit, formaliter & 875. Frigus à Sa-
eminenter ab eo frigus in noſtris ſenſibus ſentiri, omnino perſuaſum habebimus turno eſſe e-
exinde Aqueum eſſe judicabimus. vincit quod.

Frigus autem à Saturno exortum eſt, effluviorum Saturni aquoſorum 876. Frigus omnia
tranſitus, aquas congelans & organa ſenſuum dolore afficiens. Manifeſtum penetret.
autem eſt, Saturnum frigoris autorem eſſe. 1. Quod frigus etiam ſolidiſſima 877. Saturno per-
vitra, & duriſſima metalla penetret, quod non niſi à ſublimi corpore penetran- vigili frigus
tiſſimo fieri poteſt. 2. Saturno pervigili majus frigus excitari animadvertimus, augeatur.
quam ſi de die ſolis radiis combuſtus & temperatus ſit. 3. Saturno ad verticale 878. Saturno ver-
cujusque loci punctum accedente intolerabile frigus oriri & Aſtronomorum ticali inten-
libri referti ſunt, & quotidiana experientia millies approbatum eſt. 4. Aqua ſum frigus eſt.
frigore Saturnino conſolidata, nihil niſi cryſtallum præſentat ſolvitur autem 879.
tota illa intumefacta aqua nullo fere ſenſibili vaporante corpore, exinde ſimpli- Solutio glaciei frigoris
ciſſima & ſubtiliſſima omnium Planetarum eſſentia judicanda, ſed ex glacie ſubtiliſſimã
cryſtallum oriri teſtantur: Albertus magnus in prim. de miner. extr. 2. cap. 2. eſſentiam o-
& Chalc. in Plat. Tim. aliique complures, ita ut Saturni eſſentia in Cryſtallo ſtendit.
viſibilis & permanens eſſet, de quibus in Phyſicis plura. 5. Frigus viſibile et- 880. Cryſtallum
iam apparet, in rore, nive & grandine, præprimis in vapore congelato ad culi- Saturni eſſentiam manife-
nas, Balnea, item frigoris effluviis remittentibus ad muros & pavimenta, ubi ſtat.
parietes attractum frigus velut ſudando profundunt, ſicque frigoris eſſentia ſe- 881.
ſe manifeſtat, & noſtris oculis inter aquarum corpuſcula præſentat. 6. Satur- Frigus viſibile in rore ni-
ni facies repreſentat ſeſe in locis à ſole diſſitis & remotis, ubi triſtes ſpeluncæ, ve & grandi-
profundiſſimæ in puritatum ſentinæ, venenatis Plantis & horridis arboribus ne.
opacæ, Bubonibus & noctuis habitaculum, harpiisque & veſpertilionibus lu- 882. In Sudore pa-
cum concedunt. rietum re-

Jupiter in aquoſa Pyramide ſecundus, poſt ſolem maximus Planeta eſt, mittente fri-
de quo Ptolomæus ita: *Stella Iovis temperatæ naturæ eſt, media enim fertur inter* gore.
frigidificam Saturni & æſtuoſam Martis, calefacit autem & humectat, ſed quia calefa- 883. Saturni facies
ciendi vis præcellit, ideo fæcundi ad illam venti excitantur, hæc Ptolomæus, lib. de A- in locis frigidis.
ſtrorum judiciis. *Iupiter à Græcis Zeus, quaſi vitam dixeris, appellatur, & Iupiter ac*
Iuno à juvando dicuntur inquit, Leo Hæbreus dial. 2. de amore. De Jove inquit 884. Jupiter tem-
Hieronymus Cardanus: *Iupiter maximus eſt aſpectu, præter duo luminaria. Vene-* peratus.
remque à qua tamen parum vincitur eſtque lumine clarus, plenus, ac nitidus, tan- 885. Jovis no-
quam ſimilis Veneri, ut niſi quis Aſtrologus ſit, vix unum ab altero diſtinguere que- men. 886.
at. Vnde datam illius ſubſtantiam eſſe reor puramque & quaſi ex natura ſolis, ma- Cardanus de Jove. 887.
ximus præterea errantium excepto, ſole, quippe cujus globus centies & octies terræ & Jovis ſidus
æquæ machinam contineat. Hæc Cardanus. Jovis ſidus tam vaſtiſſimum, u- ſalubre ex temperatura.

tique non inutile, ſed fœcundum eſſe, & in inferiora influxus emittere, ſana ratio ſuadebit.

888. *Jovis ſalutares effectus.* Omnium autem Aſtrologorum conſenſu effluvia Jovis temperata ſunt, & humida propterea ex pluribus aquæ quam ignis partibus ea conſtare exiſti-
889. *Mel Joviale.* mandum & animadvertimus ejuſdem effectus in omni naturæ regno, in minerali quippe generat, corpora multo Mercurio & ſpiritu mollia, & ſplendida, in vegetabili regno expinguibus arvis & pratis efflorēſcere facit frugalia & homini cibum & potum ſuppeditantia. Mel Joviale præprimis colligunt Apes & qui ſiliginis, flores deſtillat inveniet largiſſimam Jovis eſſentiam, velut ex cœleſti cratere ambroſiam ſtillantem de quibus plura in Phyſico ſyſtemate. Ex animali regno gubernat bruta, greſſilia & reptilia, quæ in amæniſſimis fertiliſſimis locis degunt, influit tandem in corpora hominum qui mollis & temperatæ
890. *Mars Igneo Aromaticus.* naturæ ſunt, eosque temperamento laudabili atque optima conſtitutione exornat.

891. *Martis ſtella rutila.* Mars proximum ad ſolis orbem ſidus, ex aquoſa Pyramide facit Balſamica Sulphure ſtillantia effluvia, hinc Ptolomæus *Martis ſtella & arefacit & urit ſicut congruit igneo ipſius colori & vicinitati ſolari, cum ſubjectus illi ſit orbis ſolis.* Mar-
892. *Sulphuris ſpecies.* tis ſtella, copia reflexionis radiorum ſolis ſintillans apparet & rutila, & notabiles ſunt ejus effectus in inferioribus hiſce nimirum in ſolari calore & lumine Vi-
893. *Martiale ſulphur bituminoſum.* tam animantium conſiſtere omnibus Phyſicis approbatum eſt, jam autem ſunt adhuc diverſi calores, nimirum ſulphur oleaginoſum & acidum, illud ex aquis conſtans, hoc ex terra vel ſale. Martiale ſulphur reſinoſum vel bituminoſum
894. *Martiale venenum in cane rabido.* interdum ad tantum extremitatis gradum aſcendit, ut omnia comburat, corrodat, & devaſtet, ſicut apparet in Euphorbio & ſimilibus Plantis, itemque in cane, quem ſub marte eſſentiam acquiſiviſſe unanimiter referunt, hic martiali in-
895. *Canis marti ſacer.* felici velut fulmine percuſſus, in rabiem proſternitur, ſicque exceſſivo martis ſulphure ſuffocatur. Exinde forſitan veteribus canis Marti ſacer fuit, quod
896. *Rabies & Lycanthropia.* martiale virus in canes, lupos, quin imo in homines ſæviſſime ex æſtuet in rabie, Lycanthropia & ſimilibus morbis, de quibus in medica praxi.

897. *Sol ſidus temperatiſſimum.* Sol, mare ignis cœleſtis, unde reliqui Planetæ omnes lumen acquirunt, de quo Ptolomæus. *Animadverſum eſt naturam ſolis effectum habere caloris, paulatimque ſiccitatis.* Epicurus dixit, ſolem non eſſe niſi qualem apparet, ſcilicet
898. *Epicuri ſententia de Sole.* pedatem vel paulo minorem, ut refert Cardanus comment. in Ptolom. ſed ad corpus terræ, 166. vicibus majorem eſſe, isdem Cardanus in libro de ſeptem er-
899. *Cardani relatio.* raticis ſtellis refert. *Solem calidam naturam non habere affirmavit Democritus, igneas nubes eſſe putavit, Xenophanes ſolemque ex parvis igniculis fieri non negavit,*
900. *Philoſophorum ſententiæ de ſole.* *Thales terreſtres cenſuit, & ex terra illos quoque fabricatos Anaximenes, inquit:* Joh. Fr. Picus Mirand. in Exam. vanit. doct. gent. lib. 1. c. 12. *Pythagoras tanta veneratione ſolem proſecutus eſt, ut adverſus eum nefas eſſe dixerit latium effundere, quod*
901. *Phœnices & Ægyptii de ſole.* *præceptum ſumme obſervandum, Heſiodus adhortatur. Phœnices & Ægyptii Solem & Lunam ita Deos eſſe dixerunt, ut eos tantum gignendarum abolendarumq; rerum omnium cauſam affirmarent. Anaxagoras ſolem* μυδρὸν *hoc eſt ferrum candefactum eſſe, arbi-*
902. *Anaxagoras Euripides de aurea gleba ſolis.* *tratus eſt. Euripides Anaxagoræ diſcipulus cum eodem ſentiens, ſolem auream glebam appellavit,* Vid. Pier. Hierogl. lib. 44. fol. 433. De balſamicis ſolis effluviis non opus eſt multa repetere, cum partim in Elixire meo ſolis & vitæ, partim in antecedentibus & ſubſequentibus multa reperiantur. Sufficiat hoc quod non
903. *Subſtantiæ rerum quales* tantum omnia compoſita ex igne ſolis & ſiderum, nec non ex aquis Cœleſtibus & inferioribus, virtutem & vitam, ex Terra vero ſoliditatem & in inferiori
904. *Venus ſulphureo ſalino corpore conſtans.* mundo quietem habeant, quod Heſiodus optime agnovit, cum de fluminibus locutus eſſet, addit, hæc eſſe quæ mortale genus enutriunt, una cum Sole & Catullus:

Dum mulcent auræ, firmat Sol, educat imber.

905. *Venus Acidalia.* Venus ex terræ Pyramide prima, miſcens ſolis effluvia cum Sale centrali, exinde ſal copioſiſſimum, omnis fermentationis principium ſub acido ſapore gene-
906. *Sal Ægyptiis prohibitum fuit.* ratur, proinde etiam Venus Acidalia veteribus dicta, quod acidis rebus delectetur, laſcivosque acidos ſapores generet. Hinc Pierius Valerianus inquit. Æ-

gyptii

gyptii cum puritatem inprimis adamarent, ſal ſummo ſtudio rejiciebant, quod meram eſſe nequitiam intelligebant, cum propter calorem ſal irritare libidinem, ſeminalemque vim expergefacere, & acuere feratur unde ſalacitas petulantiæ nomen. Exemplo vero ſint 907. Salis uſus ad Salacitatem. *Oſtrea & conchylia, in hunc uſum à nepotibus ſummo ſtudio conquiſita. Quin etiam mures abroſo Sale prægnantes fieri tradit Ariſtoteles, ἁλιγενὴς præterea Venus, illique ſalacitatis ergo fanum ad portum maris Aruſpices poni, apud Veteres jubebant.* 908. Delectationes Humanæ variæ ſunt. *Et Marini Dei omnes laſciviores fœcundioresque ponuntur à Poetis.* Hæc Valerianus. Mirabile eſt in naturæ campo quod alii homines delectentur ſtudiis, alii Venationibus, bello, navigationibus &c. 909. Venerei homines. In hisque exercitiis omnes delicias mundanas quæritent, unde igitur tales naturales inclinationes provenirent? niſi à cœleſtibus corporibus, eorum effluvia nobis largiſſime conferentibus, unde Marcus Antonius Natta in libro de pulchro, de venereis hominibus ex veteri Poëta cecinit.

Felix quem Veneris certamina mutua perdunt,
Dii faciant leti cauſa ſit iſta mei.
Induat adverſis contraria pectora telis,
Miles, & æternum ſanguine nomen amet.
Quærat avarus opes, & quæ laſſavit eundo
Æquora, perjuro naufragus ore bibat.
At mihi contingat Veneris langueſcere motu
Cum moriar medium ſolvar & inter opus.

Non etiam inter homines tantum ſalacitas admirabilis, ſed magis inter bruta 910. Animalia Venerea. reperitur, quid de Capra, Cerva, Columbis, obſervatum fuerit. Zoologorum ſcripta repleta ſunt. 911. Veneris currum trahunt Paſſeres.

Paſſeres & eorum ova & cerebella ad excitandam Venerem à Medicis exhiberi, jam olim inter Ægyptios notum fuit, qui Veneris currum à Paſſeribus trahi confinxerunt. Memorabile eſt illud Galieni Auguſti qui dum ſponſos 912. Galieni Auguſti votum ad Sponſos. jungeret dixiſſe fertur.

Ite (ait) O Juvenes pariter ſudate medullis,
Omnibus inter Vos, non murmura veſtra columbæ 913. Mercurius Salino temperatus.
Brachia non Hederæ, non vincant oſcula conchæ.

Mercurius, ex terreſti Pyramide ſecundus, craſſius ſal venereo generat quod nitroſum in aëre volitans reperitur, & levi opera ſub dio attrahitur, & concentratur. 914. Mercurius fere à ſole ſemper combuſtus. Eſt autem Mercurius ſemper ſoli vicinus, & propter fulgorem ſolis raro, aſpectabilis, propterea Joh. Franc. Picus Mirandul. lib. 5. prænot. c. 6. inquit: *Mercurius pilleatus deſcribitur, quia cum non diſtat plus triginta gradus, aut circiter à ſole, videtur illi ob vicinos ardores opus eſſe Galero;* 915. Nitri aërei cum ſole tranſitus ex plaga ſeptentrionali. Propter ſolis propinquitatem etiam accidit, quod ejus nitrum ſole à nobis ad meridionalem plagam recedente, fere nullum, aut paucum in aëre reperiatur, namque quam primum Sol tropicam capicorni lineam transgreſſus, cum Venere & Mercurio faciem benignam nobis præmonſtrat, ſtatim in hiſce Borealibus Regionibus, etiam 916. Spiritus univerſi vulgo. ſub nive & terra conglaciata, pullulant in inferioribus plantæ, animalia fere cuncta incipiunt congreſſus Venereos, avesque domeſticæ parturiunt ova, ſicut ſolis ſiderei virtus, quam vulgo univerſi ſpiritum appellant, in hiſce Regionibus manifeſtiſſima ſit. 917. Salis Mercurialis effectus Dum vero à Tropico cancri ſolis orbis nos deſerit, quæ non à terra prodierunt viridia, non amplius illius anni curriculo ad florem pertingunt, ſed quæ jam adulta & florida exiſtunt, lente ad maturitatem & occaſum deflectunt. Ex quibus operationibus naturæ ſalis ſiderei manifeſtæ operationes deprehenduntur.

Luna ex terreſtri Pyramide infima, ſolidius & magis opacum corpus 918. Luna Salino terreſtri. quam reliqua omnia ſidera acquiſivit, de qua Ptolomæus: Luna propterea quod proxime ad terram fertur, unde humidæ exhalationes exeunt, plurimum madefacit, atque ita prorſus ſubjecta corpora potiſſimum & mollia reddit, & putrefacit. Habet tamen propter illuſtrationem Solis etiam calefaciendi 919. Lunaria effluvia qualia ſint? communicationem. Lunaria ſalina effluvia in rore potiſſimum animadvertuntur, propterea Luna creſcente, omnia vegetabilia celeriori impetu à terra excre-

920. *Lunæ mutationes notabiles.* excreſcunt, quam Luna ad Solem recedente. Propterea Jo. Franciſcus Picus
Mirand. inquit. *Luna vetere (ex Plinii & Varronis ſententia ellicitur) de creſcente*
ſcilicet, frumenta metantur, cedantur ligna; tondantur oves & capilli, verres, Iuvenci,
hædi, Arietes emaſuclentur, nova ſupponantur ova, calcentur muſta, cum Luna ſub terra,
ſeminaria cum ſupra eſt, fiant; quorum omnium cauſa eſt multitudo & paucitas luminis
921. *Ariſtoteles de Luna.* *lib.* 3. de prænot. c. 6. In rore autem à Lunari ſale impregnato, omnium rerum
fertilitatem exiſtere; docet ſacer textus, Gen. 2. verſ. 6. Unde Ariſtoteles in-
quit: *Luna eſt principium generationis propter ſolis ſocietatem, receptumq; lucis, fit enim*
quaſi alter ſol minor ideo conducit ad omnes generationes & perfectiones. Ariſt. de gen.
922. *Quare Luna humectet? Secundum Ptolom.* anim. 4. c. 4. Luna autem cum ex Salino terreſtri corpore conſtet, ut omnium
Philoſophorum communis opinio; quare ſecundum Ptolomæum humectet,
merito à nonnullis quæritur? Et reſponderi poteſt, cum ſidus terræ maxime
propinquum ſit, accidere, ut motu ejusmodi vorticis rapidiſſimo, non tantum
923. *Quare à Luna putredines oriantur?* aër propinquus, ſed & meteora verſus terram vagantia velociori impetu mo-
veantur, ſicque ad terram & mare repellantur, exinde non tantum vi motus, ſed
& propriis effluviis aërem replere, ſicque mare & flumina turgeſcere poſſet effi-
924. *Sal lunare corpora ad putredinem movens.* cere. Cum ergo Luna nobis vicina, humoribus imperet, ab ipſa putredines
excitari, ſtatuit Ptolomæus, Putredo autem eſt naturæ cujusdam rei contraria
fermentatio, facta à fermento naturam ſuperante & corrumpente unde quod
925. *Fuge Lilit Hæbreorum.* ſupra de aëre diximus, quod nihil ſempiternum ſit, apparet jam, quod ex efflu-
viis Lunæ ferinum ſylveſtre ſal deſcendat, quod corpus noſtrum variis mutatio-
nibus afficiat, & tandem per putredinem corrumpat. Propterea Hebræorum
926. *Lunares influentiæ interdum corroborant.* obſtetricum conjuratio, fuge Lilit, parturientium portis inſcripta לילית enim no-
ctem noctuam, nycticoracem, onocentaurum, & Lamiam denotat, uti optime
notavit Elias Hutterus in Dictionario Harmonico Biblico. Si vero Lunares
927. *Occultus vitæ cibus in rore.* influentiæ in fortiori corpore recipiantur, illud mirabiliter corroborant, & con-
fortant, exinde non tantum de nocturno rore nobiliſſimi Spiritus, humano cor-
pori ſalubres præparantur, & ſale ejusdem roris, mineralium corpora ſolidiſſi-
ma reſerantur, ſed & occultus ille vitæ cibus, de quo ſendivogius in Lunaribus
influentiis coagulatur, ut de rore Cœli ſpiritibus impregnato, panacæa vitam
diutiſſime conſervans præparari poſſit, quam Ægyptiis notiſſimum fuiſſe Iſocra-
tes dudum retulit.

928. *Summa noſtræ Aſtrologiæ.* Jam autem videbimus quousque Aſtrologia noſtra recedat, & dicimus
primo, omnium ſiderum nonæ ſtellarum fixarum Spheræ, eſſe unum eundem-
que homogeneum effectum, ſcilicet inferiora movere, & calefacere vel igne in-
formare. 2. Proximæ ſubſequentis Spheræ aquarum ſupra cœleſtium munus
eſſe, ſpiritu vivifico virtuoſiſſimo omnia conſervare & nutrire. 3. Planetarum
officium à Deo ordinatum eſſe, rebus inferioribus generationis & corruptionis
viciſſitudines fluxus & refluxus ſuppeditare.

929. *Planetarum influentiæ quales ſint?* Saturni enim influentiæ ſunt ſidereo aquoſæ, in Peripato frigus, Jovis ef-
fluvia ſunt melleaginea, fructuoſa. Martis ſulphur eſt reſinoſum aromaticum
Solis Balſamum eſt omnium temperatiſſimum, velut anima Mundi, omnibus
æque vitam & virtutem ſuppeditans, Veneris fermentum eſt ſulphureo acidum
Mercurii ſpiritus eſt Nitroſo volatilis, Lunæ denique nectar eſt ſal omnis fertili-
tatis, cum rore è Cœlo diſtillans, unde Catullus Poëta.

Tu Lucina dolentibus — Te curſu Dea menſtruo
Juno dicta puerperis — Metiens iter annuum
Tu potens Trivia & noto — Ruſtica agricolæ bonis
Dicta lumine Luna — Tecta frugibus exples.

930. *Reliqua in Aſtrologia vana ſunt.* Reliqua quæ in Aſtrologia traduntur, pleraque vana, ſuperſtitioſa & inutilia
931. *Tria cognitionis humanæ principia.* ſunt; Tria enim in omnium rerum cognitionem nos perducunt. 1. Revelatio.
2. Divina inſpiratio. 3. Senſuum perceptio. Quæ igitur in divinis literis
932. *Concluſio contra vanam Aſtrologiam.* non manifeſtata, nec ab Eccleſia traducta ſunt, omnino non pro canonicis &
fide dignis rebus habenda erunt. Secundo quæ in mente noſtra per divinæ
imaginis reliquias nobis à Deo non infuſa, ſed potius à Diaboli aſtucia & falla-
cia ſuggeſta, ea omnino rejicienda ſunt. Tertio quæ nec ullo ſenſuum judicio

unquam

unquam percipi, & aperte declarari potuerunt, ea pro vanis fictis & deliran-tium inſomniis æſtimanda; ſed Aſtrologia quæ de Fato, fortuna, vel infortunio hominum, ex partu & conceptione, de bello & interitu hominum, de ſtatu religionum & rerum publicarum, loquitur, & emetitur ſupremi Cœli gradus & receſſus; ex quibus fallaciſſimis principiis, & omnino incognitis, demonſtrationes certiſſimas deducere, & rerum infallibiles periodos determinare intendit; omnino ultra omnes ſacras revelationes, ultra mentis vires, & ultra ſenſuum limites, de rebus ex intelligibili ſpirituali mundo quæ à liberrimo DEI arbitrio dependent; ſtulte & vane philoſophatur; Ergo omnino rejicienda & damnanda erit.

Damnata & rejecta etiam eſt vana illa gentium Aſtrologia ab omnibus ſanctis ſcriptoribus, Moſe, Prophetis, & Apoſtolis. Moſes inquit Gentes Augures & divinos audiunt, Tu autem à Domino DEO aliter es inſtitutus Hieremias inquit, à ſignis cœli nolite timere, quæ Gentes timent. Eſaias dixit; ſtent nunc & ſalutent te Augeres Cœli. Hiob, nunquid noſti ordinem Cœli &c. Paulus, videte ne quis vos decipiat per inanem philoſophiam &c. Quibus omnibus ad verbi divini regulam & ex ea ſapientiam noſtram dirigendam monemur. 933. Aſtrologia rejecta à ſanctis ſcriptoribus.

Relegatam etiam & repudiatam eſſe Aſtrologiam ab omnibus ſanctis Patribus, Baſilio, Ambroſio, Theodoreto, Chryſoſtomo, Bardeſano, Enſelao, Didymo, Apollinare, Tertuliano, Hieronymo, Severiano, Auguſtino. Nec non ab antiquiſſimis Philoſophis, Pythagora, Democrito, Favorino, Panætio, Cicerone, Seneca, Carneade, Bione, Epicuro, Platone, Ariſtotele, tandem etiam à Plotino, & Porphyrio, Averroe, Avicenna, & omnibus ſana ratione valentibus, ſcribit Johann. Picus Mirandulanus lib. 1. adverſus Aſtrologos. 934. Relegata ab antiquis Patribus. 935. Repudiata à Philoſophis.

Zoroaſtris libros, ex quibus venerandam Aſtrologiæ ſenectam reducere volunt, ſuppoſititios & ab Hæreticis gnoſticis introductos eſſe, isdem docet Mirandulanus; refert etiam Jacobus Gaffarellus, ex Hæbreorum & Perſarum antiquiſſimis traditionibus; *Zoroaſtrem tanta probitatis, & in numen reverentiæ fuiſſe, ut qui inter eos religioſiſſimi haberi volunt aſſidue librum, cujus Author fertur quique inſcribitur, Melemcheit Haland, id eſt regnum Dei, manibus terant.* Curioſit. in audit. part. 2. cap. 3. Libros de proprietatibus Elementorum Ariſtotelis, de vacca magi Platonis, de vetula Ovidii de necromanticis imaginibus D. Thomæ de annulis Ptolomæi multa opera Alberti, librum de prognoſticis ægritudinum ex ſiderum curſu Hippocratis, omnia hæc ſuppoſititia & ab impiis hominibus excogitata; & piis falſè adſcripta fuiſſe, demonſtrat Joh. Picus Mirandulanus. Quod ſi ergo ipſorum authoritates aranearum telis ſuſpenſæ, rationes falſæ, & veritati contradictoriæ ſint, & eorum oracula nimis generalia & fati vel fortunæ veſtigiis inſiſtant, quid de tali ſapientia vel ſcientia judicandum erit? 936. Suppoſititiis ſcriptis ſemper fundata fuit. 937. Zoroaſter probus, non magus Diabolicus. 938. Libri ſuppoſititii Ariſtotelis, Platonis, Ovidii, D. Thomæ, Ptolomæi Alberti & Hippocr.

Manent igitur vera tantum, quæ in ſacro codice revelata, ſenſibus noſtris apprehenſa, & probata, ac mentis lumine pro veris agnita & confirmata ſunt. Namque veritas ſolis orbem imitatur; qui ſemper ſplendidus, purus & unus eſt. Aſtrologia autem velut Protei vultus, ſingulis diebus mutatur; *Nam Aſtrologiam antiquam Ptolomæus rejecit, Ptolomæi Albamat, abjecit, & ſic alii alios, inquit Iohann. Picus Mirandulanus* lib. 2. ad verſ. 9. Aſtrol. cap. 6. ſed ut Aſtronomia noſtra eo clarior fiat, ſtatuimus ex ſacro textu, Deum accepiſſe materiam in principio ad abyſſum latitantem, Aquoſo-Terreſtrem, ſicque ſeparata hac mole maſſæ terreſtris, quam inhabitamus, aquarum congregationes, quarto die in certa ſidera diſtribuiſſe, & formaſſe ſtellas ſeptem erraticas, certis corporibus inſignes, cuique materiæ certam determinationem quantitatis figuræ & motus imprimens, ut ſic in primæva ſtatione manere, omniaque ejus effluvia ad eundem activitatis materiæ terminum redire poſſint. Exempli gratia Saturni effluvia non poſſunt in recurſu manere in Sphæra Lunæ, Solis, aut Jovis, ſed tenuitate figuræ corporis ſtatim aſcendunt ad maſſam Saturni, & ſic 939. Veritatis hiſtoricæ fundamenta. 940. Veritas ſolis imago. 941. Quomodo ſidera facta ſint? 942. Quomodo effluvia ad Sphæras revertantur.

 de cæ-

de cæteris, ſicque conſervantur corpora cœleſtia in ſua puritate, integritate & eſſentiæ ſplendore.

Materiam ſiderum quod ſpectat, in ſupremo cœlo ſtellato ignem puriſſi-
943. Materia ſiderum ſupremorum qualis?
mum,extra Sphæram, inviſibilem demonſtrat quod propter naturæ ſimplicitatem pro informatione totius mundi,non pro illuminatione creatus ſit. Planetæ enim ut inter diem & noctē dividant,creati ſunt. Homogeneā autem eſſe illam
944. Homogenea eſt omnis materia ſiderum ſupremorum.
ſiderum materiam deducendum erit, ex uniformi ipſorum motu & ordine, ex lucis & ſplendoris æqualitate, & ex effectibus Harmonicè conſonantibus. Cum enim ab Aſtronomis plures ſtellarum fixarum motus referantur, quos recenſet Joh. Picus Mirand. dicens: *Ægyptii & Chaldæi, denique vetus omnis ſententia ſtellarum verrantes uno tantum motu moveri putant, diurno vocato Hypparchus*
945. Motus ſiderum ſuprem. uniformis.
unum introduxit, quo raperentur ab occidente in orientem, contra Proclus ait, non moveri niſi uno motu, diurno ſcilicet; Thebis ait, moveri verſus auſtrum & aquilonem & de tempore varie varia digladiantur invicem, ſuper quibus & ſi nihil ego definio, unum ta-
946. Lucis ſupremorum ſiderum inæqualitas.
men elicio, nihil certi definiri poſſe. lib. 9. c. 11. in Aſtrol. Lucis aliquam inæqualitatem quidem in ſideribus ſupremis animadvertere licet, ſed prout alia longe ſublimiora & minora eſſe deprehendimus, ſic ad oculum & ſenſus fallaces eſſe
947. Effectus ſiderum æquales.
judicamus. In effectibus ſiderum magnam diſparitatem prætendunt Aſtrologi, ad quatuor Elemenrorum triplicitates referendo, & ſic Leonem calidum
948. Quare ſidus leonis calidius ſit reliquis?
piſces frigidos &c. vocando. Sed cum in cognitione primorum elementarium corporum graviſſime aberrent, neque leonem calidiorem eſſe reliquis unquam defendere poterunt, cum in ſeptentrionalibus hiſce regionibus Leo ver-
949. Planetarum corpora non ſolida ſed fluida.
ticali puncto proximior ſit, quam reliqua ſidera, & ad tropicum cancri ſole noſtram plagam exiccante & adurente, ſolaris virtus propter ſiccitatem magis in leone quam in aliis ſignis animadvertetur.

Planetarum vero corpora non ſolida ſed fluida, & velut aquoſa eſſe, ſacer
950. Planetæ non ex quinta eſſentia conſtant.
textus intimat nimirum qui per maria deſcribit, ſed corpus unius Planetæ altero ſolidius eſſe, ipſe aſpectus declarat. Corpora autem Planetarum ex quinta eſſentia conſtare nobis unquam imaginari non poſſumus, cum aliud corpus ſolis eſſet, aliud Saturni & Lunæ in eſſentiis diverſa, ſicque non quinque ſed fere innumeræ eſſentiæ in Cœlo eſſent, & ſublunaria rebus noſtræ naturæ adverſis
951. Eſſentia ſiderum neq; Senſibus neque electione prædita eſt.
conſervarentur, quod abſurdum. Inſuper illa quinta eſſentia à nonnullis excogitata pro immateriali & animata, ſenſibus & electione prædita laudatur; cum autem ſidera noſtris ſenſibus obvia, quanta & mobilia eſſe cognoſcantur, & eorundem effluvia, præprimis ſolis Balſamum manibus palpandum ſeſe offerat, quid de immaterialitate ſentiendum erit? ſidera animata & facultate ſenſitiva
952. Sidera ab Angelis moveri nonnulli exiſtimant.
& eligente præſtantia eſſe, SI QUIS aſſerere velit, pro Hæretico & inſano Oreſte habendus eſſet. Quamvis ſidera ab Angelis moveri, non tantum Dyoniſius docuerit, ſed & Cryſippus exinde fatum defendere conatus fuerit, ut refert Pierius Valer. Hierogl. lib. 44. fol. 437.

953. Planetarum corpora ex igne aqua & terra conſtant
Planetarum ergo corpora ex igne aqua & terra conſtare, non tantum autoritatibus, præprimis ſacræ ſcripturę & veterum, ſed & rationibus ſupra ſtabilivimus, aquas autem illas Saturninas noſtris inferioribus longe ſubtiliores eſſe, & fere ad ſupra Cæleſtium aquarum naturam accedentes, demonſtravimus. In
954. Duplicium aquarum differentia.
eoque duplicium è Cœlo deſcendentium aquarum differentiam eſſe, quod aquę à Deo fotæ ſine omni ſenſuum læſione corpora ingrediantur, Saturni vero effluvia frigore ſenſus afficiant, ſicq; longe temperatiora ſunt effluvia Jovis, quæ plus
955. Planetarum vires.
de igne ſolari participant, & jam ardentia fiunt Martis olea, quæ propter aquarū cum ignis copia, penetrantia, & vehementia ſunt. Sol autem ex omnium æquili-
956. Solis univerſalis virtus.
brio factus, in minerali regno aurum progenerat, tali rerum mixtura compactum & perfectum metallum, ut ab omni putredine marcore & corruptione liberum
957. Panacæa ex Sole.
ſit; in vegetabili regno profert Plantas & arbores, Cœleſti virtute turgitas. In animali deniq; ſuſtentat, fovet & recreat illud Cœleſte vitæ Balſamū, quod ſiderum Elemenro analogum eſſe Ariſtoteles declaravit, & tandem ſi contra morbos & mortem ullum prophylacticum remedium naturali virtute acquirendum eſſet, non alibi niſi de Sole depromendum foret, Venus & Mercurius velut Solis

ſatelli-

ſatellites ſpirant ſalina effluvia, Venus quidem fermentum totius naturæ,
ex ſulphure ſolari & ſale volatili conſtans, quod in omnibus rebus compoſitis
reperitur, de quibus in Phyſicis multa dicenda erunt, manifeſtum etiam eſt
illud acidum in corde hominis fermentum, quo mediante omnes concoctio- 958.
nes, digeſtiones, nutritiones, & evacuationes abſolvuntur, Mercurii vero Fermentum univerſale.
longe ſolidius ſal, pro ſpiritu influente in humano corpore elaborando confert 959.
ita ut ſi vel parvo ſpacio animantia ſale ejusmodi mercuriali deſtituantur, Sal Macro & Microcoſmi.
vita velut pondere in horologio ablato, paulatim eſſet, ſpiritibus ſurſum de-
orſumque à corde evacuatis, & per corporis poros ad ſidera recedentibus.
In vegetabili regno Mercuriale ſal maximas vires ſuppeditare, & quomodo
ex omnibus Planetis ſal illud Mercuriale vel in ſolido, ſcilicet ſalis forma,
vel in fluido, velut ſpiritu extrahi poſſit? Clariſſime in Phyſicis docebo. Lu- 960.
na denique in rore exhibet lac luminoſum, nutritionis cœleſtis fontem, cum- Lunæ effectus.
que lumen ejus ex ſole deſcendat, pulcherrimum aurum ex rore extractum 961.
multi invenerunt, Rorem autem ſole ad æquatorem feſtinante in plenilu- Roris eſſentia mirabilis
nio ſi collegeris, & chymica arte examinaveris inveſtigabis tandem omnium virtutis.
ſiderum & totius naturæ vires, cum Luna velut infundibulum cœli, nun-
quam ſatis mirabiles virtutes contineat. Sed de Aſtronomia hiſce ſatis, plu-
ra occurrent in Phyſicis, & Aſtrologia ad normam horum
principiorum proxime Deo volente
divulganda.

CAPUT

CAPUT V.

OPUS CREATIONIS V. DIEI.

SECTIO I.

Verſ. XX.

DIXIT ETIAM DEUS, PRODUCANT AQUÆ REPTILE ANIMÆ VIVENTIS ET VOLATILE SUPER TERRAM SUB FIRMAMENTO COELI.



962. Creationis ordo à ſimplicibus ad animata ſimpliciora. 963. Quare piſces jeuniorum tempore permiſſi fuerint? 964. Ordo ciborum apud Ægyptios.

ויאמר אלהים Et dixit Deus: Nunc ſideribus & lucernis cœlo impoſitis, Deus ad animalis regni creationem acceleravit, exornans quinto die mare & terram volatilibus & reptilibus, velut omnium ſimpliciſſimis animantibus, quæ ex tenui corpore & pauco animali ſpiritu conſtant, ut ex ſimpliciſſimis ad compoſita & perfecta, ordine primitus ſuſcepto progrederetur. Exinde reptilia & piſces ab antiquis Eccleſiæ Doctoribus jejuniorum temporibus pro cibo permiſſa fuerunt, quia poſt herbas & olera primum locum obſervant, neque corpus ſaginant aut obeſum & voluptuoſum reddunt, hinc Diodorus primum ex radicibus, ſecundum ex piſce Cibum apud Ægyptios fuiſſe refert.

ישרצו Jiſchrezu producant, abunde progenerent המים Aquæ, in duali nu- 965.
mero ſupra & infra cæleſtes denotando, ſic ut iſtæ ſpiritum, hæ vero locum & Cœleſtium
cum Cœli & terræ concurrentibus effluviis corpus conceſſerint quæ virtus ſpi- & inferio-
ritualis vivifica à Divino ſpiritu ſupremas aquas ſavente proceſſit, ut ſupra ex- rum aquarum concurſus in piſcibus.
poſuimus. *Exinde piſciculos pro animabus, Vulcano conſecratos fuiſſe, propter Elemen-*
torum, quam continent puritatem, ex Feſto Pompejo refert Pierius Valerianus, Hie-
roglyph. lib. 31. mandavit igitur Deus aquis non ſolum infra cœleſtibus, ſed & 966. Piſces animabus ſacri.
ſiderum aquis luminoſis, & ſupremis criſtallinis vivificis, ut ad novi operis pro-
ductionem accurrant. Hinc piſcium ſubſtantiam non ex aqua noſtra marina 967. Piſcium ſub-
conſtare, Chymicorum ſchola experta eſt, ſed omnia naturalium rerum princi- ſtantia ex
pia continere, reſolutionibus invenit. Namque piſces ex axungia, & ſangui- quo conſtet.
ne ſulphureo, liquore mercuriali & corpore ſalino conſtant, & fermentatione
in ſal volatile, oleum, ſpiritum & cineres redigi poſſunt. Concurrentibus ergo 968.
ex mandato Dei his omnium Cœli & terræ aquarum ſcaturginibus ſapientiſſi- Quomodo
me derivatis, ſubſecuta eſt ſigillorum Creatoris impoſitio & impreſſio Idearum Piſces ex a-
omnium & ſingulorum reptilium & volatilium, ita ut nunquam niſi ſublata quis creati fuerint.
Creatoris manu ſuſtentante, poſt ſecula tandem Characterem illum amittere 969.
potuerint. Impoſito autem divinæ ſapientiæ charactere, ſtatim ſubſecuta fuit Vita piſcium qualis?
vita, vel influxus vivificantium aquarum ſupra cœleſtium, & aquarum ex cor- 970.
poribus Planetarum redundantium virtutes determinarunt diverſas eorum o- Ex ſideribus
mnium actiones ut quædam ejusmodi animantia fuerint tarda, læta, ſegnia ra- influit.
pacia &c. variis coloribus, figuris & ſignaturis variegeta, prout ſubſtantiam &
naturæ eſſentiam acquiſiverunt. Propterea Ideis hiſce & Characteribus na- 971.
turæ inclareſcentibus non opus erit confugere ad occultos animorum brutali- Occultæ ani-
um latices, cum naturalium vitæ ciborum, membrorum, armorum, omnium- mantium formæ mani-
que rerum uſum, harmonicus naturæ concentus, Divinusque Magiſter implan- feſtæ fiunt.
tarit, ut propterea non cum artificum automatis natura comparanda ſit, ſed 972.
cum æterni Creatoris & Conſervatoris providentia explicanda, qui prout opus Ideæ rerum Divinæ ſunt.
Idealiter, formaliter, eminenter, pulchrum produxit, illud à conſtanti formo-
ſitate nunquam mutabilis minime diſcedere, ſed in ſecula conſervare voluit.

שרץ נפש חיה Reptile Animæ viventis & ſeſe recreantis נפש enim καταπνέειν 973.
recreare ſignificat, unde נפש Anima, vita, & ſanguis, citante Elia Huttero dictio- Vita eſt re-
nario Harmon, Bibl, Quid vita vel recreatio animantium ſit? Paucis quæren- creatio in mundo.
dum erit. Vitam in organica diſpoſitione corporis membrorum conſiſtere, o- 974.
mnes Medici affirmabunt, ſed vitam in ſimul à Cœli & ſiderum influxu depen- Vita ab orga-
dere non negabunt, dum peſtilenti vel maligno miaſmate infectus aër, brevi nis & ſiderum influxu
tempore miſerandam hominum cladem efficere, & nullum animal recenti aëre dependet.
deſtitutum in cavernis terræ occluſis vitam diutius protrahere poſſit, namque
etiam in piſcibus non reſpirantibus experiri licet, quod denegato Cœleſti pabu-
lo ſub glacie emoriantur. Hinc vita eſt actus corporum organicorum naturæ 975.
totius effluvia recipiens & expellens. Cum vero corpora quò ſublimiora & Vita quid ſit? 976.
majora fortiorem activitatis Sphæram agnoſcant, Planetarum vortices immen- Planetæ ſunt
ſurabiles non levem in inferioribus actionem & mutationem ſuſcipiant, ſublu- animantium
narium vita pro tam efficaciſſimo corporum Cœleſtium influxu miras varieta- vitæ primaria cauſa.
tes, & periodorum cum Cœlo decurrentium viciſſitudines habebit, quod in pi-
ſcibus præprimis ad lunæ deliquia in cancris & Oſtreis manifeſte reperire licet,
de quibus inſequenti ſectione plura.

ועוף יעופף Et volatile volans πτηνόν, cujus deſcriptionem Ariſtoteles dedit 977.
hiſtor. Animal. 2. cap. 12. dicens: *Avibus omnibus ineſt caput, collum, dorſum &* Aves quæ-
ſupina pars corporis & quod pectori proportionatur, crura bina hominis modo, ſed quæ in nam vocen-
averſum flectuntur, ut quadrupedes, carent manibus & pedibus prioribus, Alas poſſident tur.
& clunem femori ſimilem longiorem ventremque mediotenus porrectum cohæſione perpe-
tua. Aves ergo ex aquis omnipotenti creatoris virtute ortum duxerunt, hinc 678.
non mirum eſt, hirundines hyemali tempore in lacubus repertas, in aquis vitam Hirundines
frigore ſopitam conſervare poſſe, referunt enim quam plurimi, eas autumnali hyemali tempore in
tempore circa paludoſa loca ſeſe congregantes, aquis immergere, & ſic ſine aquis degunt

cibis & omni motu animali deliteſcere, usque dum ſole vernali tempore eas reſuſcitante in apricum prodeant; & Societatis amore cantuque delectentur.

979. Anſer Clakis ex ligno & mari naſcitur. Exinde etiam notabile eſt, quod aves in aquis generentur præprimis de Anſere Claki refert Cardanus talia: *In Hebridibus Clakis anſeris genus naſcitur, quod vulgo ex arboribus naſci creditum eſt, quæ tamen de illis Hector, Boetius refert, nunc ſubijciam (inquit) nam de Claki ave vim generandi potius mari quam arboribus ineſſe crediderim, variis enim modis, verum ſemper in mari eam provenire conſpeximus. Etenim ſi lignum in id mare proijcias, temporis tractu primum vermes, ex cavato ligno naſcuntur, qui ſenſim enatis capitibus, atque alis, plumas poſtea edunt, demum anſeribus magnitudine æquales cum ad juſtam pervenerint quantitatem, Cœlum petunt avium reliquarum more delati per aera alarum auxilio non ſecus ac remigibus. Id quod luce clarius, Anno à partu virgineo Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo plurimis ſpectantibus in Butguhania viſum eſt, nam cum in Beths lege caſtellum fluctibus hujusmodi lignum ingens delatum eſſet rei novitatem qui primi conſpexerant admirantibus, ad loci illius Dominum accurrentes, rem ipſam nunciant 15. adveniens trabem ſerra dividi jubet, quo facto ingens confeſtim apparet multitudo partim vermium alis adhuc rudioribus, aliis membra quidem formata habentibus, partim etiam jam formatarum perfectè avium, inter quas quædam plumas habebant, aliæ adhuc erant implumes* hactenus Cardanus lib. 7. de rerum variet. cap. 36.

980. Aves omnes in terra habitant. על הארץ Supra terram, exinde facilis educitur ratio, quod cum plurimæ aves ſupra mare & aquas volitent, quare victum de terra quæritent, nidos in terram reponant, Aves nonnullæ ad maris confinia ova ſolarium radiorum reflexioni littori & arenæ exponunt, ibique pullos excludunt. Unde Ariſtoteles inquit: *Aves aquaticæ omnes juxta paludes & loca herbam habentia nidos faciunt, quo fit, ut vel occupatæ negocio incubandi poſſunt ſumere cibos, nec omnino inediam laborent.* hiſtor. animal. 6. cap. 8.

981 Aves in inferiori aëris regione volitant. IN FACIE FIRMAMENTI COELI. על al, Hebræis in & ſupra denotare, Lexicographis notiſſimum eſt. Exinde cum prius vocabulum ſuper terram, rem ipſam determinet, aves in inferiori aëris regione habitare neceſſario ſequitur. Hinc abſurda & magna fuit illa cu-
982. An in ſuprema Aëris regione Aves reperiantur? jusdam perſuaſio, qui retulit, in ſuprema aëris regione reperiri peculiares aves noſtris inferioribus longe formoſiores, quas neſcio qua fiſtula accerſivit, & nunquam viſas vel auditas aves, noſtratibus majores oſtentavit. Præter quam enim nec in hiſtoriis quicquam de iisdem relatum fuerit, animalia ob denegatos cibos & habitacula in aëre radiis ſolaribus fervido, nulla exiſtere poſſe, naturarum impoſſibilitas requirit, atque idem abſurdum eſt, ac ſi quis cum ſternigukuio, vel volante illo viatore Lunatico in Planetis certa animalia, præſertim in Luna novum terrenum globum ſtatuere velit, unde aves tam peregrinæ Icarico volatu ad nos permeare poſſint, hos nihil niſi cachinum mereri exiſtimo.

SECTIO II.

Verſicul. 21.

CREAVITQ; DEUS CETE GRANDIA ET OMNEM ANIMAM VIVENTEM ATQ; MOTABILEM, QUAM PRODUXERANT AQUÆ IN SPECIES SUAS. ET OMNE VOLATILE SECUNDUM GENUS SUUM, ET VIDIT DEUS QUOD ESSET BONUM.

983. Verbum ברא mirabilem productionem denotat. ET CREAVIT DEUS Verbum ברא prout in principio Creationis denotat productionem rei ex nihilo, ſic in hoc loco mirabilem animalium corporum extractionem & ædificationem deſignat. Animalia autem hæc aërea & Aqua-

& Aquatilia, velut prima viventia & organis compoſitis exornata, peculiari
providentia à Deo producta fuiſſe, oſtenduntur. Hac forſitan de cauſa Ægy- 984.
ptii Deum Eneph Summum univerſitatis creatorem pingebant, ovum exore Eneph Deus
producentem, non tantum quod ſingulari adhibita cura animalia produxerit, Creator Ægyptiorum.
ſed quod humano generi ſpiritum oris inflaverit. Ovum inſuper denotat re- 985.
rum novam generationem, quam quinto die Animalium creatione primitus In ore ovum
fundatam fuiſſe, patet, quod ea quæ quatuor diebus præcedentibus producta tenens & excernens.
fuerunt, ſemper eandem rerum faciem & conſtantem harmoniæ ordinem
conſervent.

את התנינם Cetos, Balenas, Dracones, Hydros, Thunnos, & innumera 986.
freti animantia Deum creaſſe ſacer textus oſtendit, הצד לום ſignificat magna Monſtra maris maxima.
ejusmodi monſtra, qualia Cardanus deſcribit, *reperiri in orientali parte, Indici
maris, juxta caput S. Auguſtini, ex cauſa quod ibi Occeanus maxime pateat, & Cœlum
Scythicum & aſperum, rarique homines, & ferinis moribus qualis piſcis monſtroſi generis
Orthragoriſcus, adeo magnus, ut ad cetaceorum naturam accedat, ovi figura, cute aſpera,* 987.
argenteique Coloris, ore & oculis parvis, latis dentibus, qui grunnit captus ut porcus, feri- Orthragoriſcus.
*ni odoris, abundans multa pinguedine ut ſus, noctu lucens, ut Rhondoletius referat, ab
ejus nocturno aſpectu perterritum ſervum ſuum auffugiſſe. Orca Sæva maris bellua.* 988.
quæ balenam proſequitur, eamque aut interficit, aut ad littus adigit. Phyſeter lon- Orca.
ga centum paſſibus & longior viſa, hoc monſtrum trux eſt, inquit Cardanus, & na- 989. Phyſeter.
vibus periculoſum lib. 7. de rerum varietate. De cetis ſic ſcribit Albertus
magnus lib. 24. de animal. cap. 1. *Cetus eſt piſcis major, cujus fœmina Balena* 990.
eſt, & eſt multorum generum, alii hirſuti & ſunt maximi, alii planæ pellis & mi- Cetus.
nores: Majorum fovea oculi unius, capit quindecim homines & aliquando viginti, 991. Balena.
*os habet magnum cum ſpirat evomit multam aquam, ut naviculas impleat & ſub-
mergat, Caudam biſurcatam habet, cujus latitudo eſt plusquam 24. pedum. Ex-
pertum eſt hunc piſcem diviſum, eſſe onus trercentorum curruum, tam in carne
quam in oſſibus. Habet virgam intus, & teſticulos, & emittit Virgam tem-
pore coitus, & ut mulier habet vulvam fœmina. Ejus ſemen quod eſt mul-
ti ſeminis, non totum concipitur intra vulvam, quæritur à Medicis & Am-
phora vocatur, & eſt precioſum contra guttas & Paralyſin. Ex oculo unius* 992.
ceti undecim lagenæ ſanguinis eductæ fuerunt tempore Alberti & lagena una Sperma Ceti.
vix portabatur ab uno homine. Hæc Albertus Magnus.

ואת כל נפש החיה הרמשת Et omnem animam viventem atque mota- 993.
bilem. Omnia nimirum quæ ſub aquis degunt, ſive Piſces Sepentes, Omnia quæ
Conchæ, Cancri, & oſtreæ vocentur, modo animam viventem & in aquis degunt quinto
mobilem habeant. Hinc mirabile eſt, piſſes animatos & nullis ani- die producta
mantium organis inſtructos eſſe, quod accediſſe exiſtimo, quia aqua ſunt.
flexilibus mobilibus corpuſculis ipſis facilem tranſitum concedit, ut nul- 994.
lo opus habeant negocio ad obſtacula removenda, propterea etiam Quare Piſces
Deus natalem locum piſcibus in aquis conceſſit, ut extra eas non vi- exterioribus membris deſtituti?
vant, vel diu aërem non perferre poſſint, quamvis piſces foſſiles & 995.
ſaxatiles dari, à nonnullis repertum fuerit. Hinc Ariſtoteles, *Piſces in* Piſces foſſiles,
Heraclea quæ in Ponto eſt, & in Rhegio de foſſos enaſci legitur; lib. de ad- & ſaxatiles dantur.
mir. aud. numero 70. & numero 69. ſcribit: *Piſces apud Paphlagoniam
effoſſos ex altis ſcrobibus oriri aſſerunt, virtute quidem præſtantiſſimos, in lo-
cis ubi nullæ prope ſtagnant aquæ, ſola tellure ipſis vitam ſuppetente.* Eo- 996.
que in loco etiam ſcribit Ariſtoteles, circa Babiloniam Piſces ex ca- Piſces in terram gradientes.
vernis extra aquam exire pinnulis gradientes, crebro caudæ motu, con-
traque venantes refugere ad ſuas cavernas, illorum capita ranæ ma-
ximæ proxime extare, reliquas partes gobiis, Branchias cæteris piſcibus.
Mirabilia ſunt hæc de piſcibus relata, ſed ſi piſcium naturam proprie inſpi-
cere velimus, ſunt piſcibus.

1. Dentes in ore reſciſſo, de quibus Ariſtoteles: Piſces omnes quaſi dentes 997.
ſerratos habent, excepto Scaro, qui unus ob eam rem ruminare creditur, Dentes piſcium quales
ſecant ſint?

ſecant cibum ſed male, ideo molares non habent fruſtra enim eſſent. lib. 3. de part. animal. c. 1. & in hiſtor. Animal. c. 13. inquit: *Piſces omnes dentes habent ſerratos & pectinatim coeuntes, excepto ſcaro; ac omnia ſerie dentium acuta atque multiplici fulciuntur, ligna quoque nonnullis ſunt dentes.* Cardanus de piſcium dentibus ita ſcribit: *Sunt qui unum ordinem tantum habent, ut Scarus & Aurata, quidam duplicem ut Galei, aliis eſt triplex ut malthæ, quadruplex ſquatinæ & aliquando quintuplex; Lamiæ ſextuplex Maraxo referunt novem eſſe* lib. 7. de rerum varietate. 2. Linguam

998. Lingua piſcium qualis? habere Piſces notiſſimum eſt, ſed carnoſam eſſe & eadem voluptates diſcernere Ariſtoteles de partibus animal 4. c. 5. retulit, quamvis hiſtor. animal. 2. c. 13. dicat: *Piſces linguam adeo duram & pene ſpineam habent; & ita adhærentem ut interdum Lingua carere videantur.*

999. Branchiæ piſcium quales? 3. Branchias habere quidem piſces cernimus, ſed earum uſum plurimi ignorant, & putant, piſces per Branchias reſpirare, cum lacus glacie obductus, & puteus occluſus, piſces non conſervare poſſit, ſed emoriantur & ſuffocentur, pro-

1000. Uſus Branchiarum piſcium. pterea aëris inſpiratione piſces opus habere dicunt. Sed piſces quidem aërem in veſica & cavitatibus ventris continere concedimus, ut ab aëre elevati, eo melius natare, & ſeſe movere poſſint. Hinc aërem aliqualem ipſis nutritionem

1001. Non ut iisdem reſpirent ſcilicet cordis ventillationem per ſpiritum Cœleſtem ſicque etiam corporis diſtentionem exhibere admittimus, ſed propterea reſpirare negamus, cum falſum

1002. Cauſa deliquii & mortis piſcium in occluſis cameris. ſit, Piſces in cameris ſubterraneis ſubtus aqua ſtagnantibus occluſis ſtatim emori, ſed aliquandiu ſuper vivere, docet experientia, neque ſi reſpirarent aëre minime deſtituti eſſent, cum Cameris iisdem occluſis, aër nihilominus intus remaneat, ſed mortis & deliquii cauſa erit ab effluviis cœleſtibus in cavernis occluſis conſumptis, & per aquas & terræ ramos evaneſcentibus, nec nobis ſuccedentibus, ſupra enim diximus, quod ex Cæleſtium globulorum per organa diſpoſita harmonica reſonantia animantium vita conſiſtat. Unde effluviis cœli deficientibus, cor piſcium, quod ſimiliter ac perfectorum animantium ex balſami cœleſtis non aëris virtute pulſat, & movetur, tandem à ſpirituum generatione ceſſare, atque animalia omnia ſic in carcerata flacceſcere & emori poſſunt. Sic etiam homo & omne animal occulto iſto cibo cœleſti deſtitutum extinguitur, in locis undiquaque muris & parietibus occluſis, etiamſi ſufficientem aëris copiam aſtantem haberet, propterea ad animalium vitam plusquam aër requiritur, quod cœleſte pabulum piſcibus non reſpirantibus etiam non adimendum

1003. Branchiæ Cor per aquam refrigerant. eſſe, natura demonſtrat. Ejusmodi autem piſcium branchias ad aquam recipiendam & expellendam pulmonibus ſubſtituras eſſe videmus, & ut etiam cor in medio branchiarum reſidens aquarum refrigerio velut à pulmone temperetur. Hinc piſces quia aëris naturali uſu deſtituuntur, in aëre vivere non poſſunt, ſed quo latiores branchias & plus refrigerii aquoſi opus habent, eo citius in aëre moriuntur, de branchiis piſcium optime diſſerit Ariſtotel. hiſtor. Animal.

1004. Quot Branchias habeant Piſces? c. 13. dicens: *Piſces quibus pauciſſima ſunt Branchia, habent ſingulas utrinque easque duplices, ut aper, aliis bina utrinque ſunt, alteræ ſimplices, alteræ duplices, ut congruo & Scaro, aliis quaternæ, utrinque ſimplices, ut avipenſeri, murenæ, dentici, Anguillæ, aliis quaterni, duplici ordine noviſſima excepta, ut turdo, percæ, Siluro, Cyprino. Muſtelligenis etiam duplices & quinque ſunt, utraque ex parte, Gladio à roſtri mucrone ita appellato octonæ duplices, ita Branchiarum colligitur numerus.* Hæc Ariſtoteles.

1005. An Piſces habeant Pulmones? 4. Pulmones habere quamplurimos piſces, agnovit Ariſtoteles, hiſtor. animal. 6. c. 12. dicens: *Piſces omnes qui fiſtulam habent, ſpirant & recipiunt aerem, non enim carent Pulmone, quod poſtea* de Balena, vitulo, delphino &c. Aſſerit præprimis 4. hiſt. animal. c. 9. *Delphinus ſtudet ac mutit, efferens ſe in aerem, Pulmonem & alteriam habet, Lingua tamen libera & abſoluta caret & labiis quibus vocis aliquem poſſit articulum efformare.*

1006. Piſces ſenſibus præditi ſunt. 5. Senſus eſſe piſcibus; quoad viſum omnibus notiſſimum eſt, ſed de reliquis ſenſibus ſcribit Ariſtoteles: *Piſces habent partes audiendi, odorandi, & ſentiendi nullas conſpicuas, præterquam oculos.* hiſtor. Animal. 2. c. 13. Sed piſcium ſenſus me-

1007. Piſces audiunt. lius explicantur ab Alberto magno lib. 4. de anim. tr. 2. c. 1. dicente: *Piſces audire ſignum eſt, quod aliqui ad ſonum Campanæ & Cimbalorum accedunt, alii fugiunt à*

ſtrepitu

ſtrepitu & Piſcatores dum eunt piſcatum, prohibent fieri ſtrepitus. Piſces ſenſuum olfa- 1008. Piſces olfaciunt.
ciendi habent, cujus ſignum eſt, quod multi fugiunt ab inſtrumento retium, niſi ſint nova.
Nec prohibet quod ſonus non penetret aquas juxta quorundam opinionem, 1009. Piſces de guſtant cibos.
namque aquas ſonorum receptaculum eſſe, pulchre demonſtravit R.P. Kirche-
rus in Phonurgia. Piſces guſtus ſenſum habere Ariſtoteles hiſt. anim. 4. c. 8.
aſſerit, exinde quod ſaporibus gaudeant & eligant præſertim pinguia, eſcam
non recentem rejiciant; & ſic de tactu liceret ex guſtu differere.

6. Piſces ſomno indulgere, præprimis docuit Albertus magnus de animali- 1010. Piſces dormiunt.
bus 24. c. 1. dicens: *Piſcibus omnibus fere convenit parum dormire apertis oculis.* Et
lib. 4. tr. 2. c. 3. inquit: *Piſces multoties capiuntur dormientes & plus dormiunt de no-
ctu quam de die.* hinc Ariſtot. hiſtor. animal. 6. c. 12. ſcribit: *Delphinus viſus eſt
dormire roſtro emerſo & ſtertere.*

7. Piſces ſonitus emittere, piſcatoribus notum eſt, ſed voces proferre falſum, 1011. Piſces ſonitus edunt.
exinde Ariſtot. inquit: *Piſces vocis expertes ſunt, ſed ſonos quosdam & ſtridores emit
tunt, qui vocales eſſe exiſtimantur, ut lyra & Chromis; his enim quaſi grunnitus quidam
emittitur. Aper etiam piſcis quem Amnus Achelous gignit vocalis habitus eſt, & Tri-
ca & cuculus; alter enim quodamodo ſtridet, alter proinde ut cuculus avis abſtrepit, unde
nomen accepit.* Hiſtor. Animal. 4. c. 9.

8. Piſces mamas & lac habere, quamvis Ariſt. lib. animal. hiſt. 3. c. 12. nega- 1012. Piſces mammas & lac habent.
re velit, de vitulo tamen marino inquit quod lac reddat pecudum more & mam-
mis fœtum nutriat, hiſt. anim. 6. c. 11. De Delphinis ſic ſcribit, *Delphinus mam-* 1013. Lac Balenæ copioſiſſimum.
*mas habet, non parte ſuperiori ſed prope genitale, nec modo quadrupedum pupillas conſpi-
cuas habet, ſed velut alveolos quosdam humoris duos, utroque de latere ſingularem, qui-
bus lac fluit, quod ore catulorum ſectantium parentem excipitur, quod jam à nonnullis per-* 1014. Ventriculos piſcium qualis?
ſpicuum eſt. Hiſtor. animal. 2. cap. 14. *In littore Aquitanico duos lactis cados & è
Balenæ mammis extractos eſſe. recenſet Rondoletius.*

9. Ventriculus piſcibus eſt loco colli animantium habetque plures appendi- 1015. Piſces comedunt conchas & piſces.
ces, ut ſi durum quid piam comedant, velut ruminent, lente digerant. Pro-
pterea Ariſtot. inquit alii ſtomachum nullum habent, alii brevem ſed ad con-
coctionem juvandam, alii modo avium ventriculos habent, & carnoſos, ut mu- 1016. Homo in piſcis ventriculo repertus.
gilis, alii appendices habent, juxta ventrem frequentes, & iis cibos concoquunt
lib. 3. de part. animal. cap. 1. Rapaces piſces tam magno ventriculo præditi
ſunt, ut conchas comedant, & piſces majores, imo homines, unde Rondoletius 1017. Cor piſcium quale?
refert, *in piſcium Lamiarum ventre repertos eſſe integros homines, loricis indutos ad mo-
dum Zonæ.* Cardanus lib. 7. de rerum varietate.

10. Prout omnia animalia ſic etiam piſces cor habent, quod pulſifica virtute 1018. Unde pulſifica virtus piſcium?
moveri ſupra memoravimus, cum autem maxima piſcium pars non reſpiret, un-
de pulſus & motus cordis initium ducat, merito quæritur & reſponſum eſt, à 1019. Cœli virtus movet cordis piſcium.
globulis ſiderum aquas & omnia penetrantibus cor ipſorumque calorem fove-
ri, itaque naturæ eorum implantatum eſt, ut continuo fluxu & refluxu calorem
cœleſtem recipiant, & ex aëre exhauriant. Ingreſſus igitur ſidereus ignis, mo 1020. Piſces pinguibus veſcuntur.
vet cor, & progenerat ſulphureum ſanguinis liquorem, qui per venam ſurſum in
caput deorſumque in ventrem diſpergitur, quo piſcis univerſi vires acquirit
Propterea etiam omnes fere piſces pinguibus veſcuntur, ſcilicet carne, hudo, & 1021. Hepar piſcium.
pingui aqua, ſalſa, oleaginoſa, ex quibus ſanguis ſulphureus generatur.

11. Hepar habere piſces, omnibus etiam coquis notiſſimum eſt, exinde eo- 1022. Viſcera piſcium cohærentia quare?
rum ſanguis repurgatur, & ſulphurea pars in fellis veſiculam ſecernitur, ſunt au-
tem cor, verticulus & hepar ob debiliorem calorem & organorum inopiam vi-
cino loco quaſi invicem cohærentia, ut omnia unico caloris motu perficiantur. 1023. Memora genitalia piſcium.

12. Generationis organis exornatos eſſe piſces, eventus declarat, de quibus
Albertus M. ita ſcribit: Piſcium nullus habet collum, virgam vel vulvam mani-
feſtam aut teſticulos exteriores, vel interiores, aut mammillas, præter Delphi 1024. Duplex partus piſcium naturalis.
num & alia quæ ex utero ſibi ſimilia generant, de animal. lib. 2. tr. 1. cap. 27.
exinde Ariſtoteles inquit: *Piſces alii ova pariunt, alii animal, ova pariunt omnes qui
ſquamma conteguntur, Animal, omnes qui genere Cartilagineo continentur, excepta ra* 1025. Piſces ex ovis generantur.
na hiſt. animal. 2. c. 13. Generantur etiam piſces ex ovis, intus perfectis, alii ova

 extus

extus fovent ut cancri, ova generantes nexu fibrarum, quibus ſub cauda retinent, donec fœtus formati, excludantur. Hinc in ovis cancrorum interdum minutiſſime formatos & delineatos cancros invenies. Quidam ova parturiunt, quibus exterius ſemen inſpergere putat Cardanus, ſed falſum videtur piſcatoribus dum ova fæcunda poſt congreſſum demum formata fuiſſe experti ſint. Ariſtor. hiſtor. animal. 5. cap. 5. inquit. *Piſces planicarti laginei, non ſolum admotis ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis modo caudæ impedimento nullo ob craſſitiem ſit, coeunt; Ad quibus plenior cauda eſt, his attritu multo tantum partium ſupinarum coitus agitur.*

1026. An exterius vel interius ova fœcunda fiant?

1027. Congreſſus piſcium venereus.

1028. Pinnæ piſcium quot & quales?

13. Pinnas habere piſces videmus, quibus repunt & in aquis ambulant, unde Ariſtoteles: *Piſces qui non ſunt lati quaternas pinnulas habent, binas parte prona, & binas ſupina: At binas quæ parte prona lateribus geruntur omnes fere habent, reliquis quæ ſubditæ ſunt, de partibus* anim. 4. cap. 13. ubi poſtea addit, piſces *per longi & ſerpentis ſpeciem ferentes nullas habent pinnas, ſed flexuoſo impulſu ſui corporis ita humore utuntur ut terra ſerpentes.*

1029. Species Piſcium unde?

1030. Saturnini Piſces.

אשר שרצו המים למינהם Quam produxerant, aquæ in ſpecies ſuas. Hiſce audimus aquas in certas animarum ſpecies piſces produxiſſe. Cum autem ut ſupra diximus vita animantium à Cœli ſpiraculis dependeat, alium Saturninum, Jovialem, ſolarem &c. Vivendi modum eſſe ſupra deduximus. Hinc Saturnina freti animalia ſunt, quæ vel in profundis aquæ & putrido limo habitant, vel ex putredine abſq; ſemine manifeſto oriuntur ut Anguillæ de quibus Ariſtoteles hiſtor. animal. 4. cap. 1. inquit: *Anguilla nec maſculus nec fœmina eſt, nec* prolem ex ſe procreare poteſt, & Albertus M. ſcribit: *Anguillæ ex putredine generantur, in aquis lutoſis* de animal. 6. tract. 2. cap. 2. & tract. 21. cap. 9. Pierius Valerianus inquit, *ſunt qui velint eas ſponte in luto humeſcenteque humo provenire, ſunt qui eas ſcopulis ſe atterere dicant, ea ſtrigmenta viveſcere. neque aliam eſſe earum generationem.* Baſilius, Anguillas non alio ullo modo, niſi ex fæculenta materia limoque procreari tradit. Ovum in nulla unquam Anguilla viſum, neque fœtum in utero deprehenſum, ut in iis quæ animal gignunt, Capillamentis tamen & lumbricis quædam ſimilia in ventriculo reperiri, non tamen ea unquam animaſcere, neque eo loco gigni, aut immorari, quæ ſint in fœtum euaſura, quia non ſecus ac cibus concoquerentur. Hæc Pierius Hierogl. lib. 29. Joviales Piſces ſunt, qui in dulcibus aquis vivunt, ut Salmones, quique Carne & Sanguine abundant, ut Orca, & ex ovis intus in piſce prodeunt, ſed non reſpirant, pariuntque veris tempore. Fabuloſum enim eſt, quod Cardanus ex Hectore Boetio recenſet, de Salmone Piſce, quod autumni tempore ova pariat, & arena contegat, ex quibus veris initio piſciculi naſcantur adeo molles, ut donec digiti magnitudinem non exceſſerint, manu compreſſi velut humor concretus diffluant, eos tunc demum ad mare pergere, vigintique dierum ſpacio in magnitudinem tantam excreſcere. Salmones enim dicit nimio libidinis congreſſulam exhauſtos fieri, ut nihil præter oſſa ſpinas pellemque ſuperſit, ineptique eſui ſint. Sed contrarium docet experientia namque ad Rheni flumina Salmo incipiente vere è mari aſcendit, ſicque initio Martii jam ultra Argentoratum & Baſileam ad minora flumina & oſtia fluviorum percurrit, ibidemque mas & fœmina in locis arenoſis, præſertim circa ripas parvulorum fluminum, in Rhenum delabentium congrediuntur ſicque fœmina quidem ad dorſum ſeſe reclinans, ſæpius viam aliquam quaſi arando, ſemitam, dorſo correſpondentem efficit, atque marem expectat, qui velociſſimo curſu ejus ventrem transgreditur, repetendo id ſæpius donec delaſſetur; Sicque ſpermate fœmina repletur, quæ poſtea parturit piſciculos minutiſſimos, rubros, friabiles, non glutinoſos quos ibidem Sälmling vocant. Hi varie & diu in aqua dulci ludunt, ſenſim in magnitudinem excreſcunt, & tandem ad mare pergunt. Salmones ergo veris tempore per Rheni flumina aſcendunt, & per totum æſtatis decurſum ad mare remeant, ut à calore nimio ſolis debilitati, interdum emoriantur,

1031. Anguillæ generatio mirabilis.

1032. Joviales Piſces.

1033. Salmonis Piſcis hiſtoria.

tur, ſicque aquis innatent, & variis inſtrumentis excipi poſſint, vocanturque
demum, cum ſanguis eorum morte coagulatus eſt, Lar germanicè, viliqueprecio
ſpiræ & Wormatii venduntur. Martialia maris monſtra ſunt, quæ alia a- 1034.
quatilia venantur, ut ſerpentes marini, lupus Xiphius, qui Retia ſecat & naves Martiales Piſces.
perforat maxilla ſuperiore, itemq; venenati Piſces, Dracones marini, & qui cu-
te aſpera teguntur ut Raia, ſpinis veſtiti ut Echini. Solaria ſunt quæ non ex o- 1035.
vis, neque putredine, ſed ex ipſo piſce, mediantibus genitalibus membris oriun- Solares Piſces
tur, & plurimis vitæ organis ſplendide exornata ſunt, ut Vitulus, Delphinus, de
cujus diſciplina & moribus mira recenſet Cardanus. Balena cujus membrum
genitale tredecim cubitorum viſum fuiſſe, refert isdem Cardanus. Venerea 1036.
animalia maris ſunt, quę ova foras emittunt, propter multitudinem ſpermatis & Venerei Piſces,
Veneris luxuriam, ut Amiæ, Murenæ, itemque piſces qui ſæpius in anno pariunt,
ut piſces Saxatiles & Sardæ Mullusque qui ter parit in anno ſecundum Ariſto-
telem itemque halecula, quam omnium fæcundiſſimam eſſe exiſtimavit. Mer- 1037.
curialia ſunt quæ renibus & veſica prædita ſunt, itemque uno ſexu mutilata, ut Mercuriales
phoxini, hiatulæ, paſſeres, rubelliones ſecundum Cardanum. Lunaria ſunt, Piſces. 1038.
quæ cruſta veſtita, ut locuſtæ & Aſtaci, omnium cancrorum fluviatilium ſpeci- Lunares Piſces.
es itemque duriore teſta, ut Oſtreæ, duriſſima ut purpuræ, oſſe ut holoſtrei,
cartilagine, ut Torpedo, Corio ut Manati, conchis ut Tellini, ſecundum Car-
danum lib. 7. de rerum varietate. Ubi adponit verba Horatii

> Lubrica naſcentes implent conchylia Lunæ,
> Sed non omne mare generoſæ eſt fertile terræ
> Murice Bajano melior Lucrina, Peloris
> Oſtræa Circæis Miſeni oriuntur Echinni
> Pectinibus patulis jactat ſe malle Tarentum.

ET OMNE VOLATILE SECUNDUM GENUS SUUM, עף כנף A- 1039.
ves volantes ſunt, quæ plumis veſtitæ ſunt, omnes roſtrum habent, quæ- Quid avis ſit ex Ariſtotele.
dam longum, acutum, breve, aduncum, latum, anguſtum, pro ipſarum varie-
tate, quod in juventute molle eſt, in ſenectute durum fit, mas, quidem ſemper
latius roſtrum, & circa cranium ſeſe dilatans habet, fœmina acutius. Hinc
Ariſtoteles inquit: *Aves os ſibi proprium habent, non enim labra non dentes, ſed roſtrum habent, auriculis carent, & naribus, meatusque odorandi in roſtro continent, audiendi in capite, oculi omnibus ut Cæteris animalibus bini, ſine ciliis graviores, palpebra inferiore connivent, nictantur omnes ab angelo obeunte membranam, atque noctuæ ſpeciem gerunt ſuperiore etiam palpebra connivent.* hiſtor. animal. 2. cap. 12. Oculis 1040.
flammeis præditæ ſunt nonnullæ aves, præprimis aquilarum & falconum ge- Oculi avium
nus, quibus acutiſſime vident, & viſu fere omnia animantia ſuperant. Auri- 1041. Aures avium.
bus quidem aves carere omnes exiſtimant, ſed eas per porum quendam audito-
rium exquiſitiſſime audire, quotidiana experienria edocuit. Odoratum ex- 1042.
quiſitiſſimum habere præprimis rapaces aves, exinde ſequitur quod cadavera Odoratus avium acutiſ-
per milliaria itineris multa recipiendo odorem inſequantur, inde vulgatum, ſimus.

> Nos Aper auditu, Lynx viſu, ſimia guſtu, 1043.
> Vultur odoratu, præcellit aranea tactu Guſtus avium.

Guſtu inſignes eſſe aviculas manifeſtum, quod cibos eligant, & adpoſitis deli- 1044.
catioribus viliores relinquant. Tactum habere notiſſimum eſt, & dolore Tactus avium.
affici in variis corporis partibus falconarii teſtabuntur, Linguam ſed valde 1045.
diverſam oſtendunt aves, aliis eſt Longa, ut Jyngi vel motacillæ Lingua avium.
quam ſerpentibus ſimilem Linguam lumbrici more collectam & in ſeſe 1046.
reductam habere aſſerunt. Latam Linguam habent pſittaci, Sturni, Jyngis avis
merulæ, quæ aves hominum voces modulantur, nonnullarum Lingua Lingua ſerpenti formis.
anterius cornea apparet. Pulmone inſtructæ etiam ſunt aves, cum earum 1047.
natura calida & ſicca ſit, & reſpiratione opus habeant, præprimis cum ali- Aves vocales
quæ aves pedeſtres ſint, & nullum animal, niſi quod Branchias habet, pul- latis linguis
mone deſtitutum ſit, ſecundum Ariſtotelem 2. hiſt. animal. c. 15. Corde ven- prædita. 1048.
triculo hepate & inteſtinis præditas eſſe aves manifeſtum eſt, ex concoctione Pulmo avium. 1049.
ſangui- Cor Avium.

1049. ſanguinis elaboratione & excrementorum rejectione ſed renibus & veſica de-
Cor Avium. ſtituta ſunt, neque mingunt, propterea quod ſeroſitates pro plumis alendis &
1050. Aves renibus & veſica deſtitutæ ſunt. conſervandis diſſipentur. Suntque aviculæ quædam quæ non bibunt niſi æ-
grotæ, ut Philomela de qua infra. Ungues ſunt avibus plerumque quatuor,
tres in anteriore & unus in poſteriore parte, ſed Jyngem duos in anteriore &
1051. Ungues avium. duos in poſteriore facie habere, Ariſtot. hiſtor. anim. 2. cap. 12. optime anno-
tavit. Pennæ avium velut veſtes ex caule naſcuntur, & varii ſunt coloris, pro-
1052. Pennæ avium. ut aves ſiccioris & calidioris naturæ ſunt, namque aquilarum, corvorum, &
nigrarum avium temperamentum calidiſſimum eſt, Anſeres, Olores, Anates,
1053. Colores Pennarum unde? & ſimiles ſunt frigidioris naturæ, mirumque eſt, quod verſus Polos in locis &
regionibus frigidiſſimis etiam corvi & omnes oves albis pennis reperiantur, id
1054. Quare aves in ſeptentrione albæ reperiantur. ex acredine frigoris accidere, Ariſtoteles hiſtor. animal. 2. cap. 12. Judicavit,
namque ibidem calor in omnibus animantibus debilis eſt, propterea cuncta ani-
malia & ipſi homines capillis albeſcentibus incedunt, neque propter caloris de-
bilitatem Lappones ultra triginta annos vivere plurimi referunt; exinde non
1055. Pennarum mutatio per tempora & ætatem. mutata ſpecie, colores volucrum invertuntur. Mutantur autem pennæ avi-
um per tempora anni & ætatem, ſic Grues in ſenectute nigreſcunt, aquilæ rube-
ſcunt, & ſic de cæteris.

Explicatis hiſce avium partibus & proprietatibus, accedimus ad ſpecifi-
1056. Aves certis Planetis ſubjectæ ſunt. cas earundem diverſitates, quas ſecundum Planetarum Hierarchias merito di-
ſpeſcimus, namque cum Saturno quaſdam aves nocturnas Sympathiam habe-
re, & in cavernis tenebricoſis habitare cernimus, quædam cum Luna conveni-
1057. Saturninæ aves ſolaribus contrariæ. unt, & in aquoſis paludoſis locis circa mare & flumina volitant, quædam rapa-
ces ſunt martiali ſpiritu, mirabileque eſt qualem cum ſole harmoniam ducant
namque non niſi ſole ad æquatorem feſtinante, venereas voluptates exercere
1058. Solarium avium cum ſole mirabilis harmonia. incipiunt av , & usque ad recurſum per tropicum Cancri parturiunt, poſtea
vero omnis earundem voluptas deſinit, cantus non tam ſonorus auditur, & ve-
lut languente natura plumas deponunt, usque dum ad tropicum Capricorni in
caveis ad hypocauſti temperiem incipiant antiquam melodiam reſonare, ſicque
1059. Quænam ſint aves Saturninæ? ſoli appropinquanti hymnum & jubilum decantare. Saturninas inter aves proxi-
ma eſt Bubo Ulularum maxima, capite & oculis magnis, pedibus pennatis, ro-
1060. Bubo. buſtiſſimis, Felis inſtar, auribus prædita, roſtro latiſſimo, quæ de nocte mures
non ſolum, ſed & lepores venatur, & formidabili voce in rupibus Sonum Uhu
1061. Noctua. vociferant. Huic ſuccedit noctuarum triſtis propago, quæ ſolis lumen non
1062. Noctuam de die infeſtant omnes minores aves. perferre, neque de die quicquam videre poteſt; Voraciſſimæ autem ſunt ejus-
modi aves & valde formidabiles, cum de die ad apricum veniunt, omnibus avi-
bus minoribus ludibrio ſunt, namque velut in die cæcas eſſe ſcientes tuto ap-
propinquant, garriunt & noctuæ caput implume reddunt, hinc iisdem aucipes
1063. Nycticorax. utuntur pro decipiendis aviculis. *Nycticorax eſt corvus noctis, nigræ varietatis,
1064. Veſpertilio. cujus vox eſt chocum vocat, regitat ſe convertendo in aere & eſt minor noctua & fugit lu-
cem ut noctua, inquit.* Albertus magnus de anim. lib. 23. cap. 24. Veſpertilio
1065. An avis an vero mus ſit? Saturnina avis, ſed inter Zoologos maxima controverſia eſt, an inter aves, an
vero ad terreſtria animalia numerari debeat, cum non habeant alas plumeas,
1066. Saturninarum avium proprietas. nec ova ſed pullos parturiat plurimisque in locis caudata deprehenſa fuerit, ut
refert Cardanus, hæreatque trabibus cum ad genu ungues habeat & non ſe-
deat, dormiatque per hyemem &c. Quas proprietates ſolaribus avibus contra-
1067. Quænam ſint Joviales aves? rias, Saturno & peculiaribus Ideis à creatione oriundis adſcribendas eſſe exiſti-
mo. Summatim omnes ſaturninæ aves ſunt triſtes, de nocte & in tenebris vo-
litantes, cineritio colore & luteo, in cavernis & locis terreſtribus habitantes
1068. Ciconiarum ſpecies. omnibus reliquis avibus totique animantium generi contrariæ & inimicæ.

Joviales aves ſunt manſuetæ, veſcunturque rebus mercurialibus, nimi-
1069. Ciconiæ pietas erga parentes. rum inſectis, vermibus & ſimilibus, ſicut Mercuriales aves nutriuntur Joviali-
bus, ſemine hordei, zeæ tritici &c. Prout rationes ſupra capite quarto attuli-
mus. Ciconia, cum ejusdem Speciebus, Merope, Cicuma, Ibide, ſub Jove
ſunt. De Ciconiæ pietate admirabili & humanum genus longe ſuperante, o-
mnes libri Zoologici teſtantur, unde Ariſtoteles inquit: *Ciconiæ genitorum ſene-*

ctutem

autem ſublevant, & ſunt qui meropem id facere dicunt. Hiſtor. animal. 9. cap. 6.
Albertus Magnus ſcribit: *Ciconiæ inter alas deferunt antiquos parentes, & defendunt ab avibus vulnerantibus eos, & dant eis cibum.* de animal. lib. 8. tract. 2. cap. 4.
Hinc Ciconia non tantum Sacerdotibus dicata avis, ſed & Romanorum piorum principum nummis inſculpta fuit, ut Pierius Valerianus Hierogl. lib. 17. 1070. Ibis.
refert. Ibis vel Ciconia nigra, in Alpibus & Ægypti montibus reperta, tantæ
ſagacitatis eſt, ut Mercurio, ſermonis Patrono dicata fuerit. Ab ea enim Medi- 1071. Clyſterum uſum monſtravit ibis.
cos clyſterum uſum accepiſſe tradunt, cum Ibis herbarum ſuccum cum aqua
dilutum, per roſtrum aduncum ano inſpergat, ſicque alvum laxet, Ibis venatur 1072.
venenata animalia tantopere, ut ex ejus ovo baſiliſcum generari exiſtiment, Baſiliſcus ex Ibide.
propter collectionem acerbiſſimorum venenorum. Pennam Ibidis Crocodi-
lum obtorpeſcere, & omne ſerpentum genus immobile reddere, ex Democri- 1073. Crocodilus
to & Florentino, retulit Pierius Valerianus, Hier. lib. 17. Grus Jovialis avis, torpeſcit penna Ibidis.
magna ſolertia & ſapientia famoſa, de qua Ariſtot. *Grues prudentia multa vivunt,*
loca longinqua petunt ſui commodi gratia, volant alte, ut procul proſpicere poſſint, & ſi vi- 1074. Grus & ejus
dent tempeſtatem ſe proſternunt in terram, & humi quieſcunt, ducem habent, & eos qui prudentia.
clamant diſpoſiti in extremo agmine ut vox percipi poſſit cum conſiſtunt cæteræ dormiunt, 1075. Hirundo &
capite ſub ala recondito, & alternis pedibus inſiſtente, Dux autem capite detecto proſpicit, ejus ſagacitas
& quid ſenſerit, vox ſignificat, hiſtor. animal. 8. cap. 10. Hirundo Jovialis avis ve- 1076.
ſcitur vermibus, muſcis, & inſectis, mira ſagacitate nutrit pullos, ne ullus plus Nidus Hi-
quam alter accipiat, & ædificat nidum ab intempeſtatibus immunem, quo filii rundinis ad tumores ſa-
ejus gaudere poſſint, ignara falſorum Poſſeſſorum & quod hyemale tempus di- lutaris.
ſceſſum urgeat, ſic tamen pulli informantur, ut omni caſu proprium nidum ex 1077. Jovialium a-
truere poſſint, exinde cum maximis capturæ & inundationis periculis, accedit vium Pietas
ad paludes, & transfert lutum tenax quod mira virtute, nido ſcilicet deſtructo & integritas.
confert ad duriſſimos tumores ulcera & apoſtemata reſolvenda, cum lacte vel 1078. Martiales a-
aceto impoſitum, prout in praxi medica oſtendemus. Summatim eſt in Jovia- ves quales
libus avibus quædam pietatis juſtitiæ, Charitatis ſcintilla, hominibus omnipo- ſint?
tentiam DEI & in operibus, lumen Deitatis lucidiſſimum oſtendens. 1079. Falconum

Martiales aves ſunt Carnivoræ, & inſtruunt filios ad venationem, donec ſpecies decem
ad perfectum robur pervenerint, quod tempus per menſem ferè durat, poſt- nobilium.
quam è nido evolare ceperint, inquit, Cardanus lib. 7. de rer. variet. c. 35. Fal- 1080. Tres ignobi-
co *martialis avis, parva habet crura groſſa & nodoſa, ungues crudeliores aquila, aſpectu* lium Falco-
terribili, oculos flammeos & ex citrino in rubedinem declinantes, caput magnum & ro- num ſpecies.
ſtrum fortiſſimum complicationes alarum magnas & caudam longam, ut inquit Alber- 1081. Duæ poſtre-
tus Magnus de animal. lib. 23. cap. 5. Qui decem genera falconum recenſet: mæ ſpecies
1. nobile & ſacrum, 2. gyrofalconum, 3. montanum, 4. peregrinum, 5. gibbo- falconum.
ſum, 6. nigrum, 7. album, 8. rubrum, 9. hyacinthinum, 10. parvum quod Smir- 1082. Accipiter.
lin vocant. Præter hæc decem genera nobilium falconum recenſet tria igno- 1083.
bilium, & duo poſtrema, lapidare & arboreale, prout Albertus omnium curio- Decem ſpecies Accipi-
ſiſſimus indagator fuit, & eorum arcana optime deſcripſit Accipiter rapaciſſima trum.
avis & cruoris ſumme avida, propter ferocem ſpiritum martialem venenoſo 1084. Accipiter tri-
anhelitu pernicioſa eſt, ejus etiam decem generum meminit Ariſtoteles, hiſtor. bus teſticulis
Animal. 9. cap. 36. *Vocatque Buteo, Æſalo circum-ſtellarem, Palumbarium, Perni-* fœcundus.
cem ſubbutoneum Percam, fringillarium, lenem & rubetarium. Accipitrem fertiliſ- 1085. Oſſa accipi-
ſimum, & tribus teſticulis inſtructum eſſe, nonnulli retulerunt, & quod trice- tris aurum
ſimo die pro ſolis ad Lunam acceſſu ſoleat fœminæ conſortium appetere, & in- attrahunt.
cubationem vicenis diebus perficere, ſed cum tria ova peperit, unum eligere 1086. Accipiter ſo-
& fovere, reliqua duo confringere & rejicere propter propinquitatem Martis lo ſanguine ſi-
ad ſolem Accipitris oſſa magnetica virtute aurum attrahere, & ipſam avem ſo- tim extinguit.
lis jubar chariſſime intueri poſſe, ſcribunt. Accipitrem ſolo ſanguine ſitim ſe- 1087. Latronum a-
dare putant, exinde Plato confabulatus eſt, animas eorum qui per rapinas & la- nimæ poſt
trocinia ſeſe in vita hac ſuſtentarunt poſt obitum in Accipitres & Milvios abire, mortem in accipitrum
vid in Phædone. Corvus martialis avis carnivora media in æſtate parit ſole corpora mi-
quam maxime æſtuante, inde Petronius. grantes.

Corvus maturis frugibus ova refert. 1088. Corvus.

1089. Fama autem eſt; corvum ova parturire; ſed non fovere & peregrinas aves ea
Corvus crudelis in pullos & ova ſua excludere, alii dicunt, corvum ova quidem ad maturum tempus fovere; ſed
cum pullos excluſos albicantes aſpiciat, cum Zelotypia triſtem auffugere; &
1090. pullos deſerere, qui poſtea gemunt & vociferantur; ut minores aves eos enu-
Corvus vulpi amicus. triant; quibus abſentibus à rore cœleſti cibum accipiant, uſque dum adole-
ſcant, alii veroſimilius dicunt, corvos ſuſtentare pullos, uſque dum volare in-
1091. Tauro & Aſino inimicus. cipiant, poſtea à nido relegare, antequam cibum venari didicerint, propterea
eos in ſolitudinibus gemere uſque dum fames ipſos ad rapinam alliciat Corvum
1092. Corvus inceſſate diarrhæa laborat. vulpi amicum eſſe; & cum Æſalone Accipitre vulpi inimico certare, refert Ari-
ſtoteles hiſtor. animal. 9. cap. 1. Sed tauro & aſino inimicum & oculis eorum
infeſtum eſſe perhibent. Corvum in æſtate ſexaginta diebus diarrhæa affe-
1093. Cornix annoſa avis. ctum; & maxime ſiticuloſum ægrotare; & ſuſtinendo ſitim medelam; con-
ferre; dicunt. Corvorum ovis capillos denigrari & nigredinem in corvo
1094. Cornicis bellum cum noctua. eſſentialem eſſe nonnulli exiſtimant. Cornix annoſa avis; quam Ægyptii
centum annos; alii quingentos vivere exiſtimant; Noctuæ eſt inſenſiſſima,
cum Ariſtoteles hiſtor. animal. 9. cap. 1. Ita dicat: *Cornix diſſidet cum no-*
1095. Cornicis matrimonium admirabile. *ctua abſumit enim, cum non clare interdiu videat noctua, de meridie adveniens ova*
ipſius: At contra noctua nocte Cornicis ova exedit, & eſt altera interdiu, altera nocte
potentior. Mirabilia dicunt de cornice, quod tantum duo ova pariat, ex
excluſis pullis ſi mas & fœmina ſit, conjugali amore aſſociari, ſi vero u-
terq; mas vel fœmina, in cœlibatu manere, & altero conjugum demortuo,
alterum non amplius per totam vitam nubere; ſed intriſti viduitate vitam de-
gere, & in pluviis delectari. Hinc Maro:

1296. Cornix inquietudinis Symbolum.

Tum Cornix plena pluviam vocat improba voce
Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena.

Garrula & inquieta avis eſt, & pullos paſcit medio involatu, unde antiquæ
1097. Milvius à ſacrificiis abſtinet. inquietudinis Hieroglyphicum fuit. Milvus rapaciſſima avis, quamvis hi-
ſtoriæ recenſeant, quod à ſacrificiis ſemper abſtinuerit, & hac de cauſa Bri-
tannis ſacra ſit; Verno tempore urbibus appropinquat, & pullos gallinaceos
1098. Ars navigandi à Milvio reperta. ſuffuratur, pulcherrimo pennarum colore extendens alas, velut remigia di-
rigens unde nautas artem navigandi didiiſſe veteres exiſtimant. Vultur
prægrandis & generoſa avis, de qua Plinius ſcripſit, quod ex altero orbe ad-
1099. Vultur. veniat, propterea quod ejus nidus & pulli à nemine reperiantur; ſed in al-
1100. Vulturum genera. tiſſimis & inacceſſis rupibus eam nidificare, & duo ova parere omnium ra-
pacium avium more, docuit Ariſtoteles, hiſtor. animal. 6. cap. 5. & paulo
1101. poſtea cap. 8. recenſet; duo Vulturum genera unum parvum albicantibus,
Vultures omnes eſſe fæmellas. alterum magnum & multiforme. Vulteris nomen non maſculinum ſed fœ-
mininum eſſe; contra Grammaticos defendit Pierius Valerianus, Hiergl.
1102. lib. 18. exinde quod Vultures omnes fœmellæ ſint & ſine maris congreſſu
Vulturis fætatio annua. pariant. Inquit enim *vultur ut apud Ægyptios habetur, trecentos eos quinque &*
1103. *ſexaginta dies, quibus annuum conficitur tempus, ordine mirifico dipartitur. Nam*
Annus Ægyptiorum. *cum annum Ægyptii per tres tantum qualitates mentirentur; Ver quippe æſtatem &*
hyemem, quæ ſingula tempora centum viginti diebus conſtare voluerunt; ac uti Theo-
1104. Vultur concipit à vento. *pompus ait, hyemem Saturnum, æſtatem venerem, Ver vero Proſerpinam appellabant,*
quinque inſuper dies addiderant, quos intercalares vocitabant. Vultur vero ad ejus-
1105. De Vulturis generatione S. Patres teſtes. *modi partitionem anni accomodata, cum primum concitata fuerit ad conceptum qui fit à*
vento, quinque continuas dies ſine cibo & potu conſumit in ejusmodi initu, naturæ in ven-
tum ad aperta, mox centum & viginti dies prægnans manet, totidemque diebus pullos edu-
1106. *cat, reliquos 120. dies immunis eſt, ſuarumque tantum rerum ſatagit, neque prægnationi,*
Vultur quare ſub Marte? *neque educationi intenta.* Adducitque hujus rei teſtem Ambroſium & alios ve-
ridicos pios homines. Vulturem Martialem alitem eſſe evidens eſt, quod ca-
davera longe diſtantia inſequatur, hinc Sillius Poëta.

Ex anima obſcænus conſumit corpora vultur

MEMORATQ; DE EA, QUOD DEFICIENTE CIBO, pullis femo-
ra ſua roſtro aperiat, atq; Pelicani more proprio cruore lactet, eſurientes, longe-
que

que ante vultures martiali ſpiritu locum determinare in quo ſtrages hominum futura ſit.

Solares aves generoſæ ſunt, ſolido nutrimento vivunt, & largiſſimo Cœli influxu conſervantur, unde annoſæ ſunt, præterquam quod plurimi referant nullum ex omnibus animantibus hominem ſuperare, Aquilæ ſenectutem in juventam revertentem commendat Regius Pſalter necnon S. Hieronimus, Eucherius & Auguſtinus. Aquilam Pierius Valerianus ita commendat: *Non ſum neſcius, Perſas multo ante Romanos auream Aquilam pennas extendenti ſimilem ſacraſſe. Huic autem uni aliti ætatum & auruſpicum omnium conſenſu id honoris datum, ut magnarum rerum proſperi; ſemper eventus ſignificatione auſpicia faceret; Buteonem, Squalin, immuſculum & vulturium longe anteiret, reliquarum vero volucrum oſtenta, quæcunque oblata eſſent, interventu ſuo aboleret neque per aëreos tractus ulli cederet quam fulmini.* Hæc Valerianus. Solares etiam ſunt Gallus, Gallopavus, Pelicanus, Pſaſianus, Struthio, Tetraon, vel Urogallus & Pavo, cujus carnem per menſem â corruptione & putredine liberam ſervari poſſe ſcribit, S. Auguſtinus. 1107. Solares aves quales? 1108. Aquilæ excellentia. 1109. Quænam ſint ſolares aves?

Venereæ aves ſunt ſalaces & luxurioſæ ut Attagen, Columba, Cothurnix, Merula, Palumbus, Paſſer, Perdix Turtur & ſimiles. De Perdice ſcribit Ariſtot. de generat animal. 3. c. 1. *Perdices cum olfaciunt mares, & vocem ejus audiunt, aliæ implentur, aliæ ſtatim pariunt, eſt enim libidinoſum hoc genus avium.* Venereas aves ob luxuriam cito interire videmus, nec paſſerem ultra tryennium vivere exiſtimant, namque fere omnes vexantur Epilepſia, propter influentias Veneris in iis copioſe redundantes. 1110. Venereæ aves quales? 1111. Perdicis ſalacitas. 1112. Venereæ aves morbis ſubjectæ.

Mercuriales aves veſcuntur fructibus Jovialibus, ſuntque ingenioſæ, aſtutæ & agiles, ſicci temperamenti propterea fere omnes cantant. Hinc Cardanus ſcribit: *Solus homo & aviculæ modulantur, ſed & inter aviculas non omnes, quædam enim quaſi mutæ ſunt, aliæ abſonas voces edunt ut coturnix, non fit vox acuta niſi ſpiritu per anguſta tranſeunte, quod ſi multus extiterit, non poterit contineri ne animal ſuffocetur, ob id ergo nulla magna avis modulari poteſt dulcis enim vox non fit, niſi in ſicco, quadrupedia vero humida, piſceſque magis. In aviculis autem videtur hic finis animæ, eſt enim ultimum opus ejus, in quo delectantur, porro cantus propria ratio eſt, ut ſpiritus per anguſtum locum feratur.* Hæc Cardanus lib. 7. de rerum variet; cap. 36. Mercuriales aves ſunt, Acanthis, Alauda, Citrinella, Canaria, Carduelis, Curruca, Fringilla, Luſcinia, Lynx vel potius Jynx Pſittacus, Parus, Pici Species, Regaliolus, Rubecula, Sturnus &c. Philomela præter cantus dulcedinem tam ſolerti ingenioſa mercuriali natura prædita eſt, ut in cavea aliis avibus grandioribus etiam aſſociata illis imperet, & motus velocitate eo usque concertet, ut tandem acutiſſimo roſtro cerebrum perforans, eas enecet, quod ignei vigoris formam declarat. Propterea non bibit unquam niſi ægrota, & de vita deſperans comedit etiam nil niſi oleaginoſa, ova formicarum, vermes, corda Boum, panem martium cum farina cicerum, butyro &c. Anglicano more piſtum, velut Cardanus deſcribit paſtam Italicam; Re cicerum excorticatorum & pulveriſatorum ℔ij Butyr ℥v, mellis ℥iii, Amygdalarum ℥vi, Croci dimidium quadrantis, ſunt qui cum ovorum luteo conficiant. Hæc Cardanus lib. 7. de rerum variet. cap. 35. Hiſce cibariis interdum tam obeſa evadit, ut difficulter ſeſe movere poſſit, & in axungia ſuffocetur, interdum intemperie calida afficitur, ut maraſmo contabeſcat, ſicque nimis extenuata bibere incipiat vitioſo appetitu, cibos ex ore reijciat, quibus morbis aliquis ipſis vel ſaccaro vel Araneis mederi poteſt, vel ovis formicarum toſtis, hyemali tempore lacte infuſis calor mitigari. Hinc ſole â nobis remotiſſimo ad tropicum Capricorni fugiente, plerumque Philomela ægrotat, retroeunte vero, novum ſalutationis cantum repetit, usque dum ſol ad tropicum Cancri accedat, iterum triſtis obmuteſcit, Philomela, quæ colore rutila Solis ſplendorem præfert, & dulci melodia Mercurium reſonat. 1113. Mercuriales aves. 1114. Quare aves canteut? 1115. Quænam ſint mercuriales aves? 1116. Philomelæ hiſtoria. 1117. Philomela non bibit. 1118. Cibus Philomelæ artificialis. 1119. Morbi Philomelæ.

Lunares aves ſunt, quæ piſcibus, ranis, variiſque cibis aquaticis veſcuntur, ſuntque vel maxime voraces, propterea quod ob frigiditatem aquarum calor non tam facile diſſipetur, ſicque melius digerat, tota hæc cohors quam reli- 1120. Lunares aves quales?

quarum avium terreſtrium, unde plus etiam quam reliquæ aves pingueſcunt.
1121. Quænam ſint? Sunt autem Lunares aves, Anas, Anſer, Ardea, Cygnus, Mergus, Onocrotalus &c. Cygnum in ſenectute cantare, referunt Plato, Cicero, Ovidius, Virgilus & alii, exinde Orpheum antiquiſſimum Muſicum in Cygnum converſum
1122. Cygni Cantus in ſenectute. eſſe poſt mortem tradiderunt Pythagorici. De Ardea refert Albertus magnus quod ſentiens intempeſtates ſupra nubes volando ſeſe elevet, hinc Poëta de Fulice inquit.
1123. Ardea.

cumque marinæ
In ſicco ludunt Fulicæ, notaſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat Ardea nubem.

1124. Laganel avis. Plurimæ etiam ſunt aves Lunares & in aquis victum quæritantes, ut refert Cardanus, juxta Zebut Inſulam aves eſſe nomine Laganel, dentibus quid ſimile in roſtro habentibus, quibus veſcuntur. Referunt autem (inquit) *has balenarum ora ingredi, exeſisque roſtro viſceribus illas interficere.* lib. 7. de rerum variet. c. 36.

SECTIO III.

Verſicul. 22.

ET BENEDIXITQUE EIS, DICENS CRESCITE ET MULTIPLICAMINI, ET REPLETE AQUAS MARIS; AVESQ; MULTIPLICENTUR SUPER TERRAM.

1125. Vocis שרץ explicatio. IN priore ſectione audivimus quod Deus dixerit ישורצים abunde producant aquæ, namque שרץ ſignificat producere, moveri, reptare, ingredi, germinare, ebullire ſerpere &c. Verbis hiſce uſus ſacer divinus interpres, admi-
1126. Varietas productionis avium. rabilem piſcium & avium productionem & conſervationem denotare voluit. Namq; piſces alii ex naturali congreſſu parturiunt, alii ex ovis excluduntur alii ex limo & putredine proveniunt, atq; quaſi è terra progerminant & aquam ingrediuntur, quidã ut amphibia in aqua, terra & aëre ſimul vivunt & reſpiratione gaudent, alii reſpiratione & plurimis organis animantium ut balenæ, & multa monſtra marina. Multæ aves moventur in aquis quaſi reptando, plurimæ ex aquis quaſi germinant, præprimis ut de Claki anſere, refert Cardanus ut ſupra memoravim⁹ ut ex ligno quaſi pullulet. Nunc audiamus verba Dei benedicentis פגג ורבו creſcite & multiplicamini, fœtate piſces ova, ludite invicem in aquis ut ſperma
1127. Quare benedictio Dei inſtituta fuerit? veſtrum ebulliat in innumeram piſcium multitudinem. Cum enim ordinaſſet Deus ut individua non in ævum mundi conſervarentur, ſed ab influxu ſiderum dependeant, quæ varie formas mutantia, nunc hoc, nunc illud in deliquiis relinquerent, nonnunquam emigrantibus ſiderum influentiis plurima individua ſublunaria perirent; Pro conſervandis rerum Ideis novum conſervationis opus inſtituit ſapientiſſimus Creator, ut animalia in fœtus excreſcant, & ſeneſcenti-
1128. Amor in ſpecierum conſervationem implantatus. bus debilibus parentibus, proles indefinenti ordine ſuccedant, ſicque novis viribus inſtructæ ſoboles, ſpecies rerum conſervarentur. Quapropter amorem & voluptatem Ter maximus Creator operi generationis immerſit ut animalia, quæ ab aquarum ſupra Cœleſtium ſpiritu nutriri diximus, maximam hujus ſpi-
1129. Generationis virtus unde? ritus animalis copiam, ceſſante corporis auctione, circa genitalia membra aſſervent, & ſic conjugali amore mota admirabili opere nova animalia parturiant.
1130. Piſcium organa generationis. Hinc omnibus animalibus organa concoctionis & nutritionis, nec non ſpermatis collectionis conceſſa, quibusdam nobiliori apparatu, aliis compendioſa via prout exempli gratia, piſcibus nonnullis ſunt teſticuli & uterus aliis tantum va-
1131. Piſces an omnes fœminæ ſint? ſa ſpermata, ſemperque ſexu ſunt diſtincti. Hinc Ariſtoteles dixit. *Piſces omnes fœminas eſſe, qui opinantur, non judicant recte* de gen. Animal. 3. cap. 5. & ibidem etiam inquit: *Piſces tanta celeritate rem veneream peragunt, ut etiam Piſcatores*
1132. Meatus ſpermatici piſcium. *quam plures lateant, ſed coeunt admovendo ſupina per lapſum.* Piſcium minorum meatus ſpermatici oriuntur ex vena majore de corde egrediente, quæ ſi partus tempus accedat, tantopere repleta eſt ſpermate ut affrictione & levi attritu in

magna

magna copia effluat, & ſic fœminarum ova imprægnentur, quæ poſt modum alba magis quam ante conceptionem apparere refert Albertus Mag. de Animal. lib. 6. tr. 2. cap. 2. Hinc piſces in magna quidem copia generantur, ſed ſi ova eorum omnia imprægnarentur, innumerabiles piſcium myriades exorirentur. Eſt & piſcium tam ferinus amor, ut coitus tempore fœminæ mares ſequan- 1133. Ferinus amor Piſcium.
tur & devorent ſperma, partus vero temporibus mares inſequantur fœmellas, & abſorbeant ova. De Oſtreis & Conchis marinis res valde difficilis eſt ex- 1134. Quomodo generent Oſtreæ?
plicare, quomodo generentur, cum nemo vel ſexum vel congreſſum obſervarit. Hoc quidem manifeſtum eſt, certo tempore conchas ex profundis elevari in ſuperficiem maris, ſicque fluctibus & procellis agitari, ut velut hiante ore com- 1135. Conchas concipere è Cœlo uniones.
binent & ſe invicem exoſculentur, ſed vero magis conſentaneum videtur, dum in altum maris aſcendunt, & ora velut aperiunt, imprægnari animalia tunc temporis viva, à ſpiritu ſiderum ut in pulcherrimas uniones tranſmutentur. Animadverſum namque eſt, quod concha recta ad dorſum ſeſe in profundum re- 1136. Quomodo formentur uniones?
clinans, pariat rotundam margaritam, ad latus quodcunque, iſto latere planam, à ſuperiori vel inferiori cuſpide vero, recurvam & informem, prout maritimi populi, penes quos fides ſit retulerunt.

Aves excepto anſere Claki omnes generant ordinario congreſſu, ova par- 1137. Avium partus duplex.
turiendo, ſicque ovis ad tertium ſeptenarium nonnullæ ad quartum usque incumbunt, donec pullus excludatur, duplex ergo eſt avium ortus, alius imperfectus in ovis, alius perfectus, quem interdum Parentes morte præpediti non 1138. Aves domeſticæ varia ova excludunt.
expectant, ut pullus mortuis Parentibus producatur. Alienis enim ovis aves domeſticæ incumbunt, & fotu perpetuo excludunt pullos tam exquiſito calore, ut nemo fere (niſi de Ægyptiis fama vera ſit) uſpiam reperiatur, qui artifi- 1139. Duo in ovis ſubſtantialia.
cialiter opus hoc imitari poſſit. In ovis autem duo ſunt, conſpicua, Albumen & vitellum, in albumine hæret animula, quæ ibidem principales partes ſimila- 1140. Guſtarda avis.
res efformat: Vitellum vero exhibet ſanguinem & nutritionem. Hinc ob ſiccam conſtitutionem tardius ova volatilium quam piſcium maturantur. Sylveſtres aves ova non niſi propria fovent. De Guſtarda avi refert Cardanus, quod 1141. Spurii ſpecierum congreſſus inter piſces & aves nulli.
ſentiat ova attrectata, vel ſolo humano habitu infecta, prolemque hominum crudelitati & gulæ alendam non exiſtimet, ſed indignabunda fugiat. Exinde inter aves & piſces, adulterinos ſpecierum congreſſus & monſtra reperiri vix probabile eſt, etiamſi de Aphrica ob penuriam aquarum & concurſum animan- 1142. Mirabilia fert Aphricæ tellus.
tium ad mare, tale quid fieri mordicus extorquere velint, ſed mirabilia ferre Aphricam tellurem omnibus notum, & rationi congruum ſiccitate arida loca, nec animantia nutrire poſſe, & naturam ab inordinato congreſſu abhorrere, propterea ea quæ nobis incognita non ſtatim pro monſtris habenda erunt.

CAPUT VI.

OPUS CREATIONIS VI. DIEI.

SECTIO I.

Verſicul. 24.

DIXIT QUOQ; DEUS, PRODUCAT TERRA ANIMAM VIVENTEM IN GENERE SUO JUMENTA ET REPTILIA ET BESTIAS TERRÆ SECUNDUM SPECIES SUAS, ET FACTUM EST ITA.



1143. Materialis forma brutorum. הוצא הארץ Dixit Deus, producat, proferat terra, exeant & egrediantur è ſinu matris omnes animæ viventes, certis generibus diverſæ, denotando omnia bruta animantia formam terreſtrem & materialem acquiſiviſſe, ita ut in omnipotenti iſto opere terra non propria virtute, ſed mandato Dei aſſociaverit

1144. Concurſus naturæ ad opus creationis. cœleſtia ſublunaribus, ex ſiderum elemento derivando ignem, ex aquarum ſupracœleſtium criſtallo ſpiritum, de ſolis ςοιχείῳ Balſamum nativum, tandem ex aqua & terra corpus ſolidum organicum extruendo, Deus omnia tali ordine & menſura diſpoſuit, ut ſingula hanc vel illam Ideam acquiſierint.

Eſt

Eſt ergo נפש anima, idem ac vita & ſanguis, prout ſacer ſcriptor plurimis in 1145.
locis explicavit, exinde Plato in Timæo inquit: *Vita in igne & ſpiritu poſita* Anima brutorum quid ſit?
eſt. Poſita namque animantium Idea omnibus cœleſtibus & terreſtribus corporibus completa, fecit eam Deus viventem, continuata creatione, effluvia ſiderum Cœli & terræ in iisdem rotando & circumvolvendo, ut exhalantibus 1146. Vita brutorum quid?
Cœli influentiis ſemper novæ ſuccederent, & recentibus virtutibus roborata ad certum temporis curriculum vitam continuarent & abſolverent.

ףטיכת In genere ſuo hoc optime explicat Johan. Picus Mirandulanus dicens: *Animalium irrationalium tres ſunt differentiæ, jumenta reptilia & beſtiæ; ſunt* 1147. Tria genera terreſtrium animantium.
beſtiæ quæ perfectā ſunt phantaſiā, medium inter irrationalia locum ſortitæ, erudiri autem ab homine & manſueſcere neſciunt; reptilia quæ inſectam habent Phantaſiam, media inter bruta & plantas, jumenta quæ etſi ratione carent, diſciplinæ tamen capaces ſunt, in Heptapl. lib. 5. cap. 5. Jumenta ſunt, quæ ab hominibus cicurata & à ſervitia 1148.
manſuefacta armentorum gregibus paſcuntur, ſuntque præprimis boves, quos Quid jumenta ſint?
ad arandum triturandum, & mille negocia ſubjugant, in Hiſpania etiam ad ve- 1149.
nationem adhibent, namque poſt illas venator graditur, bovem, feram verſus Boves.
impellens ſagittaque ubi proximus fuerit incautam lædit, ut recenſet Carda- 1150.
nus, lib. 7. de rerum variet. cap. 32. Vaccas conſimiliter ad labores alligant, Vaccæ. 1151.
maxime vero ut lac infantibus & ſufficientem carnis copiam omnibus hominibus ſuppeditet, in pagis, vicis, & ſuburbiis aſſervant. Equos, Camelos, Elephantes, pro itineribus conficiendis & oneribus portantis applicant. Canes, Feles pro cuſtodiendis domibus, Porcos ad cibum ſignant. Equi, Cameli, Elephantes

Inſecta vel reptilia terreſtria Secundum Ariſtotelem ſunt, *quorum corpus inciſuris præcingitur, aut parte tantum ſupina aut etiam prona*, hiſtor. animal. 1. cap. 1. 1152. Inſecta quid ſint?
Suntque alia pennata alia in pennata, alia utroque modo ſed quatuor inciſuris 1153.
prædita ſunt, quorum prima os, ſecunda ventrem, tertia inteſtina, quarta anum Inciſuræ inſectorum.
exhibet, quibus omnia inſecta exſanguia & ſanguinolenta utuntur ore quidem 1154.
quo plerumq; cibos ſorbent, namq; ſolas apes & muſcas dentibus veſci Ariſt. pu- Arma inſectorum.
tavit, cum etiam promuſcide attrahant. Inſectis omnibus certa arma Deus 1155.
conceſſit, ut quæ in ano non aculeum aut ſpiculum habent linguam acutam Senſus inſectorum.
præferunt pleraque inſecta habent oculos. Organa odoratus ſunt papilionibus, apibus, veſpis, & fere omnibus, cum iisdem ad cibos appropinquent. 1156. Voces inſectorum.
Guſtum & tactum iis non deeſſe ex ciborum electione & ſubtiliſſima ſenſatione conjicitur. Suntque alia muta alia Sonora, alia ſaliunt, volant, reptant, gradi- 1157.
untur, pro organorum externorum varietate ſed fere omnia habent brachia, Cor inſectorum.
quæ neque vermibus denegata eſſe, ſed inciſuris adnata videmus. Omnibus 1158.
animantibus & inſectis etiam cor eſſe neceſſum eſt, quia cor vitæ principium & Ventriculus inſectorum.
caloris fons eſt, ſed ex anguibus cor non rutilum apparet, neque tanto impetu 1159.
pulſat. Ventriculus ſicut in piſcibus, eſt ſtatim poſt os, ſed debili acido & ca- Generatio inſectorum.
lore, vix concoquunt, & rejiciunt cibos, ut ſtatim in aliam ſpeciem degenerent, interdum ſemine permiſcent, ut nova ſpecie talia inſecta generentur. Pariunt ova & vermes & eorum ortus eſt univocus ex ipſo animali, vel æquivocus ex putredine, qua etiam ſanguine referta animalia, mures & muſcas generari certum eſt.

חיה θηρίον Bellua, beſtia in terra habitans, quæ vel mitis vel fera eſt, prout 1160.
victus ratio requirit. Omnes enim beſtiæ herbis & graminibus viventes, non Feræ quænam ſint?
feroces ſunt nec alias venantur, quæ vero carnivoræ, deficiente nutrimento quæcunque invenerint prædantur. Varia autem ſunt animalia corporis ma- 1161.
gnitudine, quæ in ſylvis degunt, majora plerumque ſunt, exinde quod ſolis ca- Quare animantia quædam majora
lore non exiccentur, neque laboribus defatigata ſomno & quieti indulgere poſ- ſint?
ſint, exinde etiam marina animantia terreſtribus longe majora, & quæ frigidioris temperamenti in pinguem carnoſam molem excreſcunt. Animalia bruta o- 1162.
ptimis ſenſibus inſtructa eſſe, ſupra docuimus, exinde eorum ſenſus interni ſatis Senſus Beſtiarum.
firmi & validi ſunt, ut communi illo ſenſu exactiſſime cognoſcant, & phantaſia optime judicent, quid appetendum vel fugiendum ſit, neque memoria etiam deſtituta eſſe animadvertimus, cum Canis ſemel in aliquo loco fuſtibus exce-

ptus,

ptus, ſemper ibidem timidus ſit, ſed quare hæc vel illa fiant. Et quænam eventura ſint? Hæc ipſis obſcura ſunt, cum deficiente ratiocinatione & mentis acumine neque ad univerſalia dijudicanda pertingant, neque Ideas rerum in memoria exactè repræſentatas aſpicere poſſint, ſunt tamen certis moribus velut diſtincta, & pro ſiderum virtute varia, quorum Indoles ab Ariſtotele ſic deſcri-
1163. Animalium ſagacitas ſive varietas morum.
buntur: *Animalia differunt moribus, nam alia ſunt mitia, remiſſa, & minime pervicacia, ut boves, alia pervicacia, bruta omnino, ut ſues ſylveſtres, alia ingenioſa & timida, ut Cervi, lepores, & cuniculi, alia illiberalia, perfida inſidioſa ut ſerpentes, alia liberalia fortia & nobilia ut Leones, alia generoſa ferocia & inſidioſa ut lupi, alia aſtuta malitioſa & callida, ut vulpes, alia animoſa amatricia & aſſentatricia, ut canes, alia manſuetudini addita ut Elephantes, alia verecunda & cauta ut anſeres, alia invida ornatus & polituræ, ſtudioſa ut Pavones* 25. Hiſtor. animal. 1. cap. 1.

1164. Unde diverſitas animantium ſpecierum?
עטינה Secundum ſpecies ſuas; ſpecies animalium diverſæ ſunt, vel in ipſiſſimo naturæ charactere, vel in moribus & actionibus ſenſuum, vel in quantitate & motu corporis, vel denique in naturali perfectione. Omnia autem hæc à cœlo & ſideribus determinari ſupra deduximus, & conſenſum præbet S. Thomas lib. 3. de animal. 4. textu 150. dicens *animalia irrationalia, quæ ſolo appetitu ſenſitivo reguntur; in ſuis motibus ut plurimum inſequuntur impreſſiones corporum cæleſtium.*
1165. Ex Cœli & ſiderum influentiis.
Cum enim animantia ex Cœli & ſiderum ſubſtantiis præprimis conſiſtant, ad eorum vires hinc indeque varie inflecti, & pro benignitate vel malignitate in vitale genus operoſa quoad corporis incrementum mores & perfectiones deter-
1166. Generatio & corruptio à ſideribus oritur.
minari ſequitur. Apparet enim, non tantum generationis, ſed & corruptionis ordinem à revolutionibus Cœli & ſiderum dependere, namque cum Deus omnia in natura conſtantiſſime pulchra & completa conſervare decreviſſet, & propter varias ſiderum mutationes individua rerum non ſempiterna manere voluiſſet, iisdem generationis ſucceſſionem ſubordinavit ut ad certum ætatis terminum, & virium vigorem aſcenderent tali ordine, ut influentias ſiderum cum cibo & potu haurientes, & nutritione corpori aſſimilantes, primo in aug-
1167. Quomodo generatio inſtituatur?
mentum Corporis convertant; Poſtea mole corporis Ideæ convenienti expleta, vires ad generationem intendant; Hinc ſpermaticæ nutritionis humores
1168. Quare generatio poſt pubertatis Annos.
poſt annos pubertatis per venas emulgentes ad genitalia membra trahuntur, donec tandem tempore naturæ convenienti abſoluto, ſolutis corporum vinculis, omnia in priſtinam rerum faciem revertantur, ſicque elementa ad loca naturalia putredine reſoluta emigrent. Non ergo abſurdum eſſet dicere cum qui-
1169. Corpora animantium poſt mortem ad ſidera evolant.
busdam antiquiſſimis Philoſophis, animalia poſt mortem ad cœlos aſcendere, & definito tempore redire, quod de ipſorum materia verum & probabile eſſet, Ideæ enim reſolutis corporibus brutorum evaneſcunt, quædam eorum corpuſcula ad Cœlos & ſidera exhalant, quædam in aërem & aquam diſperguntur, pauca in cineres & ſal paludoſum reſolvuntur, ita ut plus de ſiderum corporibus
1170. Reſolutio corporis brutorum.
animalia bruta, quam de terræ pulvere participent.

Examinabimus igitur præprimis, jumenta, quæ ſecundum Planetarum ſeriem & naturam ſunt primo, Saturnina, ſolitaria, triſtia, nocturna, inter quæ
1171. Saturnina animalia manſueta.
primum locum occupat Aſinus, triſte, rude & ſtolidum animal, unde Ægyptii Sacerdotes ignarum & intra domeſticos muros ſemper educatum, nec extra patriam egreſſum Aſellicipitem hominem vocarunt. Aſinus ab omnibus Philo-
1172. Aſinus.
ſophis frigidiſſimi temperamenti eſſe judicatur, exinde, quod non concipiat niſi triennio elapſo, & partum ad annum usque geſtet, neque in locis frigidis gene-
1173. Aſinus triſtis ſtupidus & malitioſus.
ret, & fœtum ſolſtitii tempore excernat. Eſt autem aſinus triſte animal, exinde Eremitarum Hieroglyphicum fuit Onager. Tardum eſt, tantopere, & nullis curis, ocioſum, ut etiam in congreſſu venereo non concipiat niſi fuſtibus interpellatur. Color ejus Saturninus ex albo nigreſcens peſſimæ indolis ſignum eſt. Malitioſum tamen, pertinax, & irriſionis ſigna præbet labiis detra-
1174. Aſinus Ægyptius.
ctis. In ſumma fuit hoc animal Ægyptiis tantopere ſuſpectum ut Pierius Valerianus referat talia; *Erat apud eos mos, ut Aſinum ludibriis omnibus inceſſerent, luto ceſpitibusque impetitum, contis etiam ſtimularent, quaque ſe locus offerret opportunus præcipitem agerent. Unde proverbium in contemptibiles deſpicatiſſimosque homines emanarit;*

varii: *Aſinus Ægyptius.* Hierogl. lib. 12. Propter ſegnitiem Aſinus nec uri- 1175.
nam emittit, niſi in locis ubi aliorum animantium urinæ ex acrimonia ipſum ſti- Quæ ex aſi-
mulant. Lien ejus ad melancholicos affectus ſimilitudinis methodo uſurpatur, no utilia ſint.
Oſſa ſunt nimis ſicca nihilque in eo niſi cutis & lac conducit humano uſui, cutis
quidem ubi fuſtibus percuſione in callum indurata eſt, pro ſoleis pedum ita ido-
nea, ut vix dilacerari poſſit. Lac aſininum frigidum eſt, & inflammationibus
viſcerum utile & ſalutare homini, quia in aſino venerea Saturnino ſpiritu
ſumme contemperantur. Præter aſinum ſunt plurima ſaturnina animalia
manſueta, ut Mulus qui ſaturnino ſpiritu ſterilis, piger, indocilis eſt; & omnia 1176.
reliqua, quæ ob inertiam vix hominum negociis adaptari poſſunt. Mulus.

Jovialia manſueta animalia ſunt primo Camelus pacificum animal, ut à 1177.
quovis puero gubernari poſſit. De Camelo per pulchre ſcribit Albertus ma- Jovial à manſueta a-
gnus: *Camelus eſt animal deforme, bina habens in dorſo tubera, vehit & onera fert,* nimalia.
ſed facile non fert ultra onera conſueta, & ad onera ſuſcipienda flectit genua, genus equi- 1178.
num odit, bibit aquam turbidam, ſitim ſuſtinere per triduum poſſunt, Rabies & podagra Camelus.
eis accidit, tempore coitus ſolitudinem diligit, & non ſuſtinet ſecum homines niſi paſtorem.
De animal lib. 12. tr. 2. cap. 1. De Camelo Ariſtoteles ſcribit, quod nunquam 1179.
cum matre coeat & ſi à Paſtore deceptus id fecerit, Camelarium occidat; cum Cameli reve-
quo Avicenna conſentit, & non tantum reverentiam Cameli erga matrem ſed rentia erga matrem.
& pudicitiam quod congreſſus tempore in ſolitudines diſcedat, quam maxime 1180.
commendant. Elephas temperans, pium, æquitatis ſtudioſum animal eſt, & Elephas.
verecundum, conſimili more ut Camelus tempore coitus ſolitudines petens,
non comedit ultra ordinariam menſuram, odit grunitum porcorum & aſino-
rum, velut vanas inquietudines, tam ſagaciſſimum animal eſt; ut actiones hu-
manas imitetur. Mirabilem hiſtoriam deſcribit, Euſebius Nürembergius 1181.
Soc. JESU, ſermonem humanum imitari putant nonnulli, cum magiſtri ver- Mirabilis ejus ſagacitas
ba optime intelligat. Unde Ariſtoteles: Elephas, omnium ferarum mitiſſi- 1182.
mus & placidiſſimus eſt, ut qui per multa officia erudiatur & intelligat, cum Elephantem
etiam Regem adorare condiſcat, hiſtor. animal. 9. cap. 46. Taurus vel bos, ſermones in- telligere.
Jovialis naturæ eſt, ita, ut antiquiſſimi Græci & Ægyptii Jovem vel Oſirim 1183.
quem patrem, juſtum, Ducem & Regem vocarunt, bovis figura depinxerint, Taurus.
qui in corpore niger erat, in fronte candorem quadræ præ ſe ferebat, in tergo ef-
figiem Aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda, pilos; Lunæ etiam effi-
giem in latere geſtabat, uti deſcribitur à Pierio Valeriano Hierogl. lib. 3. & R.
P. Kirchero in Oedipo Ægypt.

Martilia manſueta animalia ſunt, quæ quidem hominibus inſerviunt, ſed 1184.
feroci & truculenta iracundia homines & reliqua animantia infeſtant, inter Martialia manſueta a-
quæ primarium eſt canis, qui velut armatus miles hominem comitatur & inter- nimalia.
dum à multis periculis liberat, exinde mirabile eſt, quod cum canes interſe in- 1185.
vicem rixentur, accedente alia ipſis inimica fera, ſtatim uno agmine eam inva- Canis.
dunt, ſicque velut placati ſodales pugnant. Propterea etiam apud Lacedæ-
monios canis marti ſacer fuit, propter audaciam & invadendi promptitudinem,
ut refert Pierius Valer. Hierogl. cap. 5. Canum variæ ſpecies recenſentur, 1186.
Ariſtoteles ſcribit, *Canes Laconici ex vulpe & cane generantur, Canes Indici ex tigride* Canum ſpecies.
& cane, hiſtor. animal. 8. cap. 18. Item in 9. cap. 1. inquit Canes inſignes ſunt, 1187.
qui ex moleſtico & laconico prodiere Canes à Marte propter ſenectutem vel per Rabies.
intemperiem exiccati, & bile incenſa aduſti, rabie infeſtantur, in immenſa ſiti
nihil bibentes, ſed morſibus omnia ferientes, quorum ſpuma vel halitus demum
vicinos canes, lupos, imo & homines infeſtat, medelam pro morſu rabido ex-
hibemus infra in inſectis.

Solaria manſueta animalia ſunt generoſa, magnanima, ut Equus heroico 1188.
inceſſu neque tormentorum & bombardarum ſonitum fugiens, voces pro Solaria manſueta anima-
appetituum diverſitate emittens; *Hinnitu allari, parvo, lætus eſt, hinnitu* lia.
longo deſiderat ſocium, in dolore gemitum edit, hinnitu breviſſimo irraſcitur, 1189.
quando velut ſternutat, & aures demittere ſolet & tunc metuit, cæterum Equus.
ut in Ira ad collum aures demittit, ita in timore erigit atque in interiora

O *tendit,*

tendit, *videantur hæc apud* Cardanum lib. 7. de rerum varietate capit. 32.
Pauſanias refert. Perſas & Lacedæmonios Equum Soli ſacrificaſſe, Leonem
& Equum Gallicinia expaveſcere, plurimi ſcripſerunt, exinde quod Gallus
proximiori gradu ſoli affinis ſit. Equum etiam Leonem ſolari heroica virtute
1190. Equus an ſuperet Leonem ſolari virtute. ſuperare; Horus Ægyptius exiſtimavit, exinde, quod Leo ſemel è pugna diſce-
dens, nunquam revertatur, ſed Equus denuo recurrens pro temporum & loco-
rum oportunitate de novo hoſtem invadat, ſicq; bello magis idoneus ſit.

1191. Venerea animalia manſueta. Venerea animalia ſunt laſciva, blanda frugalia & prolifera, præprimis ovis,
tam utiliſſima eſt hominibus, ut nihil in ejuſdem omni vita reperiatur, quod
non proficuum ſit, inde fœcundidatis & Opulentiæ hieroglyphicum fuit vete-
ribus, & Jaſonis in Colchos navigationem laborioſiſſima velleris aurei acquiſi-
1192. Ovis. tione, Græcis famigeratiſſimam eſſe notum eſt. Venereum pecus eſt Capra;
De qua Virgilius.

Florentem Cythiſum ſequitur laſciva Capella.

Capram ſub Saturno, Venere & Mercurio eſſe & lacte ejus Julum Avellanæ, in
1193. Capra. ſerpentem enutriri poſſe, propter tantam efficaciam influxus ſiderum, aliquan-
1194. Vacca. do retulit Auguſtus Ezlerus in Iſagoge Phiſico-magico Medica. Vaccam
mira fæcunditate omnibus hominibus Europæis & aliis ſufficientem carnem,
maximamque lactis copiam ſuppeditare, admirabile eſt. Vaccas, Capras &
Oves poſt imprægnationem pinquiores fieri ſcribit Albertus magnus. Vac-
1195. Vaccæ Epiroticæ. cas Epiroticas tantæ proceritatis eſſe memorat Ariſtoteles, ut ſedens aliquis u-
bera contingere nequeat, ſed erectus mulgere poſſit.

1196. Mercurialia animalia manſueta. Mercurialia manſueta ſunt animalia aſtuta, ingenioſa, & quamvis inter
quadrupeda ejuſmodi pauca reperiantur quæ hominum negociis inſerviant,
plurima tamen inter ferina manſueſcunt, ut ſimia, de cujus indole multi anixe
1197. Simia. quæſiverunt, anne ad rationem pertingat, cum multis in terræ locis homines
adeo rudes & inepti reperiantur, ut à ſimiis decepti, naturali ſolertia ferè ſupe-
rentur. Sicut etiam plurimis in novi orbis inſulis ſimias humano vultu, geſtu
& membris, ſed hirſutis, & à facie Æthiopes præſentantibus, deprehenſas fuiſ-
ſe, ſæpius relatum eſt.

1198. Lunaria manſueta animalia. Lunaria inter manſueta animalia eſt Porcus, terreſtris naturæ, ſed balſa-
mico cordis temperamento præditus, unde nutrimenta non rejicit ſudore, ſed
accumulat pingue & oleaginoſum in maximam corporis molem. Si carne
1199. Porcus. & brodiis de ſuila carne coctis aliquandiu veſcitur porcus, ulcera & bubones
1200. Morbi Porcorum. venereo morbo conſimiles, quæ vulgo die Pfinnen vocantur, acquirit; Et
conſimiliter homines ocio indulgentes, ſi ſæpius ſuilla Carne, præſertim mor-
1201. Lepra & lues venerea. bo hoc infecta, utantur, Scabiem, lepram & veneream iſtam luem acquirere
poſſunt, quia ob ſimilitudinem temperamenti carnis humanæ cum Suilla, na-
tura nullam evidentem alterationem & mutationem in ſanguinem terminare
poteſt, ſed Chylum glutinoſum relinquit, unde putredine reſolutus ad vias ex-
1202. Catus. traordinarias protruditur, ſicque cutim nefarie lædit. Catus Lunare animal,
in multis ſimile Leoni, unde in certamine ſolis & lunæ, ſolem Leonem, Lunam
Ælurum produxiſſe, refert Pierius Valerianus, Hierogl. lib. 14. Exinde, Felis
Ægyptiis ſacrata fuit, ut qui eam occiderit, mortis pœnam perferre punitus
fuerit, maxime autem Lunæ influentiis eam ſubjectam eſſe, patet, quod oculi
ejus ad Lunæ motus creſcant & decreſcant, lumemque quod in oculis conti-
nent lunare ſit, hinc in plenilunio undiquaque excurrunt, formidabiles edunt
clamores, & cum dolore & cruciatibus venereos amplexus ſubeunt, Novilu-
nii vero, in Lunæ velut deliquio, debiles ſunt, & quieſcunt. Felibus in Lunari
Sphæra animalium ſuccedunt mures, quos domeſticos, ſylveſtres, minores &
1203. Mures. majores eſſe, cuivis notum eſt. Murium generatio mirabilis deſcribitur ab Ari-
ſtotele hiſtor. animal. 6. c. 37. *Inquit enim fœminam in vaſe clauſo peperiſſe centum &*
1204. Murium fertilitas. *viginti muſculos, agreſtes parturire inaudito modo, ut parum in agro ex univerſo fru-*
mento relinquatur, & tam cito abſumatur, ut nonnulli mediocres agricolæ cum pridie
metendum ſtatuerint, poſtridie mane cum meſſoribus accedentes ad ſegetes, abſumptam
inve-

inveniant totam; Hæc Ariſtot. Murium domeſticorum variæ ſunt ſpecies, mus 1205.
minor, ſorex & major, omnes autem maligno ſpiritu Lunari afflatos eſſe, docet Murium ſpecies.
quod muris minoris excrementa purgent, idque Ruſtici experiuntur, ſorex ve- 1206.
nenata natura felibus nauſeam & vomitum cauſat, ſibilo ſemet ipſum prodit. Sorex.
Major mus quibusdam in locis adeo venenatus eſt, ut Francofurti ad Oderam 1207.
in hoc ſeculo aliquando in cereviſiam aliquot glires delabentes plurimos ho- Glis.
mines ſubitanea morte interfecerint. Auguſtæ Vindelicorum mures majores 1208.
nullos reperiri à ſeculis obſervatum eſt; Putavi ego primariam aëris ſiccitatem Glires non reperiuntur
cauſam eſſe, cum locus in planitie ſit, ab occaſu montes nive criſtallinos frigidiſ- in Epiſcopatu Auguſtano.
ſimos reſpiciens (unde ſaluberrimus aër ibi) cujus aſperitatem forſan glires non
tolerare poſſint. Sed cum minorum murium maximam copiam aſpexerim,
referantque ad ſtadium ab urbe, ultra Licum ubivis mures majores reperiri, hac
ex cauſa cum aliis ſublimiorem ad cauſam retuli. Theologi Catholici à San-
cto Ulrico terram totius Epiſcopatus Auguſtani benedicente, fugam majorum
murium exortam eſſe deducunt.

A Domeſticis animalibus progredimur ad beſtias, in ſylvis & ſolitudini- 1209.
bus, in caveis & ſpecubus, in maritimis, & paluſtribus locis, in pratis & campis, Ferarum diverſitas.
errantes, quæ omnia certis Planetarum cancellis ſubjecta, pro cœleſtium cor-
porum influxu mirabiles in mundo actiones exercent. Namque primo Satur- 1210.
nina quod concernit, ſoli velut inimica, degunt in cavernis terræ, ut Erinaceus, Beſtiæ Saturninæ.
Melis, Falpa & ſimilia. Alia in ſylvis & locis deſertis habitant, ut Onager, ſunt-
que omnia humano generi adverſa, inimica & infelicia.

Joviales beſtiæ ſylveſtrem, ſunt Joviali ſalubritate hominibus ad cibum 1211.
conceſſæ, ſed propter ferinam naturam difficulter comparabiles, ut Biſon, Bo- Joviales Feræ
naſus, Cervus, Dama, Lepus, &c. Omnes in Campis & locis amœnis, victum
quæritantes quæ de rore cœleſti & balſamo ſolari carnem optimæ nutritionis,
& ferini ſylveſtris odoris habent.

Martialium ferarum cohors venatur, reliqua animantia furore ſanguinario, ut 1212.
Moloſſi canis ſpecies, lupus, lynx, urſus, quæ propter calidum temperamentum Martiales belluæ.
non tantum opaca nemora quærunt, ſed & locis frigidioribus Polis vicinis appro-
pinquant; ſicut multa Saturnina in locis frigidis propter nativi caloris debilita-
tem ſeſe non ſuſtentare poſſunt, ſic martialia nimio ſolis æſtu contabeſcerent.

Solaria generoſa ſunt, & ſub ſolis radiis ſine noxia habitare poſſunt, pro- 1213.
pterea quod Sol ipſorum genituræ Dominus ſit, & ejusdem effluviis corrobo- Solaria animalia ſylveſtria.
rentur, præprimis Leo, qui in frigidioribus hiſce locis febricitare dicitur, exinde
quod ſufficienti ſolis balſamo deſtitutus ſit. Propter tantam Leonis cum ſole pro- 1214.
pinquitatem naturæ, etiam ſidus in quo ſol maximum robur & dignitatem poſſi- Leo.
det in ſeptentrionalibus regionibus, Leonem appellarunt, ipſeq; Salvator Leonis
de tribu Juda nomen ferre non dedignatus eſt. Sub Leone etiam ſunt Tigris,
Panther, Pardus & ſimilia animantia, quæ à ſole generoſitatem in ſimul & ſigna-
turam corporis & colorum acquiſiverunt.

Venerea ſylveſtria animantia ſunt, laſciva, prolifera & ſalaciſſima ut Hir- 1215.
cus Moſchus, Caſtor quæ veneris fœtorem redolent, itemque ſpecies Capra- Venerea animantia feræ.
rum in Sylvis & rupibus oberrantium.

Mercurialia ſunt aſtuta, ingenioſa, nec facile à venatoribus capiuntur, ut 1216.
vulpes, Sciurus, Cercophitecus, ſimiæ ferinæ vel canini homines ut à nonnullis Mercuriales beſtiæ.
vocantur hominis geſtus & actiones optime imitantes.

Lunaria pleraq; in terra & aqua vivunt, ut Lutter vel Lytra ejusq; multæ ſpe- 1217. Lunaria animalia.
cies, alia in luto & putri terra habitant ut, aper, Culmis ſive longioribus denti-
bus pugnans, præprimis ſi mas in coitu vel fœmina in partu ſit. Cuniculum item 1218. Reptilia quæ & qualia?
lunare animal eſſe, oſtendit, quod ferè ſingulis menſibus pariat, & in antris terræ
habitet, cum nullo Saturnino ſpiritu malignus ſit, ad Lunam merito referri debet. 1219.

A Jumentis & beſtiis deducimur ad reptilia terræ, quæ vel nobiliora An inſecta in prima creatione producta ſint.
vel ignobiliora ſunt; Nobiliora quæ ordinaria generationis via proveniunt,
ignobiliora quæ ex putredine generantur. Exoritur autem quæſtio,
an omnia inſecta à Deo ſtatim in prima creatione producta fuerint? An

vero in pœnam peccatorum poſtea demum plurima ex putredine, aberrante natura, evenerint? cum ea quæ ex animalium recrementis, ex putridis corporum cadaveribus exſurgunt, in creationis opere non apparuiſſe veroſimile ſit. Nec eorum uſus etiam animantibus ſalutaris, potius homini noxius ſit. Verum

1220. Affirmativa defend. videtur omnia inſecta à Deo in univerſi harmoniam, & ad certum uſum primitus creata fuiſſe; Nam corpora ſola Phyſica bonitate prædita, nihil peccati factum vel pœnam reſpiciunt, cum Deus viderit omnia eſſe valde bona; ſicque dum in ſola inobedientia hominis peccatum conſiſtat, nullaque pœna animalibus iſtis ordinarie ſit decreta, nullam cum peccato reflexionem agnoſcent:

1221. Quomodo excrementa ſeminali virtute prolifica ſint? Animalia etiam ex putredine oriunda olim primitus extitiſſe, non repugnat, cum alia ſit creatio, alia ſpeciei conſervatio; & illa ex excretis animalium generatio ſeminali virtuti formaliter nil confert, namque ſemina rerum cum cibo & potu per os aſſumpta, manent in humano corpore integra, ita ut vel per alvum urinam, ſudorem, aut quoscunque meatus denuo rejecta velut nunquam humanum corpus ſubierint, iterum in priſtinam ſpeciem excreſcere poſſint. Pro-

1222. Lumbrici. deunt enim ex terra æque ac ex omni putredine, & variis excrementis eadem forma & ſpecie, Exempli gratia, lumbrici terreſtres repræſentant formam lumbricorum humanorum, ſed ſequitur ſolum, quoad locum generationis, ſemen illud vermis cum cibis in ventrem hominis deſcendiſſe, ſicque calore fotum, vermes procreaſſe. Sicut aliquos curavi, quorum in ventre Ranæ ex epoto

1223. Ranæ ab hominibus excretæ. ſpermate in ranarum fluviatilium magnitudinem enatæ, cum excrementis prodierunt neque enim putredo impedit cauſam propagationis ſpecierum ſed potius promovet, cum alias multi piſces prægrandes dudum periiſſent, nec natura unquam aberrare poterit, cum ordinariis temporibus ſingula producat, veris tempore papiliones, æſtatis vero ex horum excrementis Erucas quæ braſſicam

1224. Paſſer vicillinus. & caules tunc temporis ſucculentos devorant prout Paſſer ille minimus Vicillinus, juxta mexicum, Octobri menſe uno pede annixus ramuſculo hæret, usque ad Aprilem loco tecto, atque ita mortuus velut eſt, cum redeunt flores reviviſcit. De quo Euſebius Nürrembergius Soc. JESU & Hieron. Cardanus

1225. Scarabei majales. lib. 7. de rerum variet. cap. 36. Scarabei majales oriuntur ex verme albiſſimo, ex prioris Scarabei aut reſcente cadavere reſuſcitato qui vermis prima æſtate in terram proſerpit, altero anno in magnitudinem fere Scarabei excreſcit, Tertii anni menſe Majo tandem in Scarabeum reviviſcit, quod forſitan primis Philoſophis occaſionem dedit enumerandi rerum revolutiones, quod certis periodis omnia ad priſtinum principium reverſura ſint, ut Pythagoras exiſtimavit. Pu-

1226. Pulices. lices ex hominis urina & pavimentorum pulvere oriri, notiſſimum eſt, ſed & pulices terreſtres extare, hortulani experiuntur. An autem qui ex hominis urina proveniunt, & ſanguinem ex cute ſorbent, ſpecifice à terreſtribus differant, vel ſaltem naturæ & ortus familiaritate hominem adoriantur, cuilibet ſano ſenſui relinquo, & poſito quod ſpecie differant. Non præſuppoſita ſola hominis urina ſed & ex omni pulvere ab aëre humectato provenire, teſtantur ii, qui ædes longo tempore non inhabitas expurgant & multa millia myriadum ejusmodi ſanguinariorum inveniunt.

1227. Serpentes ex ſpina dorſi naſcuntur. Ex putridis cadaveribus perfectiora animalia prodiiſſe etiam, refert ſupra memoratus Ezelerus, qui ex ſpina dorſi hominis, ſerpentem oriri ſtatuit, propter mercurialē ſpiritum ibi latitantem, propterea etiam in Cœmeteriis tot ſerpentes reperiri autumat. Ex juba Equi emortui innumeros ſerpentes exortos

1228. Serpentes ex Juba Equi. fuiſſe ante quinquennium retulit, Illuſtriſſimus Comes à Leiningen Hartenburg omnesque aſtantes aſſerebant, vidiſſe capillos Equi ſemi-ſerpentes vivos.

1229. Ex ſerpente putrido. Ex Serpente putrido vidi aliquando ex Vitro aſſurgentes longos ſubtiliſſimos vermiculos ad fili craſſioris formam ſummè albicantes, quibus in proximum

1230. Majora animantia etiam ex putredine oriuntur. meum hortum ambulantibus, altero anno numeroſa ſerpentium propago apparuit. Majora ergo animantia ex putredine prodire perfectioni, & prioritati exortus nil derogat, quid ergo in minoribus cum præſertim omnia animantia certo uſui deſtinata eſſe, ex omni-Sapientia Creatoris conſequatur, etiam ita, ut quæ homini venenata appareant, velut Araneæ, Bufones &c. Venena ex

aëre,

aëre, ne hominibus noxia evadant, attrahere Deus providerit, propterea inſecta
ad talia munera deſtinata & primitus producta eſſe per creationem infallibiliter
manebit.
Nihil autem magis in omni genere animantium quam inſecta à Planeta- 1231. Inſecta à Pla-
rum & Cœli influxu dependere, quotidie aſpicimus, cum ſole quævis putrida netis gene-
fermentante, omnis generis vermes, muſcæ, Erucæ, & papiliones naſcantur, ut rantur.
menſe Majo præprimis obſervare licet, quod pulcherrimi fructuum flores de-
cerpantur, omnia Nemora & arbuſta fœda inſectorum putrilagine tecta ſint.
Quædam autem ſanguine prædita ſunt quædam exanguia; quædam repunt am- 1232. Saturnina in-
bulant, volant &c. Quæ omnia ad ſeptem Planetarum claſſes referri poſſunt. ſecta.
Saturnina enim ſunt odioſa, inimica & malefica; ut muſca Hebræis זבוב Zebub, 1233. Muſca.
unde regis muſcarum Beelzebub nomen ortum duxiſſe putant, ſcribitque Aug.
Ezlerus in templo Salomonis nullibi muſcas unquam repertas fuiſſe, econtra
ad ſacrificia Molochi, Aſtarot aliorumque Idolorum, intolerabilem muſcarum
exercitum ſemper conveniſſe. Unde Beelzebub venalis fit, muſcæ forma, ſpi- 1234. Beelzebub
ritus familiaris officio ſeſe emancipans, atque pauperrimam animantium ſpeci- venalis.
em induens, ut heroem naturæ captivum ducat. Muſca ex putredine, nec
non ex ovis oritur, mas & fœmina congreſſu pariunt, interdum in locis tepidis
deliteſcentes ad alterum usque annum perdurant, inde ad recens natas muſcas
giganteam formam præſentant, ſed plerumque Majo menſe propter aëris frigi-
ditatem pereunt. Reperiuntur & muſcæ promuſcide Jumenta ferientes, ſan-
guinemque ſugentes, quarum excrementa generant vermiculum carnem fæ-
dantem, ex quo muſca rediviva è naſcitur. Araneus conſimili ortus genere
Saturninus, ex anhelitus vapore craſſo rete & telas contexit, muſcis inſidiatur; 1235. Araneus Sa-
Araneæ morſum promuſcide figunt venenatum, ſenecta confectæ à filiis ene- turninus ex
cantur, ex terreſtrium ciborum ruditate. Aëreo ſpiritu araneum lapideſcere anhelitu, te-
nonnulli perhibent, quod ſæpius quidem probavi variis modis, ſed nunquam las nectit.
experiri potui. Hiſce ſuccedit Scorpius, venenatum animal, duplici aculeo in 1236. Scorpius.
cauda paratum, Saturnino ſpiritu cordis cameram ſolarem impellens, ut niſi ci- 1237.
to remedium paretur, hominem interficiat. Ex pinu arbore enaſcitur Pithyo- Pythio cam-
campe, eruca virulanta, quam undecim angulis conſtare, refert Cardanus, & pe ex pinu
quod craſſities ejus ſit, præter caput & caudam, minimo minor digito, longitu- enaſcens.
do craſſitiei fere quintupla, Capite formicæ facie, Erucæ pedibus quatuorde-
cim, quorum ſex priores unguibus hamatis, quibus telam texunt, parte poſtre-
ma ſerrati; Julis etiam vermis terreſtris, quadraginta quatuor pedes habens. 1238. Julis vermis.
Aſellus ſub lapidibus enaſcens, ferre innumerabilibus pedibus veſtitus, cujus 1239.
corpus aceto præ paratum urinam movet, in potu exhibitum Iterum & Mor- Aſellus.
phæam ſanat.
Jovialia inſecta ſunt papiliones, & Erucæ, quæ oriuntur primo ex verme, 1240. Papilio & E-
qui ob ſuperfluum nubrimentum attractum ovi putamine veſtitur, inde erum- ruca Jovialia
pit papilio ſive Nympha pulcherrimis coloribus conſpicuâ, Nympha hæc dul- inſecta.
cibus cibis nimis enutrita, ſuper foliis arborum excrementis deponens, emori-
tur, ſicque ex excrementis ejus prodit Erucæ propago fœdiſſima; Conſimili 1241. Bombyx.
ratione cum bombycibus ſeſe res habet, cum plurima nomina acquirat; Erucæ 1242.
vermis, bombycis & necydalis, ſub Jove etiam eſt Formica laborioſiſſima quæ Formica.
æſtatis tempore colligit, & ſeſe nutrit ex floribus & fructibus & ſuccis arborum,
unde reſinoſa ova parturit, quæ ſolis æſtu liquefacta funduntur in Reſinam, Ga-
zophilaci inſtar in profunditalibus colliculorum deliteſçentem, quæ pſevdo- 1243.
olibanum vocatur, odore olibanum, ſed non tam grato redolens, hyemali tem- Pſevdo-oli-
pore tali Theſauro ſub terra formicas conſervari, nonnulli credunt. Formica- banum. 1244.
rum plurima ſunt genera, de formica cedri referr Cardanus. *In conis cedri ver-* Formica Ce-
mis oritur fabæ longitudine, capite formicæ ſed depreſſo, corpore rotundo, duobus in ante- dri.
riore parte circulis; loricis duodecim, ternis utrinque ſed juxta caput pedibus, ut partim 1245. Formica ex
gradiatur partim repat, ſicque medius ſit inter vermem & formicam. Formicam et- ſiliginis &
iam ex granis ſiliginis oriri manifeſtum eſt, primo enim enaſcitur ex fructu ni- frumenti
mia humiditate putreſcente, vel ex farina humida vermis, craſſus, pinguis, ca- granis.

pite rubicundo, duro, vocatur vulgo Mehl-Wurm cibus Philomelæ, ex hoc
1246. verme provenit deinde formica alata. Alatas majores formicas aliàs in den-
Formicæ alatæ. ſiſſimis nemoribus invenimus, primo vere ſtatim prodeuntes.

Martialia inſecta ſunt, quæ bellicoſo impetu animalia infeſtant, præſertim
1247. Martialia inſecta. hominem & ſanguinem exſugunt, propterea ſanguinea apparent, revera tamen
non ſunt, ut Cimices, qui ex radiis ſolis meridiani vel ut alii perhibent, ex aura
1248. Cimices. menſe Martio flante, in tabulatis putridis naſcuntur, ſuntque odoris fœdiſſimi,
1249. maxime ſulphurei & venenati. Pulices & pediculi egregium pecudum ge-
Pulices & pediculi. nus, ex urina ex ſudore hominis naſcuntur, ſicque ſanguine & pure meliceri-
dum & ſcabiei veſcuntur, Hirudines in locis paludoſis varii generis reperiuntur,
1250. Hirudines. majores roſtris per cutim orificia venarum quærentes, ſanguinem dulciorem
exſugunt, eoque repletæ decidunt vel ſale abiguntur, & purgantur ut ſangui-
1251. nem rejicientes, novis operibus paratæ ſint Scarabæus Cervus, vel Scarabela-
Scarabæus cervus & ejusmodi ſpecies. phus, cornibus nigris duriſſimis, Scarabæus viridis, verſiculor, aureus, Scara-
bæus ruber majalis. Omnes hi exhibent ſpiritum ad luem veneream & va-
rios renum & veſicæ affectus utiliſſimum, conducunt etiam tres Scarabæi ma-
jales in pulvere aſſumpti, contra morſum canis vel lupi rabioſi, quod ſæpius ex-
1252. pertus fui. Scarabæis propinquæ ſunt cantharidum ſpecies, urentes & cauſti-
Cantharides. cæ, genitalia membra ad ſanguinis excretionem ſtimulantes.

1253. Solaria inſecta ſunt præſertim crocodilus, ad Eclipticam ſolis lineam in
Solare animal inter inſecta eſt crocodilus. Æthiopia & Ægypto ad Nilum degens, de quo multa fabulantur. Draco in-
ter ſolaria etiam monſtra refertur, ſerpens lucidus ſcilicet alatus, pedibus duo-
1254. bus, ſed plumas non habens, de quorum magnitudine multa paſſim reperiun-
Draco. tur. His proxime accedit Salamandra, quas in Cumana Cardanus refert vi-
1255. diſſe, palmi magnitudine, gracillantes velut Gallinas, quarum morſus exitiales
Salamandra. 1256. ſint. Salamandras autem in igne vivere allegorica Chymicorum phraſis eſt.
Lacerti. Salamandris affines ſunt Lacerti in locis ſoli expoſitis habitantes, ex quibus plu-
rima medicamenta ad tabem & contracturam præparantur.

Venerea inſecta ſunt, præprimis melligera, quorum novem, Apis, Dux,
1257. Venerea inſecta ſunt Melligera novem fucus, veſpa, erabro, Teredo, ſirenis major, ſirenis minor, & bombyx non ſeri-
ceus. Tria prima ſunt in ingregali ſocietate. Primo apes minores vocantur
Scadones, pariunt interdum fœtum majorem, qui ſi aculeatus & pulcher eſt,
maximus Rex erit, ſi vero non aculeatus, fucus vocatur, ut Poëta: Ignavum
fucos, pecus à præſepibus arcent. Succedunt his veſpæ, veſpis majores ſunt
Crabrones, poſtea Teredines. Omnes gregatim in arboribus favum præpa-
rant. Hiſce minores ſunt ſirenes, duplices, ventrem variis coloribus conſpi-
cuum gerentes, & ſuſurrantes, habitantque ſub lapidibus ubi vermes albos ge-
nerant, nigra membrana obvolutos, quos bombyces appellant.

1258. Mercurialia ſunt inſecta quæ aſtutiſſima, & quædam cantant, ut ſerpens,
Serpens. de quo multa referunt, præſertim Auguſtus Ezlerus, inquiens: ſub fruticæ nu-
cis avellanæ reperiri ſerpentem album, cum frutex novem annis ſeneſcens vi-
ſcum protrudit. Serpentis hujus comeſtione aliquem tam prudentem & ſapi-
1259. Serpens artificialis Ezleri & Cardani. entem fore, ut avium voces intelligat, dicitque Ezlerus, in Julo, ſive vena nu-
cleum avellanæ per corticem nutriente ſemen eſſe ſerpentis hujus mercurialis,
poſſeque Julum lacte caprino enutriri, ut in album ſerpentem excreſcat, ſimi-
lemque cum priori ſerpente virtutem elargiatur, de quo in Cardano conſimilia
veſtigia deprehendimus qui lib. 7. De rerum varietate cap. 28. ita dicit. Nar-
rat Joachimus Fortius, vidiſſe qui ex avellana, quæ vermes continebat, affirma-
bant, ſerpentem magnitudine & forma educaſſe, nam nuce usque ad vermem
divulſa, eoque illæſo nucem in lacte condebant, & vas ſoli exponebant, ſed ita,
ut vermis à ſole haud tangeretur &c. qui de ex hiſce occaſionibus de ſerpente
Paradiſi fabulentur, & quod arbor ſcientiarum avellanas protulerit, impia &
inepta ſunt ac piis auribus parcenda.

1260. Cicada Mercuriale inſectum. 1261. Grillus. Cicada Mercuriale animal, mel & rorem de foliis & floribus pratorum
promuſcide colligit, & ſibilum Creatori decantat. Grillus vero in agris &
domibus ſeminibus plantarum, itemque pane, farina &c. veſcens auribus tæ-
dioſum

dictum cantum ſtridet, etiamſi caput, quod parvum habet amputetur, nihilo-
minus in melodia pergit, Grilli autem canentes Cineritii nigri vero muti ſunt.
Lunaria inter inſecta eſt cochlea præprimis domibus teſtudinaceis turbi- 1262.
nata quam Poëta vocat Terrigenam, herbigradam, domi portam ſanguine caſ- Cochleæ.
ſam. Mirum eſt, quomodo parvo corpore prædita hæc inſecta, domos ſub ter-
ram autumnali tempore condere & verno iterum educere poſſint. His proxi-
mæ ſunt limaces rubræ & nigræ. Ranæ non minus ſub luna degunt, quia in
paluſtribus locis in æſtate, hyeme vero in aquis aſſervantur, unde ſperma eo- 1263.
rum primo vere ſtatim emergit, & in innumeras ranarum Myriades à ſole vivi- Limaces & Ranæ.
ficatur, Mirabile dum fere omnia inſecta ſanguine deſtituuntur, propterea ne- 1264.
que cor pulmonem, renes, veſicam &c. habeant, ſed os, ventriculum, inteſti- Rana ſanguine prædita ſola, inter inſecta.
na & anum, Ranas tamen ſanguine præditas eſſe, propterea & carnem varios
cibos comedunt, corde & venis ſanguinem continent ita ut ex lunaris ſpiritus
virtute certo tempore collectum earundem cor, Epilepſiæ infantium præſen- 1265.
tiſſimum remedium, à me ipſo non ſemel, ſed ſæpiſſime expertum fuerit. Ranæ medentur Epilepſiæ.

SECTIO II.

Verſicul. 26.

ET DIXIT DEUS FACIAMUS HOMINEM AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM NOSTRAM.

INcipit hic hominis horoſcopus, à Deo Creatore Ter optimo maximo, qui 1266.
non ſine myſtica & incomprehenſibili cauſa dixit נעשה faciamus concurſum Sacroſancta Trinitas
totius Sacroſanctæ Trinitatis in opere creationis humanæ deſignans, unde creavit hominem.
quanti fuerit hominem ſcilicet opus artificioſiſſimum à Creatore optimo deſci-
viſſe, facile judicari poterit.
Dixit Deus faciamus אדם hominem, an ergo Deus unum hominem crea- 1267.
rit, an vero ſexu diſtinctum marem & fœminam queritur. Plato in convivio An Deus unum ſaltem hominem creavit.
de Androgyno ita refert; *Erat tota cujuscunque hominis ſpecies rotunda, dorſum &*
latera circumhabens, manus quatuor totidemque crura, facies item duas, tereti cervice
connexas & undiquaque perſimiles, caput duabus faciebus, utrumque è regione adverſa 1268.
unum & aures quatuor, & genitalia duo, & alia omnia membra pro ut conjicere unus- Androgyni hiſtoria ex Platone.
quisque poſſit, cum autem hi homines Diis bellum inferre, & in Cœlum aſcendere conati
fuiſſent, Iupiter conſilium cepit, unum quemque nunc duas in partes diſſecabo, dicens, & 1269.
una quidem imbecilliores erunt, & nobis etiam conducibiliores quod videlicet plures erunt Deus creavit marem & fœminam.
numero; Hæc fatus, homines in duas partes diſſecuit, hinc ex illo tempore mutuus homi-
nibus innatus eſt amor, priſcæ naturæ conciliator, annitens unum ex duobus afficere. Hæc 1270.
Plato. Plurimi etiam fabuloſi ſcriptores Philoſophi Hebræi & Poëtæ in ean- An coſta ab Adamo dormiente extracta animata fuerit?
dem opinionem & ſententiam deſcenderunt, ſed quia contra claram literalis
textus explicationem, ubi dicitur: Maſculum & fœminam creavit illos, adver-
ſi quidpiam movere nefas eſt, idcirco illam hominis Androgyni diſſecationem 1271.
fabuloſam eſſe, ſtatuimus, cum expreſſe Deum non ex poſteriori Adami parte, Anima Evæ à Deo creata eſt
ſed ex laterali coſta, Evam creaſſe evidenter relatum ſit. Et Apoſtolus Paulus
memorat ad Corinth. 18. verſ. 8. & 9. Maxima autem difficultas exoritur de 1272.
anima Evæ, an per coſtam Adæ viventem traducta fuerit, ſicuti lumen de lumi- Vox ברא, æque de Eva uſurpata eſt.
ne accenditur; An vero in coſtam ab Adamo dormiente eductam creatione
infuſa & inſimul Eva creata ſit poſteriorem ſententiam vero ſimiliorem eſſe, ſe- 1273.
quentes rationes demonſtrant. 1. Quod verſ. 27. Gen. expreſſe vox ברא crea- Anima Adami ab Evæ anima diſtincta eſt.
vit vicibus duabus non ſine memorabili cauſa uſurpatur, de mare & fœmina, in-
de ſi anima quæ dat eſſe & diſtingui non creata ſed educta fuiſſet, fruſtra verbo
hoc ejus productio denotata eſſet. 2. Aut anima illa in coſta vivente exiſtens,
fuit una eademque anima Adami, aut numero diſtincta, ſi una tunc Adam, &
Eva fuit unus homo ſpiritu diviſo (quod repugnat) & non multiplicabili, cum
in uni-

in unitate naturali propagatio ſpeciei nulla reperiatur, ſaltem diviſio in partes à
1274. *Bruta & beſtiæ fuiſſent perfectiores Eva, ſi non à Deo immediate creata fuiſſet.* non dicendi eſſent homines neque uterque, uti Gen. 2. verſ. 25. neque ſexum
diſtinguerent quia cum forma dat eſſe & diſtingui, unius formæ ſimplices eſſent
termini facultatum & operationum. Propterea pro præſcindendis hiſce ab-
ſurditatibus, ſtatuendæ erunt duæ animæ, altera Evæ formationem ſuſcipiens.
Unde autem dualitas? niſi ex virtute divina, quæ virtus divina niſi creans,
1275. *Ordo creationis inverſus fuiſſet ſi Deus formam Evæ non etiam creaſſet.* cum tunc temporis nondum benedictio fuerit humano generi elargita, inſuper
benedictio illa reflectitur ſolum in naturalem propagationem nullam vero mi-
raculoſam productionem 3. ſi Deus corpus Evæ ſolum formando, non
vero animam creando mulierem produxiſſet, beſtiæ & volatilia cum omni ani-
mantium regno perfectiora eſſent muliere, cum Deus omnia ad ſpeciem produ-
xerit ut in ſuperioribus recenſuimus, 4. ſi productio Evæ in ſola corporis crea-
1276. *Adam dixiſſet eſt anima de anima mea* tione terminata fuiſſet, totius creationis ordo fuiſſet inverſus, cum in omnibus
creaturis ex ſubſtrata Cœli & terræ materia Deus ſpecificas Ideas inducendo
ſingula produxerit, exempli gratia ex primæva luce ſidera, ex terra plantas, ex
1277. *Eva ad Adami ſimilitudinem non ad Dei imaginem producta fuiſſet.* aquis piſces & volatilia &c. Creatio autem omnis terminatur in ſubſtantiali-
bus rerum formis, non in materia, quæ informis & nullius momenti eſt. 5. Si
anima Evæ ab Adamo traducta fuiſſet, Adam Summa Sapientia illuminatus,
dixiſſet: Eſt anima de anima mea, ſicut ſolum in veritate de oſſe & carne inter-
coſtali dixit, eſt caro de carne & os de oſſibus meis &c. 6. Deus Evam ad Ada-
1278. *Coſta viva permanſit in extractione.* mi ſimilitudinem, non vero ad divinam imaginem formaſſet, ſi corpus ſolum æ-
dificaſſet, non vero animam immediate produxiſſet, quia in corpore obſcura
eſt imago divina, uti infra videbimus. Propterea veriſſima dicendi ratio eſt,
1279. *Amormatis & fœminæ unde ortus ſit?* quod coſta ab Adamo vivente extracta, viva quidem permanſerit, ſed quam
primum corpus Adami egreſſa, à Deo peculiari forma & anima immortali infor-
mando in hominem fœminini ſexus extructa & ædificata fuerit, exinde propter
1280. *Quid ſit imago divina.* exiſtentiam ſpirituum vitalium in coſta illa vivente & ex communicatis ſpiriti-
bus Adami in Evam exorta eſt illa harmonia amoris inter ſexum maſculinum &
1281. *Imago Dei in humano corpore, homo microcoſmus* fœmininum quam poſtea Deus benedictione confirmavit.

Dixit autem Deus faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no-
ſtram; Quid imago Dei ſit? meritò quæritur, cum homo duplici ſubſtantia
formatus ſit, ſpirituali & materiali: Materialem quod ſpectat, homo microco-
1282. *Aquas ſupra cœleſtes refert cerebrum & nervi.* ſmus vocatur, eò quod totius majoris mundi ſyſtema comprehendat, compen-
dio velut imperſcrutabili, videmus enim cerebrum animæ ſedem principalem,
& ſpiritus animalis ſcaturigiem, aquis ſupra cœleſtibus aſſimilari, cui ſubſtrata
ſunt organa ſenſuum pulcherrima, Chorum repræſentantia Planetarum, his
1283. *Pulmo expanſum repræſentat.* ſubſequitur, pulmo velut expanſum continua aëris refrigeratione & quaſi ven-
torum agitatione æſtum cordis refrænans. Cor ipſum flammis & exhalatio-
nibꝰ ſolem repræſentat, ex cujus activitatis ſphæra univerſum corpus in caleſcit,
1284. *Cor ſolem exhibet.* fovetur, & informatur, Luna meſenterio imperat, cujus lacte & Balſamo cordis
ſolari, reliqui omnes ſenſus velut Planetæ à ſole & luna radios & virtutem acci-
1285. *Luna Meſenterio præſidet* pientes reguntur. Saturnus præſidet auditui, hinc Janus dicitur bifrons, præ-
terita, præſentia, & futura aſpiciens. Jupiter viſui, qui fulmine radiorum o-
1286. *Saturnum auditus deſignat. Jovem viſus. Martem odoratus. Venerem guſtus. Mercurium tactus.* mnia percurrit, Martis ſub imperio adoratus eſt, cum omnis odor à ſulphure &
ſulphur à marte regatur. Venerei ſubjacet guſtus, ſaporis à ſalſedine exorti
dulcedinem percipiens. Mercurius tactum fovens, utrinque à ſole & luna ſce-
ptrum gerit, & nodis ſerpentinis nervorum exquiſitiſſimum ſenſationis ordi-
nem per univerſum corpus abſolvit. Septem terreſtres Planetas ſi in humano
corpore reſpicere velis, conſidera lienem velut Saturnum aquoſum Hepar Jo-
vem pacificum, Fellis veſiculam velut Martis aſtrum flammigerum, Venerem
in pancreate univerſum corpus lactantem prolificam. Mercurium Rhenibus,
1287. *Planetæ Terreſtres in homine.* genitalibus & ſpiritibus animalibus imperantem, ſicque ſemper ſol & luna
erunt majora totius corporis luminaria. Propterea cor maris motum circula-
1288. *Cor maris motum repræſentat.* tione fluxu & refluxu ſex horario ſanguinis repræſentat, Terram vero refert ca-
daver in Cineres & pulverem, ex quibus homo deſumptus, ſeu in matricem re-
ſolvendum. Neque etiam univerſalem partium principalium harmoniam &
influ-

influxum Philoſophi tantum agnoſcunt, ſed & ad partiales naturæ ſignaturas 1289. *Naturæ partiales ſignaturæ in fronte & manibus.*
digrediuntur, & exempli gratia in fronte & manibus ſiderum totiusque naturæ characteres inſculptos eſſe perhibent, ita ut ex opinione eorum, totum humanum corpus ad majoris mundi ſimilitudinem & imaginem creatum ſit. Propterea cum de humano corpore in ſacra ſcriptura nullibi reperiatur quod ad
imaginem Dei, conditum ſit, excepta immortalitate, fruſtraque Deo caput, 1290. *Humanum corpus directe non ad Dei imaginem conditum eſt, niſi in immortalitate.*
manus & pedes, uti pictoribus & Poëtis licet, adpingantur, à ſimilitudine Dei humanum corpus longius remotum eſſe arbitramur.

Animam autem quod concernit, cum in ea omnis dignitatis & præſtantiæ ſedes ſit, utique in ea primævam imaginem impreſſam fuiſſe conſtat, cum ſpiritualis natura propius ad infiniti capacitatem accedat quam corporis moles, tot determinatis dimenſionibus & figuris involutum. Imaginis pri-
mævæ Ideam ſpeculari non niſi Theologorum opus erit, ſed quid de ea poſt lapſum in noſtris corporibus reperiatur, paucis inquirendum. 1291. *Imago Dei in animam repoſita fuit.*

Soli homini inter omnia animantia intellectum velut certiſſimam Dei ima-
ginem conceſſum eſſe, exinde patet, quod præſentia ſcrutari, præterita memo- 1292. *Intellectus primaria Deitatis imago.*
rare futura ex cauſis neceſſariis prædicere poſſit, cujus veſtigia nullibi, niſi in quibusdam animantibus, ſiderum influxu monitis reperiri licet, & quidem ſatis
obſcure. Nec enim ullum animal voluntate libera præditum præter homi- 1293. *Nullum animal libera voluntate præditum præter hominem.*
nem, cum omnia reliqua viventia cæco impetu & impetuoſo naturę inſtinctu ferantur, nullumq; niſi ſenſuum illecebris ad actiones conſueſcat. Propterea ex duplici intellectus facultate nativa reſplendet, primo imago Deitatis cujus & quidem cognoſcentis ſive intellectus, tres aliæ facultates ſubordinatæ ſunt, ni-
mirum rationalis ſenſitiva & naturalis, rationalis quidem vocatur, ſpeculativus 1294. *Tres intellectus facultates Rationalis ſenſitiva & naturalis.*
intellectus, cujus tam admirandæ ſunt virtutes, ut Deitas ipſa, quaſi è tranſenna emineat, præterquam enim quod intellectus humanus ampliſſimum hoc mundi amphitheatrum momentaneè ſpeculationibus percurrere poſſit, quod corporibus inacceſſibile latet, ratio ex primis connatis univerſaliſſimis notionibus
æternas veritates & concluſiones deducere, numeris & diviſionibus corporum 1295. *Rationalis ſpeculativus intellectus.*
infinitis ad æternitatem aſcendere, ſicque in propria Idea velut in Speculo Creatorem intueri poteſt ſicque ſpeculativus intellectus omnium facultatum Princeps ad divinam imaginem quam proximè accedit.

Succedit huic in ordine ſenſitiva facultas, cujus miniſtræ ſunt in homine 1196. *Senſitiva facultas in homine.*
imaginatio & ſenſus, ſenſus quidem memorantur, quinque viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus. Viſus facultatem nec humana fœcundia explicare ſa-
tis, nec dum ab ullo inveſtigari potuit: Organa enim corporea, quamvis ad 1297. *Viſus.*
ſcopum noſtrum nihil conferant, ſi leviter tantum attingere velimus, quid oculo pulchrius, cujus ſtructura & conformatio tam elegans eſt, ut in minimis omnipotentem artificem repræſentet. Tot enim humores, tot tunicæ diſtinctæ ut tandem in interna nervi optici continuatione ſubtiliſſimæ fibræ reperiantur, quibus globuli ignei lucis occurrunt, moventes eas, ut vibrentur, ſicque communicatis actionibus corporum ſplendorem repræſentent, atque ex plana ſuperficie album, ex atomos igneas rotulante rubrum ex inæquali ſuperficie
obſcurum, ex permeabili nigrum colorem reflectant. Auditus aëris impulſu 1298. *Auditus Odoratus Guſtus & Tactus.*
tympanum, percutiente, excitatus, movet ſpiritus, ut ſonorum reflexiones ad usque cerebrum pertingant. Odoratus ſulphurum qualitates, guſtus ſalium dulcedines & ſapores percipit. Tactus tandem ſubtiliſſimis nervorum, in iisque contentarum fibrarum ordinibus, minimum etiam objectum animæ repræſentat, ut admirabilis ſit illa, corporum organorum in anima perceptio, quæ non niſi ab unione corporis & animæ in ipſa creatione divinitus peracta dependet, ut propterea Deitatis lumen in omnibus hiſce actionibus præluceat.

Senſuum operationes ſequitur imaginativa facultas quæ unum ab 1299. *Imaginativa in homine æſtimativa in beſtiis.*
altero ſeparat & diſtinguit, in Beſtiis æſtimativa rem terminat, quæ ad boni malique notitiam eminus ex naturali inſtinctu & conſuetudine appetitum movet.

P Natura-

1300. Naturalis facultas. Naturalis facultas infima in homine rem ſibi familiarem vel adverſam ex ſympathia vel antipantia dijudicat, ut exinde ſiderum characteres hominibus tam manifeſte impreſſos animadvertere, ſicque divinæ creationis ſapientiam intueri liceat.

1301. Memoria eſt maximum Deitatis ſimulacrum. Hiſce præſuppoſitis format intellectus Ideas ex corporalibus repræſentatas in imaginatione ſpirituales, quas ſibi proponit dijudicat, volvit & revolvit imprimitque eas memoriæ ſcilicet inter mediæ facultati inter intellectum & voluntatem, hæc retinet Ideas quaſi in marmore inſculptas, vel gemmis inſignitas nihilque magis divinum characterem & Ideam exprimit, quam memoria, quæ rerum præterlabentium ordinem & imaginem retinet. Memoria autem vel movet appetitum, ſuppeditando radios intellectus adhuc dum lucentes duplicatos, vel efformat, in generatione membra humani corporis, unde ad mirabile humani corporis artificium interdum prava imaginatione & Ideis memoriæ repræſentatis perverſis obſcuratur.

1302. Voluntas triplex. Voluntas tandem vel movens animæ facultas triplex eſt, rationalis, ſenſitiva & naturalis, Rationalis oritur ex illuminatione intellectus, appetitum, rationalem movendo, ut res bonas amoris & concupiſcentiæ affectu, malas vero iraſcentiæ odio proſequatur. Hiſce autem actibus ipſa anima hominis patitur & afficitur, nimirum amore boni & odio mali, quod admiratu digniſſimum eſt, ſpiritum nullius materialitatis participem immortalem &c. à minimis etiam affici poſſe, ut exempli gratia trahitur aliquis in conſternationem à nuncio literas ferente, antequam ejus iter vel expeditionem cognoverit, triſte nuncium reformidans ſin autem literas inſpexerit, ſuper læto nuncio tantopere gaudio ſubitaneo diffunditur, ut quaſi exanimetur, quod accidit ex eo, quod paſſiones corporis animæ communicantur, per ſenſus & imaginationem ſi ergo anima perſpexerit, aliquid præſens vel futurum eſſe, quod vel ſibi vel corpori noxiam inferre poſſit, pro qualitate perniciei majores vel minores in corpore motus inſtituit, interdum Phantaſmata ſola movet eligendo & deliberando, interdum imaginationē excitat, quæ inſcia rei dolorē indeterminatum cauſat, ut aliquis triſtis evadat, vel lætus, ſine cauſarum recognitione interdum ſemicognitio objecto aliud conſimile objectum producit, ut in deliriis & in ſomniis res adverſa, per jurgia, flammas ſanguinis effuſiones repræſentantur, dum autem objectum optime agnoſcit, & dijudicat, excitat appetitum vel concupiſcibilem, unde amor & odium, gaudium & dolor, vel iraſcibilem, unde audacia timor, conſtantia, pavor, movet enim appetitus organa ſpirituum ut in amore & audacia diffundantur, & è corde prodeant cum eo quod amore proſequuntur, conjunctionis deſiderio, vel cum eo quod averſantur devaſtationis furore flagrent, econtra in odio & timore ſpiritus ad cor vel arcem naturæ revocatur, ut ab iminentibus periculis ſe tueri ſicq; conjunctis viribus contra hoſtem naturæ pugnare poſſint, hiq; affectus in brutis etiam, ſed obſcure obſervantur, ut in beſtiis magis naturæ furor, quam præ meditata actio denominanda ſit.

1303. Paſſiones in homine.
1304. Paſſiones corporis communicantur animæ.
1305. Quomodo anima afficiatur.
1306. Subitaneæ triſtitiæ cauſa ignota.
1307. Paſſiones quotuplices ſunt?

1308. Oeconomia monarchica Animæ in corpore. Exinde tamen pulcherrima animæ œconomia judicanda, quæ in corpore lumine velut divino illuſtrato omnia ad normam pietatis & divinæ legis gubernat, niſi pondere deliciarum ſenſuum & temperamenti depreſſa, interdum à ſemita virtutum invita aberret, quæ ſit igitur divina imago in homine, ſatis ſuperq; elucet, nimirum rectæ rationis judicium, & mediocritas in actionibus, quia nimirum anima ab omni corporis labe & impuritate immunis indifferens eſt, ad omnes actiones, propterea prudentiſſime quævis in mediocritate gubernat, ut exinde virtutum omnium author & vitæ Deo beneplacitæ inſtitutor ſit.

1309. Beſtiarum formæ quomodo deficiant & aberrent. Beſtiarum enim formæ ad extremitatum gradus declinant, ut ex. gr. Quod Leo fortis & ferox, Tigris crudelis Lepus timidus &c. ſit, eorum naturæ & pulchritudini correſpondet, cum Deus ita rerum varietates determinarit. Voluit enim creator ut res mundanæ omnes perpetuis contrarietatibus diverſæ exiſterent, propterea qui Judicis officium adminiſtrare intentat, ante omnia ipſum juſtum & moderatum eſſe decet, hinc Deus homini temperamentum conceſſit temperatum, æquale & actionibus tantopere conveniens, ut nulla excuſatione ſeſe à judicio liberare poſſit, ſi forſitan aberret.

1310. Tēperamentum hominis juſtiſſimum.

Deus

Deus etiam Regi mundano non materialem formam, ſed ſpiritualem eſſen- 1311.
tiam conceſſit ut ab omni corporis gravedine immunis, ſeſe à pondere inclina- Quare eſſen-
tionum vitioſarum liberare, & lætus Cœlum futuram quietem aſpicere poſſit, tia hominis
Deus itaque animæ implantavit rectam rationem legesque naturales quæ ſen- ſpiritualis?
ſus dirigunt, & à malo abſtinent nec non impreſſit ipſi communes rationes, qui- 1312.
bus ſcientias & artes diſcat & longa rerum conſuetudine acquirat. Ad indif- Quare leges
ferentiam etiam animæ velut ad normam & regulam optimi appetitus actiones naturales ho-
Deus propterea collocavit ut homo in intellectu ſapiens, in voluntate juſtus, in minibus im-
concupiſcentia temperans, in adverſitate fortis ſit, & bonum allacriter ample- plautatæ. 1313.
ctatur, malum vero Clypeo juſtitiæ propugnet, in quibus imago & ſimilitudo Quare indif-
divina conſiſtit, & homo in hiſce conſtitutus moraliter & æterne beatus evadet. ferentia & voluntas ani-
mæ.

SECTIO III.

ET PRÆSIT PISCIBUS MARIS ET VOLATILIBUS COELI ET BESTIIS UNIVERSÆQ; TERRÆ OMNIQ; REPTILI QUOD MOVETUR IN TERRA.

DOminium humanum ab imagine primæva & rectę rationis judicio proceſ- 1314.
ſiſſe, jam ſatis demonſtratum eſt, propterea quale objectum ſub Dominio Quod domi-
comprehendatur & quid formaliter illud ſit? paucis explanandum. Di- nium in bru-
xit autem Deus: Dominetur homo piſcibus maris. Piſces maris ſurdos & mu- ta ſit? 1315.
tos eſſe manifeſtum eſt, nec propterea inſtitutionem aut diſciplinam ſuſcipiunt, An piſces do-
ſed indomiti libere in aquis circumvagantur cum ergo piſces indociles & indo- minio ſubji-
miti, à natura ſint, Dominium aliud nullum excogitari poterit, præterquam co- ciautur?
meſtionis, qui uſus quidem ex creatione nullum privilegium agnoſcit, ſed ex
ſpeciali hac permiſſione divina oritur. Et quamvis Chriſtus Dominus piſcibus 1316.
mandarit, ut innumerabili copia ſuum ad rete accelerent, id tamen ex omnipo- Dominium
tentiæ divinæ ſpeciali virtute miraculoſa accidiſſe exiſtimandum erit, nec pro- in Piſces ad
pterea piſces hominibus parere ſequitur. cibum.

Volatilibus cœli dominium hominis impoſitum eſſe, verba ſequentia decla- 1317.
rant, volatilia autem propter corporum teneritatem homini nec inſervire, nec Dominium
organis deſtituta, quicquam præſtare, niſi cantum modulari poſſunt. Cum au- in volatilia. 1318.
tem non niſi tenerrimæ aves faucium dulcedine homines delectent, & plurimæ Aves ad co-
eæq; majores voce vel raucæ & inſuavi præditæ, nihil niſi ad eſum conducant, meſtionem
utiq; dominium in aves præprimis ad nutritionem hominis determinatum eſſe permiſſæ.
apparet, propterea tali etiam dominio poſt lapſum hactenus & hucusq; homines
uſi, carne volatilium, greſſilium, & reptilium, utiliſſima nutritione corpus con-
ſervant, dominium hoc ad eſum extendendum eſſe, confirmant verba ובכל הארץ
& omni terræ, quæ explicantur in verſ. 29. Dum Deus dixit: Ecce dedi vobis
omnem herbam, ut ſit in eſcam, cum ergo ſub ארץ Terræ nomine herbæ in eſcam
conceſſæ explicantur, quæ ſupra dominii titulo fuerant ſubjectæ, ſequitur idem
eſus dominium in Piſces, volucres & beſtias ſub intellectum fuiſſe.

De reptili res plana eſt, cum pauperrimæ creaturæ ſint, quæ fere omnibus 1319.
organicis viſceribus & partibus deſtitutæ, homini inſervire non potuerunt, Dominium
quod eſus eorum maxime conceſſus, & demandatus fuerit, nec enim cicurari in reptilia. 1320.
poſſunt, præterquam quod de ſerpente horribili refert Diodorus ſiculus, quem Serpens hor-
citat Cardanus lib. 7. de rer. variet. c. 29. conſpecta Ptolomæi ſecundi munifi- ribilis man-
centia, Grçci venatores cōmuni animo decrevere, aliquem magnum ſerpentem ſuefactus.
vivum in Alexandriam ad eum traducere, ſerpens erat triginta cubitorum lon-
gitudine, juxta aquas qui reliquo tempore immobilis ſe in circulum redigens
quieſcat. Propterea validis ſpiſſisq; funibus rete concavum gibbi forma belluæ
capax fecerunt, idq; verſus cubile repoſuerunt, poſtea revertenti â paſtu belluæ
ſagitarii funditoresq;, tum equitū magnus numerus, ad hęc tibicines ad id prępa-
rati, omnes ſeſe oſtendere, nulli tū propius adire auſi ſunt, ſed cū conjectis procul
manu telis, tum equorum conſpectu, tum latrantium canum multitudine, adhęc
tubarū concentu territ⁹ ſerpens ad ſolitum aditū profectus fuiſſet, obſtupefactus

 in rete

in rete incidit; quem compreſſerunt, multisq; in caudam ictibus effractisq; dentibus perculſa fera, mitior facta eſt.

Eo pacto irretitum ſerpentem deferentes Alexandriam Regi obtulerunt mirandum ſpectaculum, deducto deinde paularim ad conterendas vires cibo; feritas ejus remiſſior reddita eſt, ita ut illius manſuetudine omnes obſtupeſcerunt,

1321. *Dominium ad cibum univerſale fuit.* Hæc Cardanus loco citato quamvis rariſſimum hoc exemplum ſit, non dubitandum, quin conſuetudo ſingulis animantium ſpeciebus peculiares habitus & Ideas imprimat, nihilominus cum Adam nullis veſtium tegumentis, nullis laboribus pecudum opus habuerit; dominium in uſum comeſtionis præprimis definitum fuiſſe patet.

1322. *An bruta ad hominis mandatum acceſſerint?* An autem declarato Dominio Deus mandarit animantibus ut homini adproximent, ſeq; ipſius mandatis ſubjiciant, merito quæritur?. & reſpondetur quod non. Quia ex Gen. 2. verſ. 19. patet, quod Deus ſingulari potentia duxerit omnia animantia & volatilia ad Adamum, ut vocaret ea, vel nomina imponeret,
1323. *Negativa defenditur.* ſi igitur proxima fuiſſent, longe prius nominibus diſtinxiſſet, & non opus habuiſſet illa divina virtute cogente & ducente neque etiam repertum fuit animal in adjutorium conducens Adamo, propterea eorum ſocietate non opus habuit;
1324. *Beſtiæ ante diluvium fuerunt impavidæ.* Gen. 2. verſ. 20. Feras autem longè mitiores fuiſſe, & homini bellum non inferentes ipſa formalitas Dominii requirit. Sed Dominium hoc in lapſu ceſſante cauſa imaginis primævæ deſiiſſe exinde judicandum, quod Deus primo Terræ maledixit & ita fertilitatem productionis plantarum removit, poſteaque dixit, in ſudore vultus tui veſceris pane (ſub quo caro ferarum, piſcium inſectorum &c. intelligitur) nimirum venatione laborioſa, aucupio & piſcatura periculoſa, impoſterum tibi comparabis cibos, quos in ſudore & labore comedes, propterea pavorem, beſtiis nativum in hominem repoſuit, qui limites rectæ rationis transgreſſus, ferali impetu ſacrilegus & ſedioſus factus eſt; ſed cum deſtructo mundo ante diluviano, Deus ſibi germen fæcundum plantare, denuoque humano generi benedicere voluiſſet, renovavit aliqualiter priſtinum illud
1325. *Terrorem & pavorem Deus poſt diluvium beſtiis impoſuit.* Dominium Gen. 9. Verſ. 2. dicens: Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia Terræ, & ſuper omnes volucres Cœli, cum univerſis quæ moventur, ſuper terram, & omnes Piſces maris manui veſtræ traditi ſunt, omne quod movetur & vivit ſit vobis in cibum &c.

SECTIO IV.

Verſicul. 27.

ET CREAVIT DEUS HOMINEM AD IMAGINEM SUAM, AD IMAGINEM DEI CREAVIT ILLUM MASCULUM ET FOEMINAM CREAVIT EOS.

1326. *Quare homo creaturarum poſtrema ſit?* CReatio hominis, omnium maxime admiranda eſt, eâ nimirum immaterialis ſpiritus corpori aſſociatus, vitales actiones præſtare, ſeque tot paſſionibus & motibus ſubjicere debet, itaque poſtremum totius creationis opus & corona fuit, partim etiam quia in homine, veluti compendio univerſi mundi intelligibilis, Cœleſtis & terreſtris ſyſtema repræſentatur artificioſiſſima Idea, ut homo exinde microcoſmi nomen ab omnib⁹ mereatur, hinc non ſine evidenti cauſa hominis creatio ſecundo capite geneſeos, verſu Septimo, deſcribitur,
1327. *Homo ex terra rubra formatus.* quod Deus Ter maximus formavit hominem de אדמה limo terræ, terra rubra, unde אדם Adam, ruber in Hebræa radice, & homo עפר מן האדמה pulvis ex terra Gen. 2. verſ. 7. Factus igitur eſt Adamus ex rubra terra fertili, quam terram,
1328. *Terra Adami in Auro.* propter maledictionem lapſus Adami, nullibi amplius niſi in auro reperiri poſſe, Chymici exiſtimant, cum Corpus Adami nullis Elementorum corruptionibus obnoxium, nobiliſſimum fuerit, qua propter veram Adamiticam Terram in auro reperiri ſed eam tam firmis naturæ repagulis occluſam eſſe dicunt, ut cæcitati

noſtri

noſtri intellectus inacceſa ſit, eamque à Metallicis inquinamentis liberare nemo poſſit, ut corpori nutritionem exhibeat, de quibus in tractatu meo Elixiris ſolis & vitæ plura videbis.

Cum itaque Deus formaſſet corpus humanum, inſpiravit eidem ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. Omnibus creaturis reliquis Deus formas materiales concedendo, vitam corporis facultatum limitibus determinatam dedit, ſed homini ipſe Deus vitam inſpiravit; Propterea Plato in Timæo inquit: *Quatenus vero tales creantur, ut Deorum immortalium quaſi gentiles eſſe debent, divini generis appellantur, teneantque omnium hominum principatum, vobisque & juri ultro parcant. Ego (Deus) vobis ſemen & primordii ſtatum dabo.* Hæc Plato, divina myſteria per tranſennam aſpiciens. Hinc ex ortu inſpirationis anima vocatur רוח ſpiritus, quod ſit ſpiritus, ventus vel anhelitus Dei. Plurimi fuerunt in opinione, quod anima ſit ignis, propterea que quod ventillatione opus habeat, vocari נשם halitum afflatum & reſpirationem, hinc etiam à רוח Ruach, quod animæ, & ſpiritui competit verbum רוח reſpiravit. Ortum deduxit. Aliique animam nil aliud niſi ignem in corde accenſum eſſe putarunt, propterea & neceſſariam habere frigidi & humidi aëris inſpirationem & caloris temperationem. Animasque à corpore per mortem ſeparatas ſæpius in ignis formà apparuiſſe, etiamque dum conjurationibus & ſacris dicteriis monitæ fuiſſent, ut hæc vel illa quibus anixiè affliguntur, detegerent, quæ cumque monſtrando manibus attrectaſſent igne ſtatim combuſtà conflagraſſe. Sed de vocabulo רוח & נשם longè alia eſt ſignificatio, cum רוח etiam ſpiritui in creato divino prædicetur, Geneſ. 1. verſ. 1. Multisque in ſcripturæ locis Angelis competat. נשם autem proprie ſignificat animam humanam juxta Buxtorffium, latius tantum halitum &c. Quod de animis à corpore ſeparatis & de earundem apparitione dicunt, uti plerumque diabolica ſuperſtitionis fiſtula alliciuntur, ita Diaboli luſum intereſſe exiſtimandum qui infernalibus flammis circumdatus facile incendium excitare poterit, ſed animam ſpiritum immaterialem eſſe, non tantum præſens inſpirationis immediatæ divinæ actus, ſed & ſacra ſcriptura ubique paſſim, ſic & natura ipſius ſatis ſuperque demonſtrat.

1329. Deus ipſe inſpiravit hominibus animam.
1330. Plato de inſpiratione animæ.
1331. An anima ſit ignis.
1332. Verbum רוח ſpiritus.
1333. Animas igneas apparuiſſe.
1334. Verbum רוח varias habet ſignificationes.
1335. Flammeæ animarum apparitiones ſuſpectæ ſunt.

Creavit ergo Deus Adamum, immortalem animam inſpirando, in ſimilitudinem & imaginem ſuam. Similitudinem divinam in corpore Adami nullam reperiri poſſumus, niſi quod corpus Adami optima ſymetria partium, perfectiſſimo temperamento præditum, contra corruptionis tela præmunitum, immortalitate, Ideam Creatoris expreſſerit. Propterea etiamſi totus homo Ideam univerſi ſyſtematis mundi exhibeat, uti ſupra retulimus, ejusq; plurimæ partes reliquis animantibus analogæ appareant, nihilominus tanta eſt hominis & præcipue Adami à Deo formati corporis præſtantia & formoſitas, ut imago divina in ejus opere optime eluceat. Solum cor quod concernit, ubi primaria animæ ſedes, & omnium paſſionum principium eſt, videmus è tam parvo viſcere totius corporeæ molis vires dependere, læſo enim corde uti in lypotymia & ſyncone, momentaneè omnes actiones corporis ſuſpenduntur, ut membra velut emortua flaceſcant.

1336. Corporis Adamitici perfectio & pulchritudo.
1337. Cor Viſcus principaliſſimum in homine.
1338. Quomodo cor langueſcat & debilitetur?

Propterea quid in corde hominis longueſcat, in hiſce affectibus merito inquiritur? dicendumque, ſicut corpora omnia ſunt ſubtilia vel craſſa, vel inter media, craſſum autem & intermedium motui non tam aptum eſt, ac tenue, tenuiſſimum ergo erit organon & inſtrumentum animæ, per quod omnia movet & dirigit, craſſum, ad quod velut in ſubjectum motus dirigitur, medium autem quo dirigente motus determinatur; ſicuti ſupra tria deſcripſimus corpora, lucens, lucidum & opacum. Lucidum corpus erit humidum illud radicale, ex Sphæra aquarum ſupra cœleſtium ſpiritus animalis forma adveniens, in corpore animantium, in quo omnis cognoſcens facultas ſeſe exerit, ſicuti in ſpeculo res lucidæ ſeſe repræſentant. Lucens corpus erit Balſamus nativus ille ſidereus, ab hominis ortu internum calorem fovens, à quo omnis motus voluntatis, totiusq; appetitus principium reſultat. Cum igitur ſpiritus ille aquarum

1339. Tria in humano corpore conſideranda.
1340. Lucidum corpus in homine.
1341. Lucens ſubſtantia.
1342. Harmonia cerebri & cordis.

ſupra cœleſtium in cerebro ſedem & locum acquiſierit, ubi organa ſenſuum o-
mnia habet præſentia, ſic velut in macrocoſmo Sol, ita in Microcoſmo Balſamus
nativus in corde ſuam regiam ſtabilivit, ubi è centro ad periphoriam calorem æ-
qualiter diſtribuere ſicque Balſamica effluvia per ſeminare motumque ſingulis
1343. Quomodo totum corpus afficiatur?
partibus impertiri poteſt. Propterea corde male affecto vel compreſſo, mo-
mentaneè partes, denegato balſamico influxu velut emortuæ ſuccumbunt.

Sicuti igitur anima duabus facultatibus inſtructa eſt intelligente & mo-
1344. Duplex facultas intelligens & movens.
vente, ſic duplicia organa ex mundo cœleſti puriſſima acquiſivit, ſpiritum ani-
malem ſive humidum radicale & Balſamum nativum ſolare, Duplicia hæc cor-
pora cœleſtia vivere & conſtantia eſſe in corpore requiritur, quia nullum cor-
pus facultates ſuſcipere poteſt, niſi vivat & perpetuum ſit, & quamvis de utro-
1345. Duplicia animæ organa Balſamica & ſpirituoſa.
que multæ particulæ ad exteriora hinc indeque recurrant, nihil tamen impedit,
quo minus viventes ſint imo eminenter vivant, cum deſtinata ſint, ut vitam per
partes irradient, ſicuti videmus in membris apoplexia & tabe emortuis, quæ
1346. Humidum radicale & balſamum nativum vivere in homine.
deficiente vita interdum putredine & maraſmo contabeſcunt.

Sicuti autem Balſamus nativus cum humido radicali ita conjunctus eſt, ut
humidum illud aquarum ſupra cœleſtium non niſi ſiderum ductu de Cœlo de-
ſcendat, ſic proportione quantitatis à nativitate acquiſitæ, in diſſolubili nexu o-
perantur, & dum ſufficiant formationi corporis humani, nihil amplius recipi-
1347. Spiritus & balſamus nativus ſufficiunt pro vita hominis.
ant, ſed ſpiritu per aërem cibosque influente ſaltem ſuſtententur, conſtituit er-
go Deus nutritionem pro corporis conſervatione, ita ut calor nativus à balſamo
per cibos influente (velut à ligno ignis) conſervetur.

Alimenta autem ſive ſint ex Plantarum, piſcium, vel carnis genere, omnia
1348. Pro conſervatione vitæ requiruntur ſpiritus influentes.
continent in ſeſe partes cœleſtes & terreſtres. Terreſtres fœculentas poſt pri-
mam in ventriculo & inteſtinis digeſtionem natura ſecernit per alvum, niſi quod
aquoſas cum Chylo usque ad hepar & renes ad meliorem Chyli diſtributionem
derivet, ſicque aquoſa pars tandem per veſicam excernatur. Cœleſtis autem
pars eſt vel ſalſovolatilis vel ignea & ſulphurea vel mercurialis nimirum ex
1349. Nutritio quomodo fiat?
aquis cœleſtibus in animalium pabulum deſcendens, ſic ergo, dum pro duplici
facultatum principalium imperio duplex nutritio inſtituenda ſit, ſpiritus ille a-
1350. Cœleſtis ciborum pars nutrit.
quarum ſupra cœleſtium ſubtiliſſimus, ſpermaticum nutrimentum efficit, quod
ſubſtantiæ ſubtilitate ipſiusque facultatis motu, ad nervos & cerebrum deriva-
tur, cujus opere ſenſitiva & naturali facultas cognoſcens per externorum & in-
1351. Spermatica hominis nutritio.
ternorum ſenſuum facultates recognoſcit, ſed & memoria ſibi Idearum refle-
xiones imprimit, unde dum animali hoc ſpiritu fæcundante, conceptio fit &
formatio fœtus, imagines non tantum naturaliter implantatæ, ſed & interdum
1352. Spermatica nutritio confert etiam memoriæ.
quod in nævis apparet, ex imaginatione falſæ Ideæ à memoria fætui impri-
muntur.

Altera autem facultas in corde reſidens & movens attrahit ſulphureum
1353. Balſamica hominis nutritio in ſanguine & ſpiritu.
& ex ſale volatili conſtans nutrimentum, quod ad focum caloris flammantem
cor ſcilicet, derivat, ubi in ſanguinem excoquitur & quidem primo vaporoſum
& impurum, in dextrum cordis ventriculum aſcendentem exquo poſtea per ve-
nam arterioſam in pulmones derivatur, ut ab aëris inſpirati frigore condenſe-
1354. Quomodo fiat ſanguificatio.
tur, uti in refrigeratoriis deſtillantis ſpiritus vini apparet; ſic ergo impetuoſè
& amplatur geſcente vena vaporoſus ille ſanguis in pulmones influit, ſed ſtatim
1355. Similitudo à deſtillatione ſpiritus vini.
mitigatus, lente per arteriam venoſam in ſiniſtrum cordis ventriculum recurrit,
ibique quaſi in igne maturationis perficiuntur ſpiritus influentes, qui cum bal-
ſamo nativo, per pulſum cordis quaſi ſub incude conglutinati, actiones in ſingu-
1356. Ubi ſpiritus generentur in homine?
lis partibus adjuvant, ſicque balſamo radicali pabulum exhibendo calorem
cordis conſervant. Vocavi autem cœleſtia hæc nutrimenta ſpiritus, propterea,
quia tam ex ſalina quam ſulphurea & ignea natura conſiſtunt, & ſumme volati-
1357. Quid ſit ſpiritus? 1358. Ex ſpiritu & oleo fit ſpiritus influens in homine.
les ſunt, prout vinum vel quæcunque deſtillata ignea, quæ Spiritum Salinum
continent & oleum, quæ vel in principio deſtillationis vel in fine elargiuntur,
ſi enim ſpiritum & oleum miſcendo unieris conſimilem ſpiritibus influentibus
naturam acquirent, quæ non niſi aquoſi liquoris effuſione, prægreſſa fermenta-
tione ſeparabuntur, ut oleum liquori ſupernatet, & ſal ſive ſpiritus oleum amit-
tendo,

tendo, aquis ſeſe admiſceat. Ita in humano corpore accidit, ſpiritus ſalino i-
1359. Quomodo generetur acidum cordis.
gnei per venas in univerſum corpus derivantur, ſicque deprehenſo ſero in maſ-
ſa ſanguinea ſtagante, ſal volatile aquis ſeſe immiſcet, præcipue in arteriis in qui-
bus calor cordis ſegregatorius & fermentans fortior, propterea ſanguis arterio-
1360. Qualem uſum habeat acidum cordis.
ſus acidus & oleaginoſus redditur, & fermentum illud acidum vel ſalino balſami-
cum redundat in pancreas, ex quo poſtea, viſceribus nutritionis communicatur,
quod vero in ſanguinis maſſa eſt oleaginoſum, id ſanguis manet, quod ſpirituo-
ſum & lacteum derivatur ad organa nutritionis ſpermaticæ & quod remanet ſa-
lis vel ſulphuris vaporoſi ferini, per poros ſudoriferos & urinarios reiicitur. Li-
quor autem iſte cordis excoctus & fermentatus, in pancreate collectus, non
tantum ſpeciei conſervationi conducit, ſed & individuum conſervat, omnis ni-
mirum appetitus & concoctionis in univerſo corpore organon & principium
eſt. Hiſce admirabilem humani corporis ſtructuram, manifeſtumque omni-
potentis Creatoris artificium delineare volui, ut quilibet animadvertat, quæ
ſpeciali in Anthropologia ſumus propoſituri.

Ne igitur à propoſito ſacro textu nimis aberremus, dicit Moſes creavit il-
1361. Verbum נקבה fœmina explicatur.
lum Maſculum & Fœminam. Fœmina Hebr. נקבה à verbo נקב perforavit,
quo ſenſu ſæpius in ſacris uſurpatur, quaſi foramine ſit patula, unde quia uterus
generationis campus eſt, non tantum oſtiis naturæ exterioribus apertus, ſed &
1362. Uteri cum corde & cerebro conſenſus.
Tubis, arteriis ſcilicet ad ſphæram usque animalem cerebri è directo protenſis,
exornatus, ut partus & conceptio velut flos agri à Cœlo & ſole cordis ſuſtente-
tur. Hinc in naturæ iraſcentia ex utero ſuffocationis & deliquia ſæpiusque ce-
rebri & nervorum convulſiones exoriuntur. Marem ad Dei imaginem ſolum
1363. An ſolus mas ad Dei imaginem creatus ſit?
creatum eſſe, putarunt ii, qui ex pulcherrima totius corporis ſtructura decen-
tem harmoniam & ſymetriam partium delinearunt, quales ſunt Phyſiognomi &
ingeniorum indagatores. Fœminam autem longè à pulchritudine rectæ ra-
1364. Mulierum deformitas nativa.
tioni conformi abberrantem judicarunt, ut propterea aliquando hæretici re-
perti fuerint, qui putarint, marem à Deo, fœminam à Diabolo velut à Dei ſimia
extructam eſſe, cum fere omnis primævi mali labes ab eâ dependeat. Verum
1365. Fœmina nec monſtrum nec germen ſuppoſitium eſt.
prout vero divino codici fidem adhibendam eſſe religio eſt, ſic etiam non inve-
nimus tam enormes naturæ aberrationes in fœmina, ut proinde nec pro mon-
ſtro nec imperfecto naturæ germine agnoſcenda ſit. Quæ enim tempera-
mentum ſpectant, cum mulieres minus caloris & ſpirituum habeant, Deus iis-
dem non tam laborioſa negocia in mundo impoſuit, & quod ex temperamento
1366. Mulierum temperamentum excuſatur.
fluentes paſſiones magis ad vitia quam ad virtutes declinent, id ipſis non vitio,
ſed naturali virtuti adſcribendum, æque enim ſi mulier audax & mas timidus,
natura tam deformiter erraret, ac ſi leo timidus & lepus ferox & crudelis eſſet,
1367. Paſſiones mulierum ſunt naturæ convenientes.
ſic ergo quæ à ſexuum ordine & à natura ipſis adveniunt non pro vitiis ſed con-
ſtitutis naturæ habenda, cum præſertim Deus marem & fœminam conjugali
conſortio ſtatim copularit, ut quod audaciæ in mare ſuperfluum, in fœmina lo-
cum timiditatis expleret, ſicque conjunctis viribus perfectiſſimam Idem crea-
1368. Mas & fœmina conjunctim faciunt harmoniam pulchritudinis.
tionis & perfectionis repræſentarent.

SECTIO V.

BENEDIXITQUE ILLIS DEUS ET AIT: CRESCITE ET MULTIPLICAMINI ET REPLETE TERRAM.

Benedictio eſt ſigillum creationis, quo Deus abſoluta eſſentiæ productione,
1369. Quare benedictio à Deo inſtituta ſit?
ejusdem conſervationem per providentiam obſignavit, prima ergo poſt
creationem benedictionis virtus divina hominem illuſtravit & implevit, ut
eadem adjutus velut continuata creatione perſiſtere poſſet, propterea quod
Deus non amplius immediatum concurſum continuare ſed conſervationem
ſpecierum & individuorum naturalibus mediis ſub univerſali gratia ſtabilire
voluit,


1370. Benedictio Dei in innumeram multitudinem.
voluit, dixit פרו creſcite, fætificate, edite fructum, quo verbo animæ humanæ in
corpore exiſtenti motum ad conſervationem individui, & ſpeciei propagationem, divinitus conceſſit, dicens ulterius ורבו & multiplicamini ומלאו & replete
אתהארץ terram, voluit ergo ut fœtificando homines in terræ gremio tantopere
1371. Benedictione divina accepit anima motum.
multiplicentur, ſicut piſces maris & volatilia Cœli, quibus conſimilem pro ſubjectorum habilitate benedictionem elargitus eſt, ut ſupra audivimus.

Accipit itaque anima motum ad conſervationem & generationem â Deo ſapientiſſimo conditore, unde tam admirabilis eſt hominis tam conceptio, quam
1372. Facultas animæ generatrix qualis?
generatio præſuppoſito, quod alibi demonſtrandum relinquimus, corpus & animam benedictione hac ab anima & corpore Parentum propagari, inquirenda eſt, prima facultas animæ, ad opus generationis ſeſe accingens. Supra au-
1373. Spiritus cœleſtis organon animæ generantis.
tem in præcedenti ſectione retulimus, humidum radicale ſive ſpiritum ex aquis ſupra cœleſtibus animalem, eſſe organon animæ, & velut ſpeculum in quo Ideæ intellectus reflectuntur, ex quo memoria ortum deducit; præſentando imagi-
1374. Memoriæ motus in facultatem naturalem.
nes dudum poſt intellectus opus reſervatas. Memoria hæc movet facultatem naturalem, informando appetitum vel innata inclinatione & inſtinctu naturali vel aſcititia & characteribus ex imaginatione relictis, ſic ergo appetitus motus & excitatus in conceptione incipit formationem embrionis, vel ex propoſito
1375. Formatio Embrionis ex duplici motu.
animæ libero, vel ex temperamenti inclinatione; Ex propoſito animi format primo figuram corporis univerſalem, proinde fœmina etiamſi ſexu diſtincta, attamen ad eandem figuram hominis accedit; Format dein etiam figuram ſexus
1376. Ex propoſito animi reſultat figura corporis univerſalis.
utriusque, ita ut conceptio maris vel fœminæ non â temperamento ut quidam exiſtimant, ſed ex libera animæ diſpoſitione exoriatur, hinc quædam fœminæ maris temperamento præditæ, audacia & iracundia mares ſuperant. Extenditur tertio libertas animæ in ſenſuum formationem, cum ſenſus proxima animæ inſtrumenta & organa ſint, anima iisdem deſtituta, inermis & infelix eſſet;
1377. Secundo ſexus formatio.
propterea ſibi præparat ad placitum organa, quibus convenientes actiones exercere poſſit. Naturalis inſuper facultas ex temperamenti neceſſitate & in-
1378. Tertio ſenſuum formatio.
clinatione varias corpori impreſſiones elargitur, ſic temperamentum calidum viri, format figuram & ſtaturam majorem magnitudinem capitis, oris, narium
1379. Ex temperamenti inclinatione fiunt impreſſiones.
ſcapularum pectoris, vivacitatem oculorum, vocis hilaritatem &c. Siccitas efficit capillos duros, carnem ſolidam articulos firmos in æqualitatem frontis, labiorum tenuitatem, mentum breve, quadraturam faciei &c. Quæ omnia ex temperamento mari convenienti proveniunt. Fœmina econtra ex frigido
1380. Viri ſtatura & figura generoſior.
temperamento acquirit brevitatem & parvitatem membrorum, ex ſuperflua humiditate corpus & caro ipſius laxa, mollis & ſanguis ſpumoſus eſt, hinc membra longè alia forma, & minori rotundiori figura exornata, non tantum, ſed &
1381. Caloris & ſiccitatis effectus.
ſecundo ex temperamenti & partium corporis conformatione, mores in ſexu quam maxime variant, exempli gratia calor viri facit fortem, magnanimum, audacem, liberalem, ſiccitas efficit conſtantem, depurat ſpiritus, maturat car-
1382. Fœminæ ſtatura minor & mollior.
nem & omnia, econtra frigiditas mulierum facit eas timidas ſuperſtitioſas, invidas, ſuſpicioſas, aſtutas &c. humiditas facit leves, infideles, impatientes facilis perſuaſionis &c. Et talis eſt ortus & generatio hominis ex cauſis animæ in-
1383. Frigoris & humiditatis effectus.
ſervientibus & generationem adjuvantibus procedens. Sed ante lapſum & in reſpectum ad protoplaſtos longe nobiliorem corporis perfectionem fuiſſe in præcedentibus ſect. 4. declaravimus de quibus in
1384. Rotunditas membrorum apud fœminas.
præſenti ſufficiat.

1385. Mores in ſexu variant.
1386. Actiones virorum.
1387. Paſſiones mulierum.

(o)

CAPUT



	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	
Mineralia	Lazuli	Hyacinth.	Rubini	Adamas	Granati	Smaragd.	Opali	Mineralia
Metalla	Plumb.	Stannū	Ferrum	Aurum	Cuprum	Arg. viv.	Argentum	Metalla
Herba	Napellus	Siligo	Arum	Rocelli	ordris	Sophia	Cileumis	Herba
Arbores	Arcos	Fagus	Quercus	Citrus	Ficus	Juglans	Salix	Arbores
Piſces	Aquila	Salmo	Lucius	Delphinus	Halec	Phocin.	Oſtrea	Piſces
Volatilia	Bubo	Ciconia	Falco	Struthio	Coturnix	Pſittacus	Anſer	Volatilia
Reptilia	Muſca	Bombix	Hirudo	Draco	Apes	Serpens	Cochlea	Reptilia
Greſſilia	Aſinus	Cervus	Lupus	Leo	Capra	Vulpes	Porcus	Greſſilia
Homines	Nautæ	Mercator	Latrones	Reges	Amatores	Muſici	Vagab.	Homines

Sigillum Hermetis
Mercurii Triſmegiſte

CAPUT VII.

DE SABBATHO vel SEPTIMO DIE CREATIONIS.

SECTIO I.

Geneſ. 2. verſ. 1.

IGITUR PERFECTI SUNT COELUM ET TERRA ET OMNIS ORNATUS EORUM COMPLEVITQUE DEUS DIE SEPTIMO OPUS SUUM QUOD FECERAT; ET REQUIEVIT DIE SEPTIMO AB UNIVERSO OPERE QUOD PATRARAT.

SYſtemate univerſi hujus mirabilis ædificii mundani completo & exorna- 1388.
to, quievit Deus ab omni opere; & ſic incepit Sabbatum æternæ gloriæ; Sabbatum ad
Creatori omnipotenti optimo celebrandum. Unitas enim eſt principi- æternam Creatoris
um & bonitas finis omnium rerum, illa bonitas in operibus creationis glo- gloriam cele-
rificanda eſt, propterea Gentium Doctor S. Paulus non immerito accuſat o- brandam inſtitutum eſt.
mnes in univerſum gentes; quæ creatorem non ſicut Deum glorificarunt, fore 1389.
ante tribunal juſtiſſimi inexcuſabiles inquit, propterea quod veritatem in inju- Bonitas crea-
ſtitia detinuerunt. Dicit enim; in prima ad Romanos epiſtola; *Quod notum* toris & creaturæ cele-
eſt Dei, manifeſtum eſt illis, Deus enim illis manifeſtavit. Inviſibilia enim ipſius à crea- branda.
tione mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque ejus virtus 1390. Obligatio
& divinitas, ita ut ſint inexcuſabiles, qui eum non glorificarunt &c. Hinc Angeli cœ- hominum à
leſti Jubilo Deum ſempiterne laudant, & totus naturæ chorus in gloriam altiſ- ſancto Paulo
ſimi creatus, conditori hymnum ſempiternè decantat. Propterea Dorilaus declarata.
ſcripſit: *Mundum eſſe organon Dei, & ipſum muſica ratione conſtare; ſeptem ſtellas inter* 1391. Angeli crea-
cœlum & terram vagas, quæ mortalium geneſes modulantur, motum habere, & interval- torem glori-
la myſticis diadematis congrua & conſona; ſonitusque varios reddere, pro ſua quaque altitudi- ficant. 1392. Cœlum &
ne ita concordes, ut dulciſſimam quidem concinent melodiam, ſed nobis inaudibilem pro- terra muſica
pter vocis magnitudinem, quam capere aurium noſtrarum anguſtiæ non poſſunt. Johan. ratione con-
Ferrariens de cœleſti vita. Hinc Joh. Dee Londinenſis inquit: *Totus mundus* ſtant. 1393. Muſica cœ-
quaſi Lyra eſt, quam qui dextre tangere pulſareque norit, mirabiles eliciet harmonias: leſtis noſtris
Vid. Aphoriſmi Joh. Dee. Et Marſilius Ficinus in Plot. Enn. 2. l. 3. cap. 4. ait: ſenſibus in perceptibilis.
Cœlum appellaverunt Pythagorici Dei lyram, de qua prædictus Joh. Ferrarienſis pul- 1394.
cherrime ſcripſit ita: *Pythagoreorum dogma ratione harmonica conſtare mundum cen-* Mundus lyra
ſuit, cœleſtiaque diſtantia congruisque & conſonis ſibi invicem intervallis, impetu nimio eſt. 1395. Pythagoræ
& velocitate raptatis, ſuaviſſimos edere cantus, ſingulas & ſirenas ſingulis inſiſtere circu- dogmata.
lis, unam ciere melliſluam cantilenam, quoniam ſciſſus aër tam Artifici motu & acuta cum 1396.
gravibus temperato, ita varios æquabiliter concentus efficiat; ut omnem ſupergrediatur Sirenæ cœleſtes. 1397.
muſici carminis ſuavitatem. lib. de cœleſti vita 2. cap. 13. fol. 41. Hac igitur de Novem mu-
cauſa, cum antiquiſſimi Græci animadvertiſſent, Cœlum & Terram Deo Crea- ſæ in Cœlo
tori gloriam reſonare, excogitarunt novem Muſas in Cœlo canentes, quarum canentes.

ſeptem in ſphæris Planetarum, duæ vero in ſupremo cœlo reſideant, quas Mar-
1398. ſilius Ficinus in Plat. Jonem enumerat dicens: *Muſæ novem ſunt: Calliope, Vra-*
Novem Muſarum nomi- *nia, Polymnia, Terpſichore, Clio, Melpomene, Erato, Euterpe, Thalia, Muſa Calliope eſt*
na. *vox ex omnibus reſultans ſphærarum motibus. Vrania eſt cæli ſtelliferi, Polymnia vox*
1399. *eſt ſaturni propter memoriam rerum antiquarum, Terpſichore Iovis eſt, ſalutifer enim cho-*
Earum dignitates & *ro hominum. Clio martis propter gloriæ cupiditatem, Melpomene ſolis vox eſt, quia to-*
officia. *tius mundi temperatio eſt Muſa Erato Veneris eſt, propter amorem Euterpe Mercurii eſt,*
1400. *propter honeſtam in gravibus rebus delectationem, Thalia lunæ propter viriditatem ejus*
Novem muſæ Deo hym- *humore rebus exhibitam.* Hactenus Marſilius Ficinus. Novem haſce Muſas
num reſo- in Cœlo habitantes, dixerunt perenni melodia Deo hymnum, & jubilum crea-
nant in Cœlo. tori decantare. Propterea muſica ad cæremonias & ſacrificia Græcorum pri-
1401. mo inventa fuit, quare Plato ſcripſit: *Muſicam à legum cuſtodibus non approbatam*
Muſica ad ſacras cæremo- *nemo canere audeat, etiamſi Thamyræ & Orphei hymnis jucundior ſit.* De legibus dial.
nias primò 8. itemque Dialog. 7. *Muſicis & Choreæ decretum ſit, ut præter publicos & ſacros*
inventa. *cantus & omnium Iuvenum Choream nemo magis quam præter quacunque aliam legem*
1402. *ſonos edat, neque in ſaltatione motus faciat, & qui hoc fecerit, indemnis abeat, qui vero*
Muſicæ leges apud Veteres. *non, paret, eum legem cuſtodes & utriusque ſexus ſacerdotes puniant.* De varietatibus
1403. muſicæ Athenienſis Plato ſic ſcripſit: *Muſica Athenis ſecundum quasdam ſpecies di-*
Muſicæ varietates anti- *viſa erat, primo hymni, preces ad Deum, huic contraria, lamentationes, alia paones, alia*
quorum. *Dionyſii ortus qui Dithyrambus dicebatur, & alia Citharædica* dialog. 3. de legibus &
Max. Tyrius inquit: *Muſica in bello orthica, in commeſſationibus Parania, apud La-*
cedæmones Embateria, apud Athenienſes Cyclic, in perſequendo hoſtes quæ hortationis
ſtimulum habet, in fuga quæ receptioni canit. Apulejus lib. 1. floridorum ſcribit:
Muſicæ modi Æolius ſimplex, Aſius varius, Lydius quærulus, Phrygius religioſus, Dori-
cus bellicoſus.

Muſicam à primis Ægyptiis & Græcis ſcilicet Mercurio & Orpheo ad
1404. Muſicæ ad ſacros ritus inſtitutam, non tantum omnes terrarum populi variis inſtrumentis
delicias hominum varia & organis amplificarunt, ſed & ad longè alias intentiones interdum etiam ad
applicatio. voluptates applicarunt. Hinc Franciſcus Patritius de republ. l. 2. cap. 2. ſcri-
1405. bit: *Muſicæ inventorem Macrobius vult Pythagoram, Plinius Amphionem, & Cethio-*
Muſicæ primi invento- *na, Lamiſius primum librum de muſica ſcripſit, Tubarum inventores Tyrrheni fuere, &*
res. *Phrygii Tibiarum. Latini ajunt Apollinem Cytharam ſolum inveniſſe, Mercurium ly-*
1406. *ram, Phœnicum fiſtulam, propterea Pierius Valerianus refert, Mercurium in manibus ly-*
Muſica refert harmoniam *ram tenentem depictum fuiſſe, ſignificans concentum hominum eſſe cum variæ voluntates*
rerum. *ſicut varii ſonitus in unum contrahuntur, & ſic aliquis beatitudinem aſſequitur, ubi ſcili-*
1407. *cet res & congruenter temperarit, & ad amuſſim explorarit. Vnde Plato, animam in*
Lyræ inventor Mercu- *Timæo concentum & concordiam vocat. Ariſtoxenus & Dicæarchus harmoniam dixe-*
rius. *runt. Lyræ igitur inventor mercurius eſt:*

Qui animas hunc evocet Orco
Pallentes alias ſub triſtia tartara mittit

1408. Orphei Muſica. Pierius Valerian. lib. 47. Hierogl. De lyra & cantu Orphei mira recenſentur
in hyſtoriis unde Horatius.

Sylveſtres homines ſacer interpresque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus
Dictus ab hoc lenire Tigros rapidosque Leones.

1409. *Amphionis Lyræ ſaxa etiam paruiſſe perhibentur, cujus rei facit mentionem Apollonius in*
Amphionis Lyra. *Argonauticis & Antimenidas primo, donatamque Amphioni lyram eam dicit à Muſis,*
quamvis Dioſcorides ab Apolline à Muſis tamen etiam Pherecydes. Hiſtor. lib. 10.
vid. Pierius Val. lib. 47. Hierogl.

1410. Præter lyram Mercurio ſacram, etiam fiſtulam ſeptem cicutis compactam,
Fiſtula, Tuba, Tibiæ & Tubam aëre canoro ſtrepentem Tibias Veneri dicatas, Timpanum & Tinti-
Tympanum nabulum habuiſſe Veteres ſcribit Pierius Valerianus Hierogl. lib. 47. Cum
& Tintinabulum. enim Muſica ad glorificandum æternum Deum inſtituta eſſet, eam poſtea gen-
1411. tiles reflexerunt, vel ad cœlorum orbes placandos, & Fatum retardandum, vel
Muſicæ varius uſus. fortunam provocandam, vel ad animos hominum iratos triſtes & ſopitos exhi-
larandos, propterea ſcribit Johan. Ferrarienſis: *Pythagoras ut animum ſua ſemper*
divini-

divinitate imbueret priusquam ſe ſomno daret, & cum eſſet expergefactus, Cythara ut fe- 1412.
runt cantare conſueverat. Et Aſclepiades Medicus phreneticorum mentes morbo turba- Pythagoras Muſicus.
tas ſæpè per ſymphoniam ſuæ naturæ reddidit, David Cythara à ſaulo Dæmonem pellebat. 1413.
Joh. Ferrar. lib. 2. cap. 13. de cœleſti vita; nonnulli ad voluptatem ea uſi ſunt, Aſclepiades
quos reprehendit Plato dial. 2. de legibus, dicens: *Muſica non judicatur voluptate* muſicus.
& hæc minime ut honeſta quærenda eſt: Sic Sybaritæ omnium voluptuoſiſſimi ad 1414. David Cy-
muſices ſonum equos ſaltare aſueverunt, atque mediis in Tubarum & fiſtula- tharædus.
rum ſuſurris, ſuper equis Tripudiantibus occiſi ſunt. Neronem intempeſtivo 1415. Muſica ad
Muſices uſu ad inſaniam veniſſe referunt ita ut Iſidorus Cynicus Neronem voluptatem
tranſeuntem in publico clara voce corripuerit: *Quod Nauplii mala bene canta-* applicata.
ret, ſua bona male diſponeret, neque ullum in vitæ tenore temperamentum adhiberet. 1416. Sybaritæ
Pierius Val. Hierogl. lib. 47. Muſici.

Pauca hæc de Muſica cœleſti, & quæ ad ejus imitationem ab ingeniis ſubli- 1417. Nero à Mu-
mioribus excogitata & muſica arteficialis loco præfationis hujus capitis præ- ſica factus in-
mittere volui. Nunc autem cum ſacer textus eouſque nos perducat ut finito ſanus.
creationis opere de æterna Dei providentia & ſuſtentatione hujus mirabilis 1418. Muſica natu-
ædificii in manu altiſſimi ſermo faciendus, ſicque inſimul gloria Creatoris ex o- ræ, Deum
peribus reſultans declaranda ſit. Audiemus novem Muſas in Sphæris Cœlo- glorificans.
rum inperſcrutabilem dulciſſimam melodiam reſonantes, quarum ſuprema ſit, 1419. Melodia no-
Calliope vel lux primæva, ſtellæ matutinæ Deum laudantes, cum poſuiſſet vem Muſa-
fundamenta Terræ, altera Urania vel aquæ ſupra cœleſtes, ſpiritu divino vi- rum. 1420. Calliope.
vificatæ. Tertia Polymnia vel aquæ cœleſtes ſubtiliſſimæ ignis locum & vi- Urania.
ciſſitudinem compenſens rebusque ab æſtu ſolis temperiem exhibens, quarta Polymnia.
Terpſichore Mel cœleſte & fœcunditatis Lympham profundens, quinta Clio, Terpſichore Clio.
oleum aromaticum ſulphurque impetuoſum rebus communicans, ſexta Mel- Melpomene.
pomene Balſamum vitæ, omnibus rebus ſublunaribus amicum temperatiſſi-
mum & velut vitalem fontem ſcaturiens. Septima Erato oleum acidum Bal- Erato.
ſamicum omnium rerum totiusque naturæ fermentum, velut è ſinu matris di-
ſpenſans, Octava Euterpe Sal Spirituoſum per aerem in omnia mixta & compo- Euterpe.
ſita corpora largiſſime diſpergens, Nona tandem Thalia, ex ſole ſulphur cum Thalia.
ſale proprio fixiori & cum ſuperiorum cœleſtium corporum effluviis miſcens,
rorem, Cœli virtutibus imprægnatum ſuperflue elargitur.

Cum enim Deus naturas rerum inferiorum fluentes & viciſſitudini obno- 1421. Succeſſionis
xias conſtituiſſet, ordinavit, ut evaporantibus hinc inde corporum effluviis, rerum ordo
ſemper nova è Cœlo & Terra ſuccurrerent, ſicque tandem delaſſatis & ſolutis in natura.
vinculis & naturali morte deſtructis individuis, nova ſubinde recentia reſtitue- 1422. Cognito Cœ-
rentur, propterea cœleſtibus corporibus, ex quibus corpora inferiora conflata lo manifeſta
ſunt, Deus continuum fluxum in inferiora cum refluxu implantavit, ut ſic ex eſt Dei Ma-
cœlo vires & virtutes rerum ſublunarium dependeant. jeſtas.

Cognito Cœli influxus ordine percipitur tremenda Dei Majeſtas, Crea- 1423. Providentia
toris bonitas, Conſervatoris ſuavitas. Eſt enim Creatio momentanea omni- præſupponit
potens actio ex nihilo aliquid producens. Illud aliquid, vel eſſentia producta, continuatam creationem.
dependet à liberrimo operantis Dei arbitrio, qui ſi vellet, omni momento in an- 1424.
tiquum nihilum rejicere poſſet, creatura enim non eſt Ens per ſeſe immediate Omnes creaturæ habent
ſubſiſtens, ſed participat de primo Ente, quod eidem eſſentiam communicavit, prius & po-
hinc cum Creatio ſit actio entis ad extra, requirit continuatam operationem, e- ſterius.
jus enim periodi revolutionum non ſunt ſimul, alias creaturæ ab æterno eſſent, 1425. Compoſita
quod ſi ergo exiſtentiæ rerum prius & poſterius admittant, illud poſterius à corpora à cœ-
priori deſcendens, præſupponet, ſemper à primo ente dependentiam, in quo pri- lo, cœlum à
us & poſterius, ſimul omnia in ipſo, ab ipſo, & per ipſum exiſtunt. A Deo ergo, Deo dependet.
velut primo uno ente omnia in univerſo emanant, & corpora noſtra à Cœlo,
Cœlum autem à Deo dependet.

Deducunt etiam nos Cœli influentiæ in cognitionem bonitatis Divinæ, pro- 1426.
ut enim ſupra diximus, unitatem omnium rerum principium, & bonitatem fi- Cognitio Cœli deducit
nem eſſe, ſic abſoluta creatione cum Deus omnibus rebus animatis benedi- nos ad cogni-
ctionem dediſſet, etiam omnipotentem ejus bonitatem in eas derivavit, tionem boni-
tatis divinæ.

1427. *Bonitas creatoris ex creaturarum bonitate judicanda.* ut omnes cœli & Terræ virtutes rebus à Deo benedictis inſervirent, exinde non
tantum bonitas creatoris manifeſta eſt, quod omnia produxerit, ſed quod valde
bona eſſe decreverit, & omnia æterna & incomprehenſibili ſapientia & miſeri-
cordia ſuſtentarit. Quod etiam gentilis noſter Plato percepit, dicens: *Quæ-
ramus cauſam quæ eum impulerit, qui hac machinatus eſt, ut originem rerum & molitio-*
1428. *Plato de divina bonitate* *nem hujus admirabilis univerſi conſtitueret. Bonitate videlicet præſtabat, in bonum au-
tem nulla de ulla re cadit invidia, quum ab illa igitur liber & immunis eſſet, omnia voluit*
1429. *Bonitatem divinam inſequitur amor.* *quam maxime ſui ſimilia generari.* Plato in Timæo. Bonitatem enim Dei ſecu-
tus fuit amor, pelagum æternæ bonitatis per creationem & providentiam effun-
dens unde amor veteribus cultu divino celebratus fuit, de quo Plato in convi-
vio ſic loquitur: *Magnus Deus eſt amor, & apud Deos & homines mirabilis, cum pro-*
1430. *Amor divino cultu celebratus fuit.* *pter alia, tum propter originis ſuæ rationem; de qua Heſiodus: Tellus inquit cunctorum ſe-
des, & addit poſtea atque amor,* de ortu quoque ejus ait Parmenides.

Ante Deos omnes primum concepit amorem.

Hactenus Plato. Cum autem æterna unitas, bonitas & divinus amor, in eſ-
ſentia Creatoris ſimpliciſſima conveniant, & in creaturis ad extra æviterne re-
ſplendeant. Lumen in operibus Dei accenſum, æternam gloriam reſonans &
refulgens, in Novem ſequentibus ſectionibus conſiderabimus.

SECTIO II.

CALLIOPE SIVE COELUM IGNEM.

1431. *Eſſentia ſupremorum ſiderum qualis* DE nonæ Speræ ſiderum eſſentia & operationibus variæ olim fuerunt Phi-
loſophorum ſententiæ, quas optime recenſet, Johan. Franciſcus Picus
Mirandulanus in exam. vanit. doct. gent. lib. 1. cap. 12. dicens: *Aſtro-*
1432. *Philoſophorum veterum opiniones.* *rum multitudinem terreſtrem & ignitam exiſtimavit, Tales Mileſius, ſed & Anaxagoræ
placuit terreſtria quidem eſſe aſtra, ſed petras antea fuiſſe, quæ ex univerſo rotatu in ſubli-
mi raptatæ ſunt, & inflammatæ Cœloque affixæ aſtrorum nomen obtinuerunt. Quam
ſententiam confirmavit Democritus, ex aëre ea fabrefecit, Anaximander & rotæ inſtar
egit in gyrum, & implicuit igne, ut quibusdam quaſi buccis flammas emitterent, Xenopha-
nes ex ignitis ea nebulis conflata confirmavit, & interdum extingui, noctu carbonum in-
ſtar inflammari, nec defuerunt Heraclites & Pythagoræi nonnulli, qui unum quodque a-
ſtrum putarunt mundum, quo aër & terra continetur & Sphærica plurimum figura conſta-
re, à qua opinione non usque quaque diſſenſiſſe viſus eſt Anaximenes, cui placuerat eſſe ſidera*
1433. *Plato de ſideribus.* *clavorum inſtar affixa Cryſtallo, alii ut alia pictura* hactenus Johan. Franciſcus Picus
Mirandulanus Plato cum in Ægypto multas ſuperſtitiones & vanitates didiciſ-
ſet, de ſideribus in legum Appendice ſic loquitur: Aſtra aut Deos ipſos cele-
brabimus rectiſſime, aut Deorum imagines velut ſtatuas facta eſſe, ut ipſi Dii
ipſas fecerint, non enim dementium ne vilium ſunt opificum. Ulterius in lo-
co allegato pergit Plato: Aſtrorum genus animalia divina aſſerere convenit,
corpus quidem pulcherrimum adepta, animam autem feliciſſimam & optimam
aut interitus exors & immortale unum quodque ipſorum eſſe & penitus divi-
num neceſſe eſt, aut longævam quandam vitam habere quæ unicuique ſufficit:
1434. *An ſidera ſenſu prædita ſint?* Cumque Plato ſtellas animalia vocaſſet, non defuerunt nonnulli, qui ipſis ſen-
ſus attribuerunt, de quibus Ficinus in dial. 10. Plat. de legibus ita inquit: *Side-
ra ſenſus habent, ut Plotinus Hermiasque diſputant, viſum proprie & auditum, ſed in alio*
1435. *Angeli ſiderum motores.* *quodam genere longe præſtantiore quam ſenſus animalium terrenorum.* Sed videtur
mihi Platonem ab ipſo male interpretatum fuiſſe, namque ut ex Hæbreorum
Cœlo ſephirotico in principio hujus operis videre licet, antiqui cuilibet ſideri
certum Angelum motorem & Præſidem aſſignarunt, in qua ſententia etiam
fuerunt Græci, per Muſas, Parcas & gratias univerſum Cœli Terræque ſyſte-
ma regentes. Angelos ſideribus præeſſe etiam Dioniſius expoſuit, qui ſtatuit
Angelos hominibus, Archangelos Planetis, Principatus ſupremo Cœlo præeſ-
ſe, quæ omnia pulchre comprehendit: Johan. Picus Mirandulanus in Hepta-
plo

plo dicens: *Platonici & noſtri crediderunt variis mundi hujus corruptibilis rebus varias ſpirituales ſubſtantias à Deo præfectas. Quocirca & Auguſtinus, nullam eſſe viſibilem rem apud nos, cui non præſit Angelica poteſtas, & corpora omnia per rationalem ſpiritum vitæ* 1436. Angeli rerum omnium Præſides.
regi, conſtanter aſſeruit, id quod & Gregorius poſtea confirmavit, Origines ſimiliter in commentario in librum numerorum Opus eſſe inquit mundo Angelis, qui beſtiis præſint, & animalium natalibus, virguetorum etiam & plantationum, & cæterarum rerum incre- 1437. Qualis fuerit Angelus qui peccavit.
mentis, in qua ſententia cum eſſet & Damaſcenus, credidit Angelum, qui peccavit, ex his fuiſſe, qui deſpicatiſſimæ notæ ſunt, & terreſtri ordini præſunt. Hæc Mirandul.

Nos miſtis hiſce quæ ad Pnevmaticam ſpectant, de naturali & materiali 1438. Danee aureus imber.
virtute ſupremi Cœli loquemur, quam veteres per Danee aureum imbrem præfiguraſſe audimus. Stellæ enim ſupremi Cœli ſunt altiſſimi cornu copiæ, ex 1439. Herbas a cœlo ſpecificè regi Cabbaliſtæ putarunt.
quo omnium rerum fertilitates deſcendunt. Propterea Cabbaliſtæ putarunt nullam herbam, nullamque rem eſſe, quæ non à certa firmamenti ſtella irradietur, quorum ad imitationem, Græci univerſum Cœli terræque ſyſtema per Pan
Arcadiæ Deum Hieroglyphicè repræſentarunt, de quo Pierius Valerianus 1440. Pan Deus Arcadiæ univerſi Hieroglyph.
in lib. Pan ita ſcribit. *Pan quem Inuum vel Faunum vocavere, ſic pingebant veteres &c. Facies ejus rubens æther ſignificat, bina cornua ſolem & lunam, Pantheræ pellis Cœleſtium ſiderum varietatem, pars ejus inferior hiſpida fingebatur, propter arbores, virgulta, & feras, Caprini pedes Terræ ſoliditatem oſtendunt, fiſtula ſeptem calamorum, harmoniam Cœli, in quo ſeptem toni ſunt, & ſeptem diſcrimina vocum, Virga recurva Annum, quæ in ſe recurrit, & ideo πᾶν, id eſt totum, appellatus.*

Multi fuerunt in opinione, ſidera tantum ornatus gratia in Cœlum poſita 1441. An ſidera tantum ornatus gratia condita ſint?
fuiſſe, velut aëra, picturis, lucernis & aulæis exornatur, nec longe receſſit ab hac opinione Ariſtoteles, qui non ignea eſſe ſidera ſuprema putavit, dicens *aſtra quæ ſunt in orbe ſuperiori, in ſua Spæra feruntur, ut ipſa non igniatur, Aſtra omnia conſtant*
ex eo corpore in quo lationem habent. *Aſtra calorem & ignem generant atrito aere ab il-* 1442. Ariſtoteles de virtute ſiderum.
lorum latione lib. 2. de cœlo ſu. 3. cap. 1. Item in Meteorum pr. ſu. 1. cap. 4. *inquit aſtra non eſſe calida ſignum eſt, quod locus ſurſum in quo eſt diſcurſus aſtrorum non ignitur, & ſol qui maxime videtur calidus, eſt albus & non rubeus.* De Aſtrologia in univerſum ita loquitur. *Aſtrorum fidem plurimam habuimus in Ægyptiis & Babylonüs.* lib. 2. de Cœlo ſu. 3. cap. 2. text. 50.

Econtra exiſtimarunt alii & imprimis multi neoterici omnia à ſideribus 1443. Omnia à ſideribus neceſſitari quorundam opinio.
neceſſitari, miracula, oracula, ſtatus rerum & rerumpublicarum, omnesque Religiones à ſtellis ortum duxiſſe. Sybillas in antris ſedentes ſiderum raptu à ſpiritu ſubterraneo inflatas, furore primo in ligata, poſtea ceſſante paulatim im-
petu, in proſa oratione ceciniſſe, refert Julius Cæſar Vaninus in Amphith. æter- 1444. Reſponſa Sybillarum unde?
næ providentiæ, accuſatque hujus opinionis Patronos Petrum Pomponatium
& conſimiles. Diluvium ex Jovis & Saturni conjunctione in decima quarta 1445. Diluvium ex ſideribus ortum duxiſſe, referunt.
parte cancri, cum principium arietis eſſet in horoſcopo; exortum & excitatum fuiſſe Author eſt Aoniar, item Albumaſar & Henricus ejusdem interpres multa de hac re confabulati fuerunt. Abraam Princeps vocatus, Abraam Avenazre
Præceptor, ex ſiderum ſupputatione prædixit, anno Chriſti milleſſimo qua- 1446. Adventus Meſſiæ ex ſideribus prædictus falſò.
dringenteſimo ſexageſſimo quarto Meſſiam futurum eſſe, cum Jupiter & Saturnus in Piſcibus conjuncti ſint: Chriſtianam Religionem ex magnis benigniorum ſiderum conjunctionibus exortam fuiſſe, multi retulerunt præprimis Hie-
ronymus Cardanus, in comment. in Ptolomæum talia ſcripſit: *Eſt & geneſis Do-* 1447. Religio an à ſideribus dependeat.
mini noſtri IESV Chriſti, in qua tot videbis & tanta mirabilia, ut judices quod etſi natura-
libus rationibus ſolum inſiſtendum eſſet., Chriſti Nativitatem fuiſſe admirabilem, natu- 1448. Sex tantum Religiones eſſe poſſe, dixerunt Aſtrologi.
ramque illi tribuiſſe quantum concurſu omnium cœlorum excogitari poterat, & naturaliter legem noſtram eſſe legem pietatis, juſtitiæ fidei, ſimplicitatis, charitatis, optimeque inſtitutam nullumque habitura fidem, niſi poſt reditum Ecclipticarum, in quo fiet novus ſtatus univerſi, hæc Cardanus lib. 2. in Ptolom. fol. 221. in ſumma refert Johan. Picus Mirandulanus, *Aſtrologos ſtatuiſſe tantum ſex religiones eſſe poſſe, cum ita dicant: Iupiter religionem ſignificat, aliam autem atque aliam ex complexu ejus cum alio atque alio ſidere, ſunt autem ſex præter Iovem, quare ſex etiam ſpecies Religionum, quibus nec plures erunt aut fuerunt nec item pauciores. Iupiter enim cum Saturno Iudæorum facit Religio-*

nem, cum marte Chaldæorum, ignem adorantium, cum ſole Ægyptiorum, qui Cœli militiam hoc eſt ſidera colunt, cum Venere Saracenam, cum mercurio Chriſtianam, cum
1449. Blaſphemæ hæ opiniones non merentur refutationem. *Luna eam quæ ſub Anti-Chriſto poſtrema omnium eſt futura.* Hæc Mirandulanus. Quam blaſphemæ, in creatorem injurioſæ, & impiæ opiniones hæ ſint, cuivis ſano manifeſtum eſt, ut exinde nullam refutationem mereantur; ſed à Joh. Pico Mirandulano exploſæ & ſatis confutatæ ſint.

1450. Virtutes ſiderum quales revera ſint? His extremitatibus ſententiarum rejectis, manemus in medio certiſſimæ perſuaſionis, ſidera præter eſſentiarum quibus prædita ſunt in inferiora irradiationes, nihil niſi motum largiri, ſicque naturales rerum cauſas, ſigna, tempora, dies ac noctes ſublunaribus ſuppeditare, idque ex conſtitutione divina & ſacris literis nobis revelata infallibilitate, ſicque dum omnia fere Aſtrologorum Arabum & Chaldæorum dogmata, ſuperſtitioſis falſis & lubricis fundamentis inſiſtunt, per viam veritatis Regiam rejectis falſitatum & difficultatum centinodiis recta curſum abſolvemus.

1451. Sphæræ igneæ ſupremæ virtus Deum glorificans. Eſt igitur ſupremæ igneæ Spheræ virtus, in qua æternum Deum Creatorem celebrat, ſubtiliſſimus ille ſpiritus omnia inferiora fovens, & conſervans à Platone anima dicta, unde Marſilius Ficinus inquit: *Anima cœleſtis ſpiritu, ut Platonicè loquar, factum eſt Cœlum, imo hujusmodi ſpiritus eſt ipſum Cœlum, ſpiritus is eſt, ignis, tantum hoc igne noſtro ſubtilior, atque efficacior, quanto noſter ignis, acutior & violentior aëre.*
1452. Anima mundi Platonis. 2. In Plat. Enn. lib. 1. cap. 3. Platoni enim ignis fuit anima mundi, unde in Timæo inquit: *Animam mundi Deus in medium inditam, per totum extendit, & adhuc extrinſecus corpus ipſa obvelavit, & in circulum ſe convertens circumcirca Cœlum unum ſolum deſertum conſtituit, ut quod ob virtutem ipſum cum ſe ipſo conſuetudinem habere poteſt, & nullo alio opus haberet, & ipſum ſibi ipſi*
1453. Ignis Jovis cuſtodia dictus fuit. *ſatis notum & amicum eſſet.* Hæc Plato. Hinc Calcid. in Plat. Tim. inquit: *Ignem Pythagorici volunt ut materiam omnium Principem medium mundi obtinere, quem Iovis cuſtodiam appellant, per hunc moveri circum actas in gyrum quaſi ſtellas, terram, & ἀντίχθονας vel aliquanto veri ſimilius meditati, mundi adhærentem*
1454. Ignis officia. *quieſcere terram.* Eſt igitur principale ignis munus, omnia ſubtiliſare & penetrare, unde Plato: *Ignis quia tenuiſſimus eſt per omnia permeat, Aer per alia præter ignem, aqua per terram,* Timæus locrus de anima mundi. Siderum e-
1455. Ignis terræ centrum penetrat. nim influentias per centrum terræ penetrare, oſtendit ſubterraneus calor in cameris præprimis hyemali tempore manifeſtus. Eſt enim longe diverſus
1456. Differentia duplicis ignis cœleſtis. ſolaris ignis ab igne ſupremæ Spheræ, cum Solaris ignis balſamicus & ſubſtantia longè groſſior ſit, quam effluvia cœli ſtellati, quod apparet primo in luce & ſplendore quem corpuſcula ignea luminis claritate diffundunt è ſole & luna in inferiora diſperſa, ſtellæ autem ſupremæ non tam groſſam & ex
1457. Quomodo colores oriantur. multis corporibus compoſitam lucem emittunt. Unde apparet quomodo colores ex luce oriantur, effluvia namque Planetarum, continent ex ſole corpuſcula lucida, quæ cum aliis aqueis & terreſtribus juncta, reſplendent, & ſic vivum ignem repræſentant, quod ſi ergo maxima copia ignis in iſtis corporibus coloratis ſit, reſplendet claritas & fulgor ignis, ſi vero plura & ignem ſuperantia alia corpora admixta fuerint, tunc flavus, viridis, cæruleus, purpureus & cineritius variique colores exorientur.

SECTIO III.

URANIA SIVE AQUÆ SUPRACOELÆSTES ET FIRMAMENTUM.

1458. Syrorum & Arabum opinio de aquis ſupracœleſtibus. FUerunt antiquiſſimi Syri & Arabes in terra perſuaſione, ultra Cœli hujus viſibilis fines, Mare magnum ſine fine eſſe, prout R. P. Kircherus Soc. Jesu ex Arabe Abulbeſſar, Ben Abaſch, & Kaab, itemq; ex Syro Mor Iſaac tranſtulit, in Oedip. Ægypt. Part. 1. Tom. 2. cl. 6. c. 4. Hocque idem eſt, quod
1459. Moſes clariſſime de aquis ſupracœleſtibus ſcribit. moſes dixit: Et diviſit Deus aquas, quæ erant ſub Firmamento, ab iis quæ erant ſupra firmamentum, uti ſupra docuimus, aquas ſupra Firmamentum exiſtentes.

ſtentes à ſuperioribus obfirmare cœlum igneum, & ab inferioribus terram ob-
firmare aquas, ut expanſum ampliſſimam creatoris arcam repræſentet. De
aquis autem ſupracœleſtibus inter veteres ſcriptores altum ſilentium eſt, pro-
pterea quod gentiles, ſacra revelatione deſtituti, & proprio ſenſuum judicio ad
eas penetrare non potuerint. Solem navigio vectum Hieroglyphice depinge- 1460. *Solis Hieroglyphicum navis.*
bant Græci, propterea quod ſolis effluvia aqueis intermixta ad nos deſtillent,
vel quod Sphæra aquatum ſupra cœleſtium rapidiſſimo motu ſolis Navigium
revolvat.

Aquas ſupra cœleſtes Deum laudare, Regius Pſalter 148. Pſalmo verſ. 4. 1461. *Aquæ ſupra-cœleſtes verè exiſtunt.*
cecinit. Cameram enim hujus firmamenti vel mundani atrii pavimento aqua-
rum ſuperius munitam eſſe, Pſalmo 104. verſ. 3. docuit. Quis ergo manifeſtæ
Dei revelationi & æternum veridico Magiſtro contradicet.

Laudant itaque Deum Cœlorum aquæ non tantum hymnum & Jubilum 1462. *Quomodò Deum laudent?*
creatori canendo, ſed & cum deſcendunt in animantium corpora humidum ſpi-
rituoſum nativum exhibendo, propterea neque Cicada in antris terræ, nec rana
in paludoſis campis, ipſa nec alauda in æthere ſereno gloriam Dei creatoris ſup-
primere, ſed publice ad Cœlum reſonare & in dies creatorem eorum ſalutare
attentant.

Talis itaque eſt ſuprema virtus omnis animantium Hierarchiæ, qua non 1463. *Virtus Aquarum ſupra cœleſtium.*
tantum ſentire, cognoſcere & apprehendere varias Ideas, ſed & præprimis qua
Creatorem celebrare & glorificari poſſunt. Virtus autem hæc tam mirabilis,
à nullo philoſopho ſatis cognita, ſatis declarata, dependet à fotu ſpiritus divini 1464. *Animantium formæ à ſpiritu aquarum*
aquis primævis ſuperioribus incubantis, ſicque animalem ſpiritum æterna po-
tentia excludentis, exinde non mirum eſt, quod Philoſophi in primis hiſce prin-
cipiis graviſſime errantes, eousque pervenerint, ut certas brutalibus corporibus 1465. *Bruta, tali forma non ſunt animata ut vulgus exiſtimat.*
animas à Deo elargitas fuiſſe docuerint. Cum autem animas illas ſpirituales
& immortales eſſe non auſi fuiſſent proferre, ſed in materiali Sphæra concluſi,
ad varios abſurditatum ſcopulos appuliſſent, ad ignorantiæ tandem littus vela
dederunt, & dixerunt animas brutorum materiales nondum cognitas, nun-
quam perluſtratas fuiſſe.

Admirabile enim eſt, quod de Elephanti & ſimiæ ſagacitate omnes ſcri- 1466. *Sagacitas Brutorum.*
ptores præprimis Euſebius Nürembergius refert, ſimias in plurimis terratum
locis humana commercia exercere quinimò canes lupos & multa ſylveſtria ani-
malia tam aſtuta eſſe, ut ratione præſtantes homines ſuperent, cuivis notiſſi-
mum eſt. Quid de ſirenibus Nereidibus & ſimilibus marinis referant? Inter
Aphricæ monſtra ab ordinario naturæ curſu recedentia numerabimus. Si ſum- 1467. *Omnia compoſita videntur gradu aliter differre.*
mæ rei dicendæ eſſent, poſt hominem immortali anima illuſtrem, reliqua tan-
tum dignitatis & perfectionis naturalis gradu differre libentiſſime aſſererem, ut-
pote quod à ſagaciſſimis animalibus terreſtribus ad Amphibia, ab hiſce per o-
mnia avium & piſcium genera ad Zoophyta, à Zoophytis ad mineralia per cam-
pum vegetabilis regni ſemper deſcendentes gradus manifeſtiſſimi reperiantur,
prout in Phyſicis docebimus.

Cauſa hujus gradualis declinationis totius naturæ præprimis in Deum 1468. *Cauſa hujus gradualis rerum differentiæ.*
ſapientiſſimè omnia exornantem referenda, ſed & in ejusdem providentiæ mari
inexhauſto inquirenda, qui utpote pro cœleſti fotu & conſervatione omnium
individuorum, tam operoſas luminoſas aquas in ſupremum Cœlum locavit, ut
omnia ejusmodi ſpiritu vivifico conſervarentur.

Qualem autem ſupra cœleſtes aquæ in inferioribus hiſce Deo ſupremo 1469. *Melodia ſpiritus cœleſtis in Animalibus.*
Melodiam reſonent, meritò inquirendum? Tria in Brutorum irrationalium
corporibus reperiuntur maxime obſervanda ſenſus, memoria & formatio cor- 1470. *Tria in brutis obſervanda.*
poris membrorum. Senſus quod ſpectat, à Cœleſti lumine in certa diſpoſita
organa influente eos oriri ſupra deduximus, conſtant ergo ex lumine præprimis
& organorum optima diſpoſitione, nec non externorum adæquata proportione. 1471. *Senſus brutorum.*
Memoria vel reminiſcentia in brutis, eſt character rerum in phantaſia ex multi-
plici exercitio habitualis factus, qui prout à ſenſibus apprehenſus, ſic ab exterio- 1472. *Memoria brutorum.*
ribus peregrinus advenit & intravit. Formatio corporis membrorum proxi-
me ad

1475. Formatio corporis brutorum. me ad rerum Ideas ſpectat; quæ pro Creatoris prima liberaliſſima diſpoſitione æterna quaſi adhuc dum durat, & Ideales impreſſiones repræſentat. Cum igitur omnia hæc examinamus, formaliter talium operationum cauſas eſſe aquas ſupra cœleſtes, non quidem adferre audemus, ſed dicimus, ſicut ſenſuum orga-
1474. Spiritus cœleſtis eſt univerſalis cauſa ſenſus & motus brutorum. na in fluido & humido; memoria in ſpirituoſo vel molli cera. Formatio in plaſtica virtute rorida conſiſtit; ſic materialis cauſa omnium tam principalium in animantium corporibus operationum; eſt humidum illud ſupremi Cœli effluvium, quo mediante digitus Dei Ideas rerum format conſervat, illuſtrat, ut ſentire, recordari, varia formatione ſpecies conſervare poſſunt.

1475. Quare homo in multis organis cum brutis conveniat? Exinde mirabile eſt, cum Deus hominibus ex intelligibili ſpirituali mundo animæ viventis ſpiraculum immortale conceſſerit; ut ſupra omnes naturales virtutes Anima intelligere, ratiocinari, & infinitas Ideas in mente reſervare poſſit; quare formatio corporis membrorum non magis differat à brutorum corporibus; cum econtra notiſſimum ſit; viſcera concoctionis & diſtributionis quæ in homine ſunt, notabiliter in brutis reperiri, ſic ut ad inſecta usque cor, hepar, ventriculus, fellis veſicula & multa alia manifeſta ſint. Proinde notabile, Ideas ita eſſe ſingulis rebus à creatore impreſſas, ut corpora quod ſpectat, omnia communi ſiderum influxu gaudeant; alia vero majori & perfectiori; quædam
1476. Homo omnia gradu excellentiſſimo continet. minori, ſed homo qui Microcoſmus ex omnibus coagmentatus, totius naturæ vires gradu excellentiſſimo acquiſivit, & ſic pro hoſpite ſcilicet anima ſplendidiſſimum domicilium reportavit; quod non tantum ſupremorum & inferiorum ſiderum, ſed & aquarum ſupra cœleſtium influxus largiſſime reciperet. Quo
1477. Unde liberior cœli influxus oriatur. ergo pluribus viſceribus & organis animantia dotata ſunt; eo copioſiores Cœli ſpiritus accipiunt, cum ejusmodi viſcera velut infundibula Cœli à Deo deſtinata ſint, ut hauſtum Cœleſte nectar in corpore diffundant; ſicque totum ſyſtema conſervent.

1478. Influxus aquarum ſupracœleſtium in cerebrum. Influunt autem præprimis ſupra cœleſtes aquæ in cerebrum ſenſum & motum ſuppeditando, unde cerebrum velut Mercurialis liquor mollis, aquoſus, lucidus, in ſublime corporis locatus; ut ab anima velut Sphæra ignis lucidiſſima illuminetur; ſicque animalis ſpiritus per nervos in univerſum corpus ſcaturiat.

1479. Vinculum animæ & corporis. Apparet autem ex ſupra dictis in tota noſtra Philoſophia duo eſſe cœlitus advenientia ſubtiliſſima omnia penetrantia, ſcilicet ignis & aqua, quorum prius à Sphæra ſuprema ſtellata; Aqua vero vel ſpiritus ab aquis ſupra cœleſtibus de-
1480. Conſiſtit in igne & ſpiritu pendeat. Hæc in natura extreme ſubtiliſſima; ſunt medium & vinculum animæ ſpiritualis cum corpore, namque per ignem nimirum balſamum nativum operatur anima, ex corde in univerſum corpus calorem effundendo; ut autem balſamum illud ſuſtentationis baſin & quietem habeat; adjunxit Deus aquarum ſupra cœleſtium ſpiritum; quem humidum radicale vulgus vocat, ſicque hiſce duobus aſſociatis; anima in corpore vitam & actum exercet; non tantum ſentiendo; movendo; ſed & nutriendo & ſpeciem per generationem conſervando, ut imperium ejus, miniſtrantibus hiſce, monarchicum ſit.

1481. Quomodo viſus exoriatur. Quamprimum enim lucis effluvia, oculorum tunicas, penetrando; ad tubos cerebri pervenerint, recipiuntur ſtatim à lacteo nervorum liquore, & ſic reportantur, ad tribunal judicii, usque dum cognito objecto à lumine oblato, Idea velut Character in cera efformatus & cerebello impreſſus fuerit, ſicque in ſpeculo ſupra cœleſtium aquarum reconditus eſt totus naturæ animalis Theſau-
1482. Lux ſupremarum ſtellarum inperceptibilis. rus, namque non tantum colores ſed & ſonitus, odores ſapores, & figuræ, ſimili modo & ratione apprehenduntur.

Neque tamen ipſa ſtellarum ſupremarum lux ſenſibus perceptibilis eſt, niſi in eo; quod claritas ſiderum ex virtutis & eſſentiæ mole oculos illuſtret, ſed
1483. Colores omnes à ſole. ejus virtus deſcendens propter ſummam corporis ſubtilitatem inſenſibilis eſt, & ſenſibus noſtris inſervit, colores autem omnes qui viſum afficiunt à ſole oriri,
1484. Aquæ ſupracœleſtes inſenſibiles ſunt. aliquando declarabimus. Sic etiam ipſe ſupra cœleſtes aquæ corpora intrantes, & ab iis exhalantes, nullum ſenſum afficiunt, ſed ſubminiſtrant materiam ſenſibus omnibus neceſſariam; obſtructis enim nervis, liquorem illum lacteum

ad or-

ad organa deferentibus, ſtatim & ipſe ſenſus ceſſabit, ut patet in cæcitate ſurdi-
tate, ſtupore &c.
Nec minus in naturali hominis facultate ad individui & ſpeciei conſerva- 1485.
tionem humidum radicale vel ſpiritum aquarum cœleſtium ſumme neceſſa- [Aquarum ſupracæleſtium neceſſitas pro vita ſuſtentanda.]
rium eſſe, requirit, quod fere homo ex aquis illis ſupracœleſtibus conſtet, ſper-
ma enim ex puriſſima cerebri ſubſtantia elaboratum & fœcundatum, nil aliud
niſi ſupracœleſtis liquor eſt, conſtans balſamo ſiderum & humido divini ſpiritus 1486.
fotu vivificato & benedicto, propterea pro organo non tantum ſpiritualis im- [Quid ſperma ſit?]
mortalis animæ, ſed & pro animantium & omnium compoſitorum à Deo exor-
natorum Ideis repræſentandis ordinatus eſt. Exinde animantia magis ex ſemi- 1487. [Animalia magis ex ſpermate quam ſanguine conſiſtunt.]
ne quam ex ſanguine conſtant, namque in ſemine eſt virtus formatrix plaſtica,
unde ſimilares partes & organicæ harmoniam acquirunt, ſed & ſimilares vel al-
beſcentes omnes corporis humani partes lacte & ſpermate nutriri, hodierna ſe-
dula Anatomia obſervavit. Sanguis autem velut ſulphureum mare ſolaris bal-
ſami influxum & calorem univerſalem conſervat, ſic ut ſpirituum influentium 1488. [Sanguis quid? & ejus officium quale?]
vehiculum ſit, & interdum multis in naturam impetum facientibus ſeminibus
turgeſcat. Sanguis enim ex concoctione elaboratus, ſulphureus craſſior li-
quor eſt, qui variis ex corporibus conſtans, alimentorum eſſentiam, nondum 1489. [Morbi ex ſanguine oriundi.]
extincto ſeminali ſpiritu, ſub rubicundi liquoris ſpecie occultat, hinc ſanguine
vel ſuperfluo vel obſtructis poris exhalationum putreſcente, nexu ſpirituum
prædominantium ſolvuntur illa ſemina per cibum aſſumpta, ſicque ad ipſorum 1490. [Siderum & ſpiritus cœleſtis nutritio in homine.]
principium & felicitatem tendunt, ſcilicet ad effloreſcentiam & ſpeciei conſer-
vationem à Creatore ordinatam, exinde ſi natura nec valens & robuſta, vel
Medicus cauſæ morbi ignarus ſit, furiunt in humano corpore tantis viribus, do-
nec arietibus velut percuſſo & defatigato corde, totius opificii compages ſol-
vantur, ſicque humanum corpus in priſtinam faciem mineralium & Plantarum
frondeſcat. Primarium ergo & ſalutare nutrimentum ex Cœlo ſupremo, ſide-
ribus, & aqua ſupracœleſti dependet, ſecundarium vero ex Planetis & toto na-
turæ campo, unde tot viciſſitudinibus periculis & tandem morti animantia ſub-
jecta eſſe, triſtis experientia monſtravit.
In vegetabili regno humidum radicale ex ſemine pullulat in frondes, tu- 1491. [Spiritus ſidereus quid præſtet in plantis?]
riones, ſurculos; producentes folia, flores, ſemina & fructus, uſque tandem
in debita maturitate naturæ curſus ſiſtatur, ſicque animadvertere licet, plantas
manere vivas & virentes quouſque eorum radicale humidum perdurat, ſemi-
na plantarum nonnulla ad duos tres & plures annos viva & virentia ſunt, ſed vel 1492. [Virtus plantarum in cineribus.]
aduſtione vel ariditate ſemel extincto humido nativo, nunquam amplius in ter-
ra revireſcunt. Quædam Plantæ ſeminalem virtutem per ultimos cineres re-
tinent, quæ ſcilicet in Sale fixo ipſorum primariam virtutem habent; namque in 1493. [Plantæ ex cineribus reſuſcitatæ.]
Sale fixo Solaris ignis cum balſamo & ſpiritu Cœli ab omni corruptione diu
munitus eſt, exinde etiam ejuſmodi plantæ humidum nativum in cineribus re-
ſervant, & ſic aſſumpto priſtino corpore velut ex morte reviviſcunt, prout ſupra 1494. [Spiritus cœleſtis in mineris mercurialis eſt.]
docuimus. Nec mirum etiam eſt, viſas fuiſſe aliquas plantas, myroplaſtica vir-
tute ex cineribus in aquis reſuſcitatas, cum proxima Cinerum reſolutionis via
ſit in liquore aquoſo digerere, ſicque ad caloris & frigoris intervalla ex iiſdem
omnes ſeminales virtutes præcipitare. In minerali regno notabiles ſunt aquæ 1495. [Mercurius in omnibus mineris.]
ſupracœleſtes, in ipſorum mercuriali liquore, ut exinde Ariſtoteles dixerit:
Metalla potentia ſunt aqua Meteor. 3. cap. 6. Quod Albertus Magnus in 3.
de Miner. tract. 1. cap. 2. Explicat dicens Metallorum prima materia eſt, hu- 1496. [In Mercurio eſt labyrinthus Chymicorum.]
midum unctuoſum, ſubtile, incorporatum terreſtri, ſubtili, fortiterque com-
miſtum. Ex omnibus autem mineralibus maturis, nec non ex ſeptem metallis
mercurialem liquorem extrahi poſſe, dudum demonſtravit ſapientiſſima Magi-
ſtra Alchymia. Ipſe vivus Mercurius qui ex minera & Cinnabari educendus,
hactenus naturæ ignaris tot difficultates peperit, ut cum Alchymiſta in dialo-
go Mercurii opus habuerint præſtigiatore qui conjurationibus ipſum fugitivum
Nequam in crucibulo inter flammas detinuerit, ne inſalutato hoſpite aurum
volatile fecerit. Eſt enim in Mercurio illo labyrinthus omnium Chymico-

rum, utpote cum in eo omnia corpora ſubtiliſſima volatilia combinent, ejus enim ſulphur nullo ſale fixo præcluſum; ſpiritus ſale extremè volatili alatus eſt; ut niſi Magiſtrum inveniat qui plumbeas ipſi ſoleas applicare noverit, vix alterum ignis gradum ſuſtinebit.

SECTIO IV.

POLYMNIA SIVE SATURNUS.

1497. Duplex ignis ſal duplex, & duplices aquæ in natura.

DUplex in natura ignis eſt, primus ſtellarum fixarum omnium tenuiſſimus, alter ex ſole lucidus & urens. Duplex ſal, ex ſideribus emanans volatile, in terra centrale; quod quidem variis modis alteratur, & interdum etiam volatiliſatur; ſic etiam duplices aquæ à Deo factæ; primæ & ſupremæ vividæ & luminoſæ, de quibus in prægreſſa ſectione, inferiores vero craſſiores, quas Deus congregavit & ex varia cum terreno ſale mixtura Planetas quarto die formavit.

1498. Corpora quo ſubliimiora eo ſubtiliora.

Cum autem craſſities corporum inferiorum pro loco in ſublimi Cœlo, nec non pro motu ſempiterno celeberrimo non idonea fuiſſet, ſubtiliſavit Deus corpora Planetarum, ut indeſinenti ordine in cœlo rotationis; non tantum ſigna tempora, dies & annos ſed cum ſignis cauſas multarum in terra mutationum exhiberent.

1499. Saturnus aquoſus.

Saturnus igitur, cum ex aquoſa Pyramide cœleſti ſupremus ſit, & maximam aquoſæ ſubſtantiæ partem contineat, in ſenſibus noſtris frigidus percipitur

1500. In ſenſibus noſtris frigidus.

cum aquoſa ejus effluvia poros cutis penetrando, ſpiritus repercutiant & ſic in nervis ſenſum frigoris excitent; qui ſi nimius, naturæ moleſtus erit; cum ex calore & temperatura omnium rerum natura conſiſtat; ſicq; frigus immodicum

1501. Frigus ♄ quomodo inferiora lædat.

non tantum membra corrumpere, ſed & totam naturam compoſitorum deſtruere poſſit. Frigoris autem ſaturnini effluvia aquoſa propter ſubtilitatem lædere, ipſæ noſtræ inferiores aquæ atteſtabuntur, quæ ſi ſubſtantia ſubtiliores eſſent, & ad uſque noſtros nervos penetrare poſſent; utiq; conſimili ratione nos afficerent; quod apparet, cum aquæ inferiores ſaturninis effluviis turgidæ & congelatæ ſunt, quam validè ſenſus afficiant omnibus notiſſimum eſt.

1502. Saturnini homines.

Saturninos homines ſolaribus inimicos; invidos, maledicos, & crudeles eſſe, omnibus notiſſimum eſt, hinc Poëta:

Ut Jugelent homines ſurgunt de nocte latrones.

1503. Animalia Saturnina.

Sole enim occidente non tantum male feriati & pernicioſi homines lætantur & vagantur in tenebris; aſtutia & malitia parati; ſed & animalia ſaturnina velut Veſpertiliones; Ululæ, glires &c. ex antris in ſcenam prodeunt, & ſicut ſolaria interdiu, hæc de nocte undiquaque vagantur; nihilque niſi lunaria animalia Ranæ Limaces, Grilli; cicadæ; Porci ſylveſtres & ſimiles illa comitantur, ſic ut inter ejuſmodi animalia, velut inter diem & noctem infinita diſparitas & differentia ſit. Sicut de bubone referunt, quod indignabunda auroram aſpiciat. Lux autem divinum jubar; tenebræ velut inferni ſimulachrum ſit; meritò quæritur, an ejuſmodi animantia etiam creatori gloriam decantent. Reſpondendum

1504. An nocturnæ aves Deum glorificent?

dum eſſe videtur; ſicut omnia bona à Deo finita creatione declarata ſunt; ſic ſingula bonitatem iſtam creatoris deprædicare neceſſario ſequitur. Cuncta deinceps homini proficua & neceſſaria eſſe, experientia docuit, ut nimirum bubones Mures venentur; multa animantia in cavernis terræ, latentes putridos malignos vapores attrahant, vel canales aperiendo emittant, ſic ergo quæcunq; certo uſui & neceſſitatis legi adſtricta ſunt, Deum æternum nobis nil tale præſumentibus in ergaſtulis ipſorum abſconditis laudare & glorificare neceſſum erit.

1505. Plantæ ſaturninæ.

Saturninæ plantæ; prout nullibi fere in ſolaribus locis excreſcunt; ſic inimicæ ſunt naturæ animalium; ut pro venenatis agnoſcantur; cum autem in guſtu & ſapore acres mordaces & amaræ reperiantur, eousq; perducti ſunt antiquiores

quiores Botanici, ut pro calidis non frigidis agnoverint. Sicut autem effectus 1506. *Veneni effectus.*
veneni manifeſtus eſt in hoc quod corpus vita privatum infrigidum cadaver
proſternat, ſic extincto nativo calore, agentis frigus fiet omnibus aſtantibus
notiſſimum, ſed quare in ſaporis organa ejusmodi venenatæ herbæ velut flam-
mas effundant, à nonnullis anxiè quæſitum fuit. Videtur autem in quarto ca- 1507. *Quare venenatæ herbæ acres ſint?*
pite hæc omnia ſufficienter explanata & deducta fuiſſe, quod nimirum è ſolis
Thalamo ſcaturiat fons vitæ Ignis, noſtræ animæ proximum inſtrumentum,
quod ſi ergo de ſolaribus plantis & mineris quæcunque animato corpori exhi- 1508 *Natura venenorum.*
bueris, nihil prorſus per ſeſe nocebunt, niſi violentia vincula corporis reſolvens
& deſtruens accedat. Sic etiam Venerea & Martiala non tam extreme affici- 1509. *Planetarum venena.*
unt, niſi quod à mediocritate quæ in ſole eſt longe recedant, & Venus multum
ſalini corporis, Mars vero aquei copiam continens, omnia in corpora animata
ſulphure furiente debachentur. Mercurius & Jupiter utrinque temperati,
ille ſalinus hic aquoſus, pro corporum animantium nutritione ſalutares ſunt.
Sed Saturnus & Luna utrinque ex opoſito à ſole diſtantes Planetæ, naturæ ani-
matæ exitium minitantur, Luna quidem ſolis lumine gaudens non tam inimica
eſt, ſed & in papavere & opio multum veneni demonſtrat. Saturnus autem mortis 1510.
vinculis paratiſſus quam primum ad organa ſenſuum pervenerit, quod ſibi mole- *Saturninum virus peſſimum.*
ſtum eſt, ſulphur è terra hauſtu evomit, ſicq; urit, flamat & convellit nervos, pro
ut de virtutibus Aconitorum, Napelli, Hellebori albi & cicutę referunt, ſicq; ſul-
phure taliũ venenatarum plantarum exhauſto, pervadit frigus earum narcoticum
omnes nervorum ductus, & congelat ſpiritus, ille ſaturninus liquor, ut lente in
triſtiſſimum mortis ſimulacrum animal palleſcat, & exhalante calore putreſcat.

Et hæc de Plantarum venenatarum natura dicta ſint, ſed ſaturninum miaſma 1511. *Venena in corporibus oriuntur.*
in copore generari, & ſaturninos morbos quam plurimos excitare poſſe qui ma-
ligna virtute corporum, calorem nativum debellantium animalia proſternant,
in Praxi medica docebimus. Et talia quæ de plantis ſupra dicta ſunt, de metallis 1512. *Quæ de Plantis dicta ſunt, etiam metallis conferunt.*
quoque applicanda erunt. Namque ſolare aurum temperatura corporum ita
compactum & perfectum eſt, ut omni putredini reſiſtat, atq; in medicinam re-
ſolutum inordinatos naturæ motus ſopire poſſit. Argentum quod lunæ dica- 1513.
tum eſſe perhibent, ſolari balſamo lucens, ſine ulla noxia exhiberi poteſt, cu- *Septem metallorum qualitates.*
prum & Ferrum, in vitriolo Martis & Veneris optime purgato, ſummam medi-
cinalem vim continent, ſalutarem, ſed ſi ferino ſulphure adhuc repleta ſunt,
quã miſerandas perturbationes efficiant, Chymicis notiſſimum. Mercurius vel
argentum vivum ſuis metallicis cruditatibus liberatum, integram medicinalem
ciſtam ſufficientibus ad ſanitatem medicamentis exhibere poſſet, ſed ejusmodi
præparationes vulgo nondum innotuerunt. Reſtat ergo Saturnus vel plum- 1514. *Saturni malignitas in regno minerali*
bum, cujus fumus malignus præcordia convellit, ejus ſal vel ſaccarum genitalia
refrigerando enecat, & tandem virtus ejus nociva in Arſenico & ſimilibus ſatur-
ninis hactenus cum periculis animadverſa fuit.

Omnia tandem quæcunque in ſaturni Sphæra continentur, ſolaribus ini- 1515 *Saturnina ſolaribus contraria.*
mica & hoſtilia ſunt, hac de cauſa Saturninus homo ſolari contrarius, ſecundum
verſum vulgatum.

Non amo te Voluſi nec poſſum dicere quare
Hoc tantum poſſum dicere non amo te.

SECTIO V.
TERPSICHORE SIVE JUPITER.

Jovis ſunt omnia plena, inquit vetus Poëta, cœleſtium corporum bonitatem & 1516. *Jovis omnia plena.*
in inferiora influxus fertilitatem indicans. De Jovis namq; imperio multa in
Græcis ſcriptoribus reperiuntur memorabilia. Platonici exiſtimarunt, pri- 1517. *Plato de Paradiſo.*
mum in orbe regnum fuiſſe Saturni feliciſſimum, de quo Virgilius.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva Coloni
Nec ſignare quidem aut partiri limite campum 1518. *De Jovis regno ſub miſeria.*
Fas erat, in medium quærebant, ipſaque tellus,
Omnia liberius nullo poſcente ferebat
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris
Prædarique lupos juſſit, pontumque moveri,

 Mella-

Mellaque decuſſit foliis, ignemque removit.
Et paſſim rivis currentia vina repreſſit,
Ut varias usque meditando extunderet artes
Paulatim, & ſulcis frumenti quæreret herbam &c.

Quibus calamitoſam laborioſam humanam vitam Poëta exprimere, Jovisque
1519. Regnum gratiæ à Platone intellectum. Dominium ad coërcendam malitiam depingere voluit. Addit ulterius Plato,
novum ſecuturum eſſe regnum, Jovis enim regnum eſſe ab oriente in occiden-
tem, Appariturum vero olim alterum ſub ſaturno huic oppoſitum, ab occidente
ſcilicet orientem verſus, in quo ſponte naſcantur homines, & à ſenio in Juventu-
tem regrediantur; quod de renovatione & regeneratione explicat ex dicto S.
1520. Jovis felicitas. Pauli: Homo interior renovatur in dies. Pier. Val. Herogl. lib. 43. fol. 426. Jo-
vis itaq; regnum deſignat agriculturam, vinearum plantationem, arborum inſe-
ctionem, quibus laboribus Jupiter fertilitatem promittit, atq; dulciſſima Cœle-
1521. Joviale Mel. ſti aqua irrigat. Qualis enim dulcedo in floribus & fructibus ſit, edocent nos
apum greges ſolertiſſimi. Mel in floribus ſiliginis, & vini ſpiritum amiſſo ferino
ſulphure dulciſſimum eſſe, dudum nos Chymia edocuit, propterea dum Jupiter
humido vel aquoſo ſolaris ſit, & velut è cratere nectar abunde deſtillet, frugali-
tatis autor, & Patronus erit.

1522. Mel quid ſit? Cum autem de melle vel Jovis effluviis ſermo faciendus ſit, ſuppono ex Alber-
to magno Mel è Cœlo ſtillare, ita enim Albertus: *Mel eſt occultus ros, cadens ſuper flo-*
1523. Ros Melleagineus interdum venenatus. *res & alias plantas & ſuper lapides quod apes colligunt.* 2. Meteor tract. 1. c. 14. Ex-
inde interdum Melleagineus ros decidit, pecorum gregibus inimicus, quod vul-
gò Mehltau vocant, quo gramina & fruges ita edulcorantur ut animalia ejus ni-
mia copia repleta ægrotare, & vitam amittere cogantur, ſcribitq; Ariſtoteles;
Mel in Trapezonto quæ in Ponto eſt, graviter olens, ex buxo generari ajunt, quod quidem ſi
edatur ſanas mentes abalienare, comitiali vero morbo prehenſos integre abſolvere ajunt.
Ariſt. de Admirab. aud. numero 17.

1524. Sulphur mellis quale ſit? Mel itaq; eſt liquor cœleſtis, ſulphuris ſolaris aliqua parte repletus, exinde ſa-
pori gratus & humano corpori ſalubris, ſubtiliſſimum mellis ſulphur eſſe, patet
1525. Mel recens optimum. quod guſtu non percipiatur ſed tactu in vulneribus, hinc Alexander Aphrodiſcus
inquit: *Mel cur Ulceribus acre, guſtu dulce ſentitur, quoniam ulceribus horridis reſiccatisq;*
mellis tenuitas occurrit, tenue autem omne acre eſt. Problem. 13. n. 2. Hinc Mel exi-
catum vel diu coctum calidius eſt quam recens, quod isdem Aphrodiſ. declarat
lib. 2. n. 71. dicens: *Mel inveteratum aut ſumme coctum amarum evadit, quia omnem*
ſuum humorem amittit, quo calorem immodicum temperare poteſt.

1526. Mel optimum quomodo colligendum. Laudatur ergo mel recens, tenue, aureum & pellucidum ſed optimum eſt
quod aliquis ſub dio ex aperto cœlo exhaurit, illud enim variis herbarum & mi-
neralium ſpiritibus nondum impprægnatum eſſe noverit, & ex eo ſpiritus, vegeta-
bilium & mineralium occultos receſſus penetrantes præparari poſſe, Chymico-
1527. Mellis uſus ſalubertimus. rum ſcripta atteſtantur.

De mellis autem ſaluberrimo uſu & mirabili eſſentia & effectibus audiamus
1528. Pythagorici & Democritus. Pierium Valerianum, qui ita ſcribit: *Ariſtoxenus, Pythagoricos plurimum melle uſos*
tradit, neq; tantum calidi panis ſuffitu Democritus vitam aliquot dies in amicorum obſe-
quium produxiſſe fertur, verum & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt,
1529. Mel vitam conſervat. *quibus mellis uſus frequentior fuerit, vitam diutius producere, contra vero qui cibis acidis*
delectentur, brevioris vitæ eſſe. Sane Cyrnios, populos, quo ſcilicet Corſiccam inſulam inco-
1530. Incolæ Corſiccenſes longævi. *lebant, longævos vixiſſe tradit Athæneus, quod aſſidue mellis uterentur cibo. Nam & Dio-*
phanes qui de re ruſtica libros conſcripſit, longævos evadere dicit, qui mellis eſitatione dele-
ctati fuerint. Præſtat vero in ſenecta ipſa plurimum pane & melle paſci, neq; enim ſolum ut
1531. Mel ſenſibus utile. *is aſſerit, vivacitatem adjuvat, ſed & ſenſus omnes ſanos & integros cuſtodit.* Hæc Vale-
rianus lib. 25. Hierogl. *Apum ut naturam cognoſceret Hiliſcus Thaſcius, magna diligen-*
1532. Apum induſtriæ indagatores famoſi. *tia eas in deſertis & ſoli vagis locis perquiſivit. Et Ariſtomaclius Solentis annos circiter*
quadraginta apes etiam indagavit, nec aliud egit, & ambo de ipſarum natura commentaria
utilia ſcripſerunt, inquit: Franciſcus Patritius de regno lib. 5. c. 20.

1533. Mel confert tribus naturæ regnis. Cœleſte hoc mel redundat in omnia tria naturæ regna, & præprimis notabile
eſt, in terra iſta fertili ex qua frugum omnia genera, nec non variæ herbæ & gra-
mina proveniunt. In minerali regno ſtannum Jovis ſignaturam ferens, copioſo
cœle-

cœleſti melle repletum eſt, ejus enim dulcedo hepatis obſtructiones aperit, in-
temperies mitigat, omnemq; totius ſanguinis æſtum temperat Hepaticæ plantæ
omnium temperatiſſimæ & humano generi ſaluberrimæ ſunt, animalia denique
Jovialia manſueta præprimis admirabilem uſum namq; de Vaccæ, & bovis Jovi 1534. Vaccæ utilitas.
ſacrati utilitate referam; unica hac animantium ſpecie innumerabiles hominum
myriades ſufficientem carnis copiam acquirere, non dicam de lacte, caſeo, cute, 1535.
& omnibus quæ de ipſo depromuntur pro hominum negociis utiliſſimis, unde Jupiter in Bovem mutatus.
Græci dixerunt; Jovem eorum in bovem mutatum fuiſſe & Ægyptii Oſirim,
quem Patrem, juſtum, Ducem; Regem & Conſultorem in ſacris literis appella- 1536.
bant, per Bovem Apim nominatum indicarunt. *Atq; hic ille eſt Apis quem Hebræi* Apis Ægyptiorum.
Moſe in monte moram trahente ſibi Deum conflavere, eam ſecuti conſuetudinem quam in
Ægypto eſſe conſpexerant, inquit Pierius Valerianus lib. Hierogl. 3.

SECTIO VI.
CLIO SIVE MARS.

MArtem in Cœlo reſidere veteres Aſtrologi docuerunt, Cœlum autem 1537. Nullum in cœlo bellum.
harmonica ratione conſtare, & nullum ibi bellum eſſe, antiquiſſimi olim
Pythagorici dixerunt. Exinde martis ſidus lumine corruſcum, ferri ve- 1538.
lut candentis colore ſcintillans, igneum quidem eſſe, ſed Saturno aquoſo non Nulla contrarietas qualitatum niſi in ſenſibus.
contrariari aſſerimus, cum nulla notabilis pugna in tota natura appareat, niſi in
ſenſuum organis, ubi calor & frigus humiditas & ſiccitas certare videntur, Bel-
la tamen inter omnium animantium genera, inter homines diſſenſiones, jurgia 1539. Unde bellum oriatur.
& latrocinia oriri, quotidie experimur, inde quænam in humano corpore cauſa
ſit ejuſmodi furoris & mentis commotionis, unde poſtea triſtitia, virium ſolutio
& mille alia inſequuntur, paucis examinabimus. Mirabile eſt, quod Democri- 1540. Democritus.
tus ſuper Platano in lapidea ſella ſedens, à lateribus habuerit accumulata ani-
malium cadavera per totum diſſecta, ut inveniret eandem paſſionem quæ ani-
mos perturbat, namque ab Hippocrate ex Coo veniente ſalutatus & rogatus,
quid rerum tractaret, *hæc inquit quæ vides animantia hujus certæ rei gratia reſeco; mi-*
nime Dei opera odio proſequens, ſed bilis naturam & ſedem inquirens. Noſti enim quod 1541. Inſaniæ cauſa.
hæc ubi redundarit, ut plurimum hominum inſaniæ cauſa eſt, in omni quidem natura ineſt,
ſed in aliis quidem minus in aliis vero copioſius. Hæc democritus reſpondit ſed in Hippo-
cratis de inſania tractatione cauſæ evidentius cognoſcuntur, ita enim inquit: Eo tempore
homo ſapit quo cerebrum quieſcit, cerebri vero corruptio ex pituita & bile oritur. Utrum-
que hoc modo dignoſces, qui enim ex pituita inſaniunt quieti ſunt, neque clamoſi, neque tu-
multuantes, qui vero ex bile, ſic verberant malefici ſunt, neque quieſcunt & ſi quidem con-
tinenter inſaniant, eæ cauſæ ſunt. Terrores vero & metus ex transmutatione fiunt, cale-
facto cerebro à bile in ipſum per venas ſanguine plenas irruente &c. Omnia hæc conti-
nentur in Epiſtolis Hippocratis.

Bilis eſt martialis humor ſulphureus, Bituminoſus à ſanguinis maſſa propter 1542. Bilis quid ſit?
exceſſivum ignem ſegregatus, in fellis cyſta conteritus, pro ſtimulo naturæ & 1543.
expultracis facultatis à Deo ordinatus, Bilis itaque lampas velut in hepate flam- Quomodo inſania oriatur?
mat, & per meatus ordinarios certo tempore cum alvi excrementis evacuatur,
ſi vero in Epaticas venas redundet, & cum ſanguine ad cerebrum usque ebul-
liat, tunc regia corporis Majeſtas è ſolio turbatur; & ſic indignabunda vagatur
nullibi quietem inveniens; hinc delirat, iraſcitur, contriſtatur, appetit, fugit, &
inſanas quascunque actiones exercet.

Quænam autem bilis vel ſulphuris bituminoſi cauſa generans & excitans ſit? 1544.
hactenus paucis fuit patefacta. Sulphur è ſole deſtillare ſupra retulimus, mani- Cauſa generans bilem in corporibus.
feſtumq; eſt, aërem igneis effluviis repletum eſſe, cum varia meteora ignita quo-
tidie generentur. Cum autem duplex in natura ſulphur ſit, unum cum aquarum 1545.
corpore combinans oleaginoſum vel aromaticum, alterum cum ſale ſeſe mari- Duplices ſulphureæ influentiæ cœleſtes.
tans acidum, duplices ſulphureæ influentiæ de Cœlo emanabunt. Videmus e-
nim Veris tempore quædam terræ loca pinguia & aromatica fieri, unde Bolaris
terra quæ characteribus in nonnullis locis inſignita, terra ſigillata dicitur, & 1546. Solaris Terra Sigillata.
pharmacopæis majori precio venditur. Nec ulla fere regio eſt, in qua non pin-
guis ſolaris terra pro locorum diverſitate reperiatur. Plurimis etiam in locis
ſulphurea nitroſa gleba reperitur, quod Agricolis & nitricoctoribus notiſſimum
eſt.

1547. Nitroſa terra. eſt. Spiritum iſtum nitroſo ſulphureum in lupulo præprimis, ſed in omnibus vegetabilibus reperiri, teſtatur fermentatio in ſuccis herbarum fructuum & ſemi-
1548. Spirituum extractio Chymica. num quam maxime notabilis, mediante qua ſulphura à ſalibus ſolvuntur, ſicque ſpiritus olea & ſalia, arte Chymica extrahi poſſunt. Nullus enim ſpiritus niſi prægreſſa fermentatione deſtillari poteſt, exinde fermentum terreſtre præpri-
1549. Nitri ex aëre attractio. mis, ſedem in vegetabilibus utpote è terræ ſinu enaſcentibus acquiſivit, ſed fermentum illud è Cœlo manare & pro rerum fertilitate terræ communicari, teſtabuntur omnes naturæ curioſi. Præterquam enim ex limpido æthere per inſtrumenta mediante vacui fuga nitrum parari poſſit, notabile eſt in vitrioli terra extremis ignis combuſtionibus viduata, & aëri expoſita, mox nitrum in magna copia reperiri quod etiam calx viva, ſal fixum calcinatum & omnia corpora igne evacuata præſtant, ſicut nitrum in aëre volitans de Cœlo deſcendat.

1550. Aromatica ſulphurea & clbilioſa ſunt. Ex ſupra recenſitis autem optime elucescet, qualis ſit ſulphuris bilioſi origo, nimirum effluvia ignea cum aqueis conjuncta è Cœlo in vegetabilia effuſa, quæ aromatico acri ſapore percipiuntur, hiſce igitur cum cibis in animalium corporibus digeſtis evenit ut ex carne animantium præ-
1551. Quomodo bilis in corpore ex æſtuet. primis pinguedine referta in humano corpore bilis generetur, quæ in majori quam decet copia in fellis ciſta reſervata, hepar inflammat ſicque bilis ſanguineæ maſſæ ſeſe inſinuans in univerſum corpus profluit, usq; tandem regiam animæ ſcilicet cerebrum perturbet, & varia amentiæ, furoris deſipientiæ, & deliriorum phantaſmata progeneret.

1552. Martialia Animalia rapacia. Harmoniam ex Marte in ſublunaribus reſonantem ſi quis leviter perpendere velit, percipiet, lupum, Pantherem, & omnia martialia animantia veſci carne & ſanguine ſulphureo martiali. Ita ut canes ſanguinem ſitientes plerumque à collo aggrediantur feras, ſicque dum jugulant ebibunt martiali furore cruorem, è dentium morſibus Scaturientem. Martiales plantæ plerumq; excre-
1553. Martiales plantæ. ſcunt ſuper Martis minera, natali ſole rutila, vidiq; quercum arborem in convallia deciduam, in Martis mineram converſam, in quibusdam locis ſemi ligneam & lapideam fuiſſe quæ omnia perennem rerum ſub harmonico concentu amicitiam declarant.

SECTIO VII.

MELPOMENE SIVE SOL.

1554. Sol Dei filius. Solem Plato viſibilem Dei filium appellavit, cur non intelligamus imaginem eſſe inviſibilis filii, inquit Joh. Picus Mirandulanus in Heptaplo ad finem. Exinde manifeſtum eſt, illud in Ægyptiorum Minervæ templis aureis literis inſcriptum.

1555. Minervæ templum apud Ægyptios. Ego ſum, quæ ſunt, quæ erunt & quæ fuerunt ullum meum revelavit nemo, quem ego fructum peperi SOL eſt natus.

Marſilius Ficinus de ſole c. 6. Solem omnium rerum rectorem eſſe, apparet quod tria naturæ regna de ſole vitam & florem acquirant. Solis namq; effluvia
1556. Sol omnium rerum rector eſt. pervadunt totum terræ diametrum, ut non tantum mineralia è ſole rutila in profundiſſimis montium radicibus excreſcant, ſed & calorem à centro terræ flammantem omnes naturæ cultores invenerunt, ut velut ſol in interioribus reſplen-
1557. Omnia metalla proveniunt ex auro deat, & radios hyemali tempore à Meridionali plaga per terram communicet. Exinde plura ſunt adhuc in naturæ Gazophilacio abſcondita, quæ laborioſiſſime in quibusdam locis è terra effodienda. Aurum ex ſolis radiis balſamicis creſcere
1558. Sol maturat metalla in Aurum. ſupra deduximus, omnia metalla principaliter à ſole dependent cujus ſulphur vel cum effluviis Veneris, Jovis, Martis, &c. unitum ignobilius quidem metallum pro materiæ diſpoſitione efformat, ſed cum ſemen auri occultum conti-
1559. An metalla transmutari poſſint? neat, diſponit & maturat, ut deniq; in ipſiſſimum aurum transformetur. Nullum enim metallum eſt, in quo non ſolis & Lunæ ſive auri & argenti quædam portio reperiatur, & ſuperfluum eſſet, quod progreſſu temporis ignobiliora metalla in aurum converſa fuerint, referre, multo minus credibile eſt plurimis, omnia metalla ab artifice potuiſſe in aurum transmutari, quæ ſuo loco relinquimus & pro noſtro judicio adijcimus, Deū omnibus rebus compoſitis ſemina ſub benedictionis ſigillo perpetua conceſſiſſe, quod ſi ergo metallorum ſemina, utiq; eorum culturam hominibus permiſſam concedent, dum omnia primo homini ſubjecta & ejus domino concredita fuerint.

1560. Generatio lapidum, mineratum &c. Cum effluvia ſolis in puriorē terræ locū pervenerint, & nullo fere ſpiritu cæleſti mercuriali referta fuerint, enaſcuntur mineralia, lapides, Arenę & ſimilia, eſtq;
1561. Pyrites. nunquā ſatis admirandū, quod pyrites auri ſignaturā in fronte ferens, inter lapidū plerumq; ſciſſiliū venas excreſcat, ſicq; ſublevato velut tegmine latiſſimo ſi-
1562. Lapides precioſi. derū inſtar fulgidiſſimus reſplendeat. Sic etiā precioſi lapides in abſconditis plerumq; reperiuntur, ut interdū aliquis lapides calcaneo, terat, qui majoris precii, & utili-

& utilitatis ſunt, quam plurimi divites perſolvere poſſunt. Unde ergo tam 1563. Adamas.
excellens virtus proveniat; ut Adamas luce & radiis ſolem, Rubinus Mar-
tem &c. referens in profundiſſimis terrenis locis generentur? Tota illa natu- 1564. Virtus gemmarum à luce.
ræ & materiæ claritas à nullo principio niſi à luce, & ſole, præſuppoſito Ideali
charactere divinitus impoſito oriri poteſt.

Hinc ejusmodi gemmarum colores à nullo alio niſi ſolari menſtruo extra- 1565. Tincturæ gemmarum.
huntur, & eſt ſumma vanitas Metalla, lapides precioſos &c. crudos adhuc in
pulverem attritos, hominibus præprimis ægrotantibus exhibere, cum validiſſi- 1566. Aurum ex ſilicibus & arena.
mum ſolare fermentum pro eorundem ſolutione neceſſarium ſit, quo ſi abunda-
rent illi, nunquam ægroti eſſent. Ex ſilicibus optimum aurum excoqui & ex
arena fere omnium fluminum optimam metallicam mineram elavari poſſe, et- 1567. Auro vivimus & cor noſtrum vegetum eſt.
iam in Helvetia ruſticis notiſſimum eſt.

In ſumma quo vivimus cœleſti cibo, quoq; cor noſtrum lætum & vegetum,
illud volatile aurum eſt, ita ut Euripides ſolem non immeritò auream glebam 1568. Solis aurea gleba.
appellarit. Hinc veteres etiam in notitiam venerunt præparandi Panacæas, de
quibus Marcus Antonius Natta lib. de pulchro 5. fol. 118. ſcribit. *Sacerdotes Æ-*
gyptios author eſt Iſocrates, ſumpſiſſe medicamenta tam tuto & jucunde quam cibus nunc 1569. Panacæa Ægyptiorum.
ſolet, eam autem vim fuiſſe ut propter illa magno cum corporis robore diutiſſime viverent.

Ad minimum videmus ſolari igne omnia conſervari, quam lætum enim ſit 1570. Verni temporis fertilitas.
vernum tempus, & Æſtate cuncta floreant & fructus ferant, hyeme vero ap-
propinquante à frigore emoriantur, omnibus notiſſimum; exinde in calore vita 1571. In calore vita, in frigore mors.
in frigore vero mors. Animantia enim quæ à Creatore optimò ita ordinata, ut
ſub ſolis æſtu vivant, neque pellibus & à frigoris vi præſervantibus tegumentis
cooperta ſunt, & vel cum ſole peregrinantur; ex Borea in Auſtrum, vel ad ter- 1572. Solatis exercitus ſolem ſequitur.
ræ cavernas confugiunt, ita ut non niſi Martiales & Venereæ Beſtiæ; ſolis æſtu
turgidæ, hyemali tempore in ſylvis circumvagentur. Ipſeque Urſus frigoris
vehementiam metuens, in diverticulum hyemale ſeſe recipit, & veris tempore 1573. Frigus enecat animantia quædam.
tardiſſime egreditur. Quæ vero animantia non à frigore munita, & ipſi homi-
nes gelu rigidi, tandem emoriuntur, cum frigus interiora & principalia viſcera
ſubierit; lente ad ſomnum ſeſe reclinant; & qui periculum evitare omni ſtudio 1574. calor nullum vitæ periculum inducit.
& viribus, laborant; cæcitate correpti velut ſomnambulores hinc indeque va-
gantur, usque dum extinctis omnibus vitæ ſpiritibus, ad mortis quietem re-
cumbant. A calore econtra nullum tam ſubitaneum periculum timendum,
etiamſi loca ſub Ecliptica ſolis fervore aduſta ſint, ubicunque enim fontibus vi-
riguis & fertilitate hominum habitationibus felicia ſunt, ibi pro temporum vi-
ciſſitudine ſubdio convenire & commercia tractare poſſunt. Cum enim vita
in calore conſiſtat, ab eo non extinguitur, ſed ſi aliqua læſio fit, à vehementia
agentis cœleſtis Balſami attrahitur, & conflagrato humido corpora deſiccan-
tur, ut in Mumiis apparet; quæ pericula ad fontinas & loca temperata evitare
Aphros longa experientia informavit.

Sicut ergo lucis & umbræ è Cœlo in terrenis, ſic & animalium ſunt ma- 1575. Varietates animantium.
xime notabiles varietates, ut quædam ſint ſolaris calidæ, nonnullæ frigidæ ſa-
turninæ, vel terreſtris lunaris naturæ. Prout Pierius Valerianus de ejusmodi 1576. Sol Leones produxit.
naturarum contrarietate antiquiſſimam fabulam his verbis recenſet. *Solem*
& Lunam initio rerum in certamen veniſſe, ut terram animalibus replerent; cura ejus-
modi illis à ſummo opifice demandata; ſtatimque Leonem ea qua inſignis eſt ſpecie à ſole con-
formatum. Lunam vero æmulatione concitam, cum Deos omnes in novæ belluæ ad-
miratione detentos animadvertiſſet, neque opus id æquaturam ſe conſideret. Ælurum
protuliſſe, animal quippe Leoni perquam ſimile, ſed & armis & ſpecie tanto inferioribus; 1577. Luna Ælurum.
quanto Luna ipſo ſole deterior eſt. Ob ortò interim inter Deos riſu indignatum ſo-
lem eam fuiſſe Lunæ temeritatem, ut ſecum auſa eſſet contendere Murem è veſtigio 1578. Sol Murem formavit.
procreaſſe, ut Æluri contentionem eluderet; tum Lunam majoribus ingenii viri-
bus convocatis, quantacunque potuit arte conatuque quantoque maximo ſtudio 1579. Luna ſimiam
perficere potuit, ſimiam progenuiſſe, id quoque animal cum ridiculum adeo appa-
ruiſſet eluſiusque omnium cachinatione Lunæ conatus fuiſſet, adeo id indigne Luna
tulit,

1580. Antipathia ſolis & Lunæ. *tulit, ut ſempiternas inter ſimiam & Leonem, neque non inter Ælurum & Murem commiſerit inimicitias.* Hæc Valerianus Hieroglyph. lib. 14.

SECTIO VIII.

ERATO SIVE VENUS.

1581. Venus ardens ſalino ignea. VEnerem Planetam ex igneo ſolis Elemento & ſalina terreſtri pyramide ſupra cap. 4. deſcribimus, *Venus enim ignea & ſulphurea eſt, hinc Euphorion eam* θιμβερὴν *ardentem appellavit. Veneream autem libidinem à ſale excitari olim Ægyptii exiſtimarunt, propterea Sal odio habuerunt,* ἀλιγενὴς *enim Venus, illique ſalacitatis ergo fanum ad portum maris aruſpices poni apud veteres jubebant,* inquit Pierius Valerianus lib. 31. Hierogl.
1582. Maris fertilitas unde? Finxerunt enim Veteres Saturnum Cœli virilia abſcindendo in mare projeciſſe, unde fertilitas maris & terræ ortum duxerit, namque à genitalibus iſtis mare tantam ſalſedinem attraxiſſe, & terram fœcundam
1583. Piſces multis populis prohibiti fuerunt. factam eſſe, ſed & piſces maris ſalaces parturire & congredi incepiſſe, exinde multis populis uſus ciborum ex piſcibus olim prohibitus fuit, quod piſces ad luxuriam tantum acquirantur ſed & ſale putarunt renes in caleſcere & generatricem virtutem exſuſcitari.
1584. Salis fertilitas in campis. Videmus enim prata & arva fimo putrido pabulata, in magna copia fruges proferre, ſed in fimo ingentem ſalis copiam latitare, nitricoctores & ruſtici omnes atteſtabuntur.
1585. Horti ſub Veneris tutela. Propterea ſecundum Varronem, horti omnes Veneris in tutela ſunt, non tantum quod pingui & ſalſedine referta terra abundent, ſed quod flores & fructus proferant, animantia ad Venerem ſtimulantes.
1586. Mychea Venus. Exinde Vereribus Mychea venus depicta eſt in antro decumbens, juxta quam fons viriguus proſiliit, & omnia floribus & viridibus plantis amœna erant.
1587. Veneris effectus in ſub lunaribus. Cum enim Balſamus Solaris ſalino volatili corpori jungitur, prout eſſentia Veneris ſubſiſtit, oriuntur ex ejusmodi influentiis ſeminum à Deo conditorum fermentationes, ita ut ſpermaticus vegetabilium & animantium liquor
1588. Verno tempore omnia rediviva. hiſce duobus ſulphuri & ſali cœleſti junctus ebullire & futurum domicilium organicum extruere attentet. Inde verno rempore cum non tantum terra nive detecta, ſed & glacie exuta eſt, ejusmodi venereorum effluviorum magnam copiam attrahere poteſt, ut non tantum vegetabile regnum hyemali tempore à frigore ſopitum, reviveſcat, ſed & & animale, pabulum pro recreandis corporibus acquirat.

1589. Omnia parturiunt Venere ſpirante. Hinc verno tempore & primis floribus apparentibus pleraque animalia præprimis ſoli affiniora parturiunt, vel Veneris dulcedine delectantur, cumq; omnia florere incipiunt, animalis natura ſuæ naturalis bonitatis non oblita, ad principium reverti ſicque ſpeciei conſervationem per individui procreationem continuare intentat, facultatibus & mediis, uti ſexto capite docuimus.
1590. Acidum cordis. In corde enim velut ſole animantium balſamus nativus eſt, qui ſpirituoſis ſive ſalinis corporibus mixtus, acidum liquorem progenerat, hic à corde verſus pancreas ad
1591. Venerem excitat. Veneris Sphæram effluens, non tantum omnibus nutritionis facultatibus virtutem & ſtimulum concedit & generatricem ſpiritum excitat, ut flagranti amore ſeſe in ſenſuum organa diffundat.
1592. Motus venerei in animalibus. Exinde oriuntur omnium animantium Venereæ geſticulationes, motiones, flexiones, præprimis ſerpentum quos conjugatos velut contiguos eſſe invenerunt, variique amplexus quos Zoologi & præprimis Ariſtoteles curioſiſſime annotarunt, ſuaves ſalutationes, oſcula & quod
1593. Vox venerea omnibus animalibus peculiaris. mirabile eſt, omnia animantia peculiari utuntur voce ad Venerem, qua nec ſaturninus Aſinus deſtitutus eſt, ſed uxorem vocando rudere nunquam præ libidine deſinit, Bos boat, Leo rugit, Equus hinnit, Aves garriunt, inſecta ſtrident, & quodlibet peculiari tono, alias nunquam inuſitato, quod Veneris melodiam &
1594. Oſcula hominum. ſirenum cantum eſſe exiſtimo. Hominibus ſunt oſcula & amplexus mutui, quos ab orbe condito uſitatos fuiſſe, ad teſtandam amicitiam & amorem, memorant
1595. Antiquitus licita fuerunt. ſacræ literæ omniaque gentilium ſcripta. Namque ut Pierius Valerianus ſcribit, *apud Romanos, olim licebat obvias quasque mulieres oſculo excipere, apud Lacedamonios*

nios oſcula non conceſſa modo, ſed etiam inſtituti ludi, propoſitaque præmia iis, qui ſeniores
lepidius ſuaviarent. Hierogl. lib. 22. Præter oſculum homines vel vocum vel 1596. Cantus hominum ſuavitas.
cantus dulcedine venereis vinculis ſe invicem jungere notiſſimum eſt. Exinde
de ſirenibus orta eſt fabula quas ſuperius homines, inferius aves fuiſſe, vel ſupra
paſſeres, infra vero homines & fæmellas dulciſſime canentes, referunt, quosque 1597. Sirenum cantus.
illecebris attraxerint ad mortem usque detinuerint. Propterea Ulyſſem ſociis
ne ſirenum cantum percipiant cera aures obturaſſe ferunt; conducitque quod 1598. Anacharſis Scyta.
Anacharſis Scythæ ſtatuis inſcriptum fuit, γλώσσης, γαστρὸς αἰδοίου κρατεῖν linguam,
ventrem, mentulam compeſce.

Conſpicuum autem eſt quamlibet animalium ſpeciem ſecundum Indolem 1599. Animalium varietates ſecundum illecebras.
& naturam in aliquo delectari, ſaturnina degunt in ſolitudinibus, Jovialia in læ-
tis pratis & nemoribus, Martialia gaudent præda ſanguinolenta, Venerea econ-
tra amore delectantur tantopere, ut præ luxuria fere diffluant, exinde non diu 1600. Venerea animantia caduca.
vivunt, ſed paucis annis & diebus periodum abſolvunt, ut paſſeres, & columbæ,
itemque omnes libidinoſi homines, qui nimis mature nimisque frequenter Ve-
nere utuntur, ſicut de Conchis referunt, quod parvæ Conchulæ quamprimum 1601. Conchæ generant ante nativitatem.
genitæ fuerint, intra concham coeant, antequam excludantur, ſic ergo vires
conſumendo non adæquant Jovis vel ſaturni tempora, ſed Venereo in igne præ-
maturè conflagrata contabeſcunt.

SECTIO IX.

EUTERPE VEL MERCURIUS.

MErcurii eſſentiam in ſole ſidereo volatili affulgente ſolis luce conſiſtere, 1602. Mercurii eſſentia.
ſupra retulimus, magnam autem virium allacritatem & ingeniorum for-
titudinem ex Mercurio profluere exiſtimarunt omnes, qui non tantum
Mercurium omnis doctrinæ & litteraturæ inventorem eſſe ſcripſerunt, ſed & ſi-
dus Mercurii ingeniis & hominum cerebro præeſſe voluerunt, quin imò aſtutiſ-
ſima animalia greſſilia & inſecta, aves dulciſſime canentes, Mercuriales eſſe di-
xerunt.

Unde autem hæc mercurialis virtus proveniat, & quid in inferioribus hi- 1603. Unde animantium vigor & ſagacitas oriatur?
ſce corporibus operetur? Paucis inquirendum erit. Spiritum ſalino volati-
lem Cœlitus advenire, omnibus chymicis notiſſimum eſt, namque non ſolum
per vacui fugam; ex vacuis inſtrumentis, ſed & certis exinanitis mediantibus
corporibus talem acquiri poſſe ſæpiſſime probatum eſt, qua de materia nuper
Excellentiſſime ſcripſit Clodius Balduinus in tractatu, Aurum Auræ.

Nitrum hoc à Mercurio exhalare, oſtendit nobis annua periodus, quam 1604. Nitrum à Mercurio exhalare probatur.
Mercurius cum ſole obſervat, namque ſole ultra tropicum cancri à nobis rece-
dente, evaneſcit in Borealibus hiſce Regionibus Nitroſus ſpiritus omnia pene-
trans, exiccans & promovens, ſi vero ad capricorni punctum ſol acceſſerit, &
novam ſalutationis faciem nobis oſtenderit, copioſiſſime revertitur in aëre ni- 1605. Nitrum æquinoctii vernalis temporibus ſpirat.
trum, quod cum Venus longe æſtuoſior & fervidior ſit, de nullo alio planeta ju-
dicari poterit, cum nullus præter Venerem & Mercurium ſolem inſequatur.
Exinde antequam aër Balſamo ſolari candefactus, velut in Martio & Aprili men
ſe, ſpirant nitroſa Cœli effluvia tantopere, ut omnia terreſtria â ſqualore & rore
hyemali deſiccentur, ſicque ejusmodi ſpiritus corpora cuncta pervadens & ine-
brians, velut magnes ſit, in quo ſolaria corpora poſtmodum ſedem invenire
poſſint.


Spiritus autem ejusmodi Mercuriales ſunt nil niſi ſal volatile, in aëre & va- 1606. Spiritus Mercuriales ſunt ſal volatile.
poribus aqueis reſolutum, ſicut ſpiritus vini purum eſt ſal volatile, vaporoſis de-
ſtillationibus ſolutum, ut ſupra oſtendimus, quod ſi quis fæces vini ſiccas ſubli- 1607. Spiritus Mercurialis inebriat omnia.
met, ſal volatile copioſum inveniet, ſi vero eas humidas deſtillet, ſpiritum vini
acquiret. Talis igitur ſalinus ſpiritus inebriat omnia ſublunaria ut poſtmo-
dum ad novum nutritionis & generationis opus ſeſe accingant, ſicut de ſpiriti-

bus influentibus ſupra cap. 6. ſect. 4. diximus, quod ex ejuſmodi ſalinis corpu-
ſculis generentur, & homo ſpiritus vini quantitatem non exceſſivam ſumendo
fortis magnanimus & audax ſit, propterea quod vel duplici ſpirituum proportio-
ne inſtructus, calorem nihil reformidantem in pectore, velut Bos fœnum in cor-
nu gerat. Itaque etiam replet in vegetabili regno radices, turiones, ſurculos
& gemmas, ut accedente ſolis Balſamo in frontes, folia, & fructus excreſcant.
1608. Poſt ſolſtitium hyemale reſuſcitat venerem. Propterea cum ſolſtitio hyemali vix translapſo in animalium corporibus ſtimu-
let plurimæ poſt primum ſolis adproximationem incipiunt parere, ut fere o-
mnia jumenta, oves, vaccæ & domeſticæ aves, Gallinæ, Anſeres, Anates, quæ
reſuſcitata generatrice, facultate pullos eniti & ova parere laborant, & omnes
1609. Mercurius celeritatis autor. ſpirante Mercuriali aura robuſtæ, allacres, ceſſante vero ſidereo nitro debiles &
triſtes ſunt, naturamque velut in deliquio cum colore & pennis ad usque hye-
male ſolſtitium, transmutant. Exinde judicandum, apud Veteres ortum du-
1610. Mercurius Veterum. xiſſe quod Mercurius omnis celeritatis & agilitatis author ſit, cum omnis com-
poſitorum corporum motus â ſpiritibus ſalinis dependeat. Quamvis enim
non negandum ſit, aliquando unum vel plures egregios & inſignes viros in mun-
do vixiſſe, qui ſibi Mercurii nomen adaptarunt, ut inſequenti Atlantidis opere
exponamus omnes autem vel unum ſolum aliquem Mercurium, literarum ſtu-
diorum omnisque intellectus acuminis authorem & Patronum, terrarum gen-
tes unanimi conſenſu celebrarunt, Hierogliphico myſtico ſenſu, cum intellexe-
rint à cœleſti Mercurio omnem ingeniorum vim provenire.

SECTIO X.

THALIA SIVE LUNA.

1611. Luna infundibulum terræ. LUnam Planetarum infimam, & terræ vicinam, totius Cœli infundibulum
eſſe, per quod ſiderum virtutes in terram deriventur, non tantum veteres
Rabbini, ſed & Ægyptii multique Philoſophi Græci exiſtimarunt, cum
1612. In luna eſt totius terræ virtus ſublimis. enim immenſurabilis ſupremi Cœli altitudo ſit, ad quam totus terrenus globus
vix ſenſibile punctum, & diſtantia ab hinc ad Lunam vel minimum importet,
nihil referet undecunque Cœli influentiæ ſcaturiant, omnes per Lunæ Sphæ-
ram ad centrum vel activitatis quietem à Deo deſtinatam feſtinabunt, ſic ergo
in Luna erit concentrata totius Cœli virtus, non dicam ex Ægyptiorum mente
1613. Ægyptiorum opiniones de Luna. Idealis & quaſi Archetypus & Empyreus mundus, de quo ſcripſerunt, quod o-
mnia eminentiori perfectione contineat, & in eundem defunctorum animæ ve-
lut in Paradiſſum & novam Hieroſolymam proficiſcantur. Namque quamvis
maculæ certa convallia montes flumina & lacus repræſentent, multa tamen pro
rei veritate probanda requiruntur, non di-
cam ſi ex Pythagoræ ſententia luna terre-
ſtris poneretur, eam tamen inhabitabilem
1614. Luna totius Cœli virtutes recipit & effundit. eſſe vix ſequeretur. Interea tamen luna
compoſitorum cœleſtium Infima, omnium
ſiderum totiusq; Cœli influentias recipit,
& in terram liberaliſſime effundit. Prout
1615. Monſtratur Schemate. exempli gratia in præſenti pyramide aſpi-
cere licet, quod effluvia ſupremæ Spheræ i-
gneæ penetrent Spheram aquarum ſupra-
cæleſtium ſicque duplices radii pertingant
ad orbem Saturni, atq; cum hujus influen-
tiis triplices ad Jovem, quadruplices, ad
Martem, quincuplices ad ſolem, ſexdupli-
ces ad Venerem, ſepduplices ad Mercurium
octuplices ad Lunam, ad terram noncuplices. Exinde univerſum hoc veteri-
bus Pyramidis forma Hieroglyphicè depictum fuit, cujus punctum inferius, &



latera

latera & baſis in Cœlo ſit, ita ut Pythagoras & Plato terram velut baſin Pyrami- 1616. Pyramidis figura univerſi hieroglyphicum fuit.
dis, cubica forma deſcripſerint, octo angulorum & ſex laterum dimenſione, qua
inſimul immobilitatem terræ denotare voluerunt.

Omnia ergo ad opinionem veterum, per Lunam in terrenam hancce aream
deſcendunt, propterea cum aquoſa Saturni & Jovis, Balſamica oleaginoſa & 1617. Terra cubica forma veteribus depicta.
acida ſolis, martis & Veneris, nitroſa Mercurii, omnia hæc in luna conjungan-
tur, roridas Lunæ influentias declaravi, prout in rei veritate ad oculum demon-
ſtrari poſſunt. Manifeſtum enim eſt, Cœlo quam maxime ſereno & ventis ex- 1618. Lunæ influentiæ roridæ ſunt.
iccantibus purificato, præſertim Martii, Aprilis, & Maij Menſibus rorem è
Cœlo deſtillare, qui lactis inſtar ſpiſſus dulcis, & Cœli ſpiritum primis ſenſibus
offert, omnia terreſtria fœcundat, & ſpargyrica arte præparatus Aurum exhi- 1619. Roris virtutes.
bet & hoc ex totius Cœli effluviorum conjunctione accidit. Si vero ipſius Lu-
næ eſſentiales effluviorum transſpirationes aliquis attendere velit, Salina Mer- 1620. Lunæ effectus in inferioribus.
curialibus groſſiora corpora inveniet, quæ ſtatis temporibus mare inquietum
reddunt, criſtallos in editiſſimis montibus progenerant, Plantas exſuſcitant, a-
nimalibus humores ſurſum ad caput in plenilunio, poſteaque deorſum impel- 1621. Luna veteribus Hecatis nomine depicta.
lunt. Propterea Luna veteribus ſub Hecates imagine depicta fuit, *tribus capiti-*
bus, ſiniſtro Equi, medio hominis, dextro canis, atque cum novilunium indicare volebant,
faciebant aureis & candidis veſtibus indutam, atque ardentem facem tenentem, cum me-
diam oſtendere volebant, ciſtam ei in manu ponebant, quia creſcente lumine fruges matu-
rant. Plenilunii autem virtutem ferrugineo calore denotarunt, tuncque ramum, Lau-
rum, & Papaver manu tenere fingebatur, Laurum propter ſolem, papaver vero propter
fertilitatem animarum, quæ in ea habitare putabantur &c. Hæc Pierius Valer. libro
1. Hecate. Cum igitur Luna omnium Philoſophorum veterum conſenſu velut
infundibulum ſit, per quod omnium ſiderum virtutes in terram deſcendunt,
non immeritò ex Luna rorem ſtillare in ſuperioribus deduximus. Eſt enim ros 1622. Quid ros ſit.
non velut aqua ſimplex in vapores reſoluta, & ſurſum elevata, in gramina deſtil-
lans, ſed cum laborioſum inſectorum gregem ex rore mel colligere aſpicimus,
& advertimus, à rore totius terræ ſuperficiem fœcundari, ſicque nec frigidam
aquam, ſed mellifluum Cœli nectar eſſe, unde tot ſpiritus pro ſanitate hominum
tot menſtrua pro vegetabili & minerali regno ſaluberrima depromi poſſunt, eſ-
ſentiā roris longe altioris indaginis eſſe ſequitur. Neq; enim ros decidit aëre plu- 1623. Ros ſereno aëre decidit.
viis, nebulis, aut nive obſcurato, ſed ſerenā Cœli aurā pertranſit, ut nullis inqui-
namentis turbidus, flores & herbas citius penetrare & recreare poſſit. Propterea 1624. Hermetis oraculum de rore.
antiquiſſimum Hermetem Mercurium oraculum edidiſſe referunt, tale. Pa-
ter ejus eſt ſol, Mater Luna, ventus portavit in ventre. Sicut enim duo in Cœ-
lo luminaria magna ſunt, ſol & Luna, duo inſuper agentia, ignis & aqua ſive Bal-
ſamus & ſpiritus, ita duo ſunt omnium inferiorum compoſitorum corporum
productiva, quorum primum Mercuriale aqueum ſpirituoſum & rerum forma-
tivum, plaſticum, alterum ſolare ſulphureum Balſamicum, vitæq; principium.
Hiſce accedens ſol, quod non tantum ex ſideribus, radiorum activitatis virtute 1625. Virtus & vita rerum.
effluit, ſed quibusdam corporibus è terra accedit, compoſitionem rerum com-
plet, ita ut continuò tranſitu effluviorum totius naturæ vita, & ex vita actiones
reſultent, quibus circulis naturæ clauditur & quousque hæc tria certa in ſym- 1626. Mors naturalis rerum.
metria à Deo primitus conſtituta perſiſtunt, eousque perdurant eorundem flo-
res & naturales perfectiones, ſi vero alterum ex iisdem deficere incipiant, tunc 1627. Arboris vitæ arcana.
languidis viribus omnia ad reſolutionem & naturalem mortem deſcendunt.
Unicum hoc non præterire volui, nos ex ſacris eruditos eſſe, Deum ter maxi-
mum in principio, vitæ arborem creaſſe, in cibum primo homini, ſi in integritate
permanſiſſet, qui æternas vires & immortalitatem corporis procuraſſet; Arbo-
rem autem iſtam ab Angelo poſt lapſum cuſtoditam, & viam præcluſam eſſe, ut
nemini mortalium ad eam in ſecula usque accedere licitum & poſſibile ſit, ſic de
arbore vitæ & fructibus ejus in hac vita nulla ſpes remanſit. Cum autem de-
creta Dei immutabilia ſint, & quod primo conſtitutum fuit pro cibo corporis
æternitatem conferendo, illud poſt tempora reſtitutionis in priſtinum ſtatum
in æterna vita erit cibus, nos in æternum ſaturans, ſequitur ergo corpus à Deo

1628. *Corpus incombuſtibile.* creatum eſſe, quod nec diluvio interitus primi mundi, nec flammis futuri extremi Diei perire poſſit, & ſi de arbore & fructibus vitæ res deplorata eſt, de terra tamen in quam iſta arbor inſerta fuit, aliqua ſpes ſupererit. Sed nihil in univer-
1629. *Auri eſſentia incorruptibilis eſt.* ſo orbe reperitur, quod ignis incendiis & combuſtionibus reſiſtere poſſit, quam ſol ipſe, & ejus Balſamus ſolari terræ in Auro incorruptibilem eſſentiam conferens, cumque Auri liquor Balſamicus à candito orbe inter famigeratos ſapientes
1630. *Medicina eſt ad deſperatos affectus.* pro univerſaliter à putredine & corruptione præſervante medicina celebris innotuerit, non defuerunt aliqui, qui eo uſque pervenerunt, ut ſulphur auri extractum, & in dulcem liquorem ſolutum in optimam medicinam, deſperatiſſi-
1631. *Semen auri inquirendum reſtat.* mos morbos eradicantem præpararunt, prout ego tali medicamento (Deo ſit laus) à Podagra quo aliquando miſerrime per tryennium afflictus fui, meipſum
1632. *Quinta rerum eſſentia.* curavi, & quos alios deſperatos morborum nodos diſſolverim, non ingratos multos præcones habere poſſem, ſed de re notiſſima non opus eſt plura memorare. Hoc unum deficit ſeculi hujus curioſis naturæ miniſtris, cum crudum
1633. *Duplici via inquirenda.* hoc & ſolidiſſimum ſolare aurum tam ſalubrem medicinam effundat, & in ſeminibus rerum virtus concentrata ſit, neque tam nobile corpus ſuo ſemine deſtitu-
1634. *Primo in auro.* tum eſſe, ullus qui ſano judicio præditus, aſſerere poſſit, cum omnia ex ſeminibus excreſcere ipſiſſima Magiſtra natura quotidie in minimis etiam oſtendat.
1635. *Secundo in minera peculiari.* Hoc inquam ſupereſt ut ſemen Auri, in quo ſolis cœleſtis & terreſtris virtus concentrata latet, inveniamus, quo reperto, quintam eſſentiam rerum, vel ſpiritum univerſi, omnium trium naturæ regnorum medicinam poſſidebimus, quam Frater Baſilius Valentinus primo in ipſiſſimo Auro, plusquam Argonautica velificatione laborioſa inveniſſe, poſtea demum veniſſe ad verum & ſecretiſſimum naturæ Gazophilacium recenſet, aliique multi affirmant, eſſe in natura præprimis ad radices ſolis minerarum nobiliſſimum corpus in quo totius naturæ fermentum, omniumque rerum ſolaris ſanguis & vita deliteſcat. De quo Virgilius lib. 6. Æneid.

1636. *Virgilius de lapide Philoſophorum.*

Accipe quæ peragenda prius, latet arbore opaca
Aureus, & foliis & lento vimine Ramus,
Junoni infernæ dictus ſacer, quem tegit omnis
Lucus, & obſcuris claudunt in vallibus umbræ.
Sed non ante datur telluris operta ſubire
Auri comos niſi quis decerpſerit arbore fœtus,
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit, primo avulſo non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.
Ergo alte veſtigia oculis & rite repertum
Carpe manu, namque illa volens facilisque ſequetur
Si te fata vocant, aliter non viribus ullis
Vincere nec duro poteris convellere ferro.

FINIS.

ELEN-

ELENCHUS RERUM QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Præfatio ad Lectorem.

1. Medicamenta ſunt Manus Deorum immortalium.
2. Quid ſint res naturales hactenus ignotum fuit.
3. Negligentia in Arte medica oſtenditur.
4. Sermo ad curioſos & invidioſos.
5. Phyſices ſcientiæ incultura.
6. Occultæ formæ & Qualitates multum ignorantiæ excuſant.
7. Ideæ rerum eſſentiales quid ſint.
8. Leonis Idea.
9. Hominis Idea.
10. Qualitates vulgo duplices.
11. Qualitates contrariæ in uno ſubjecto.
12. Colores hactenus ignoti fuerunt.
13. Senſuum exortus in animæ propylæis.
14. An corpora operari poſſint in diſtans aut per effluvia.
15. Pulvis ſympatheticus quomodo operetur.
16. Effluvia corporum revertuntur denuò.
17. Naſus ſuppoſititius Chyrurgorum.
18. Canis odor mirabilis.
19. Aſtrologia ſuperſtitioſa facta eſt.
20. A Pythagora rejecta eſt.
21. Item à Seneca & Cicerone.
22. A Platone & Ariſtotele repudiata.
23. Aſtrologia pro excuſandis erroribus utilis.
24. Quænam vera Aſtrologia ſit.
25. Chymici plerumque falſarii æſtimantur.
26. quænam vera Chymia ſit?
27. Botanica quænam vera ſit?
28. Anatomia jam nuper à ſummis viris reſtituta.
29. Novę velut provincię in humano corpore repertę.
30. Novæ inſulæ in anima hominis detectæ.
31. Methodus medendi communis pernicioſa.
32. Purgantia medicamenta ſuſpecta ſunt.
33. Medicus, miniſter naturæ non contra eam Armatus ſit.
34. Quomodo ægroti pereant per errores medicorum.
35. Opiata & narcotica ſemper, præprimis poſt venæ ſectiones extralia.
36. Omnia hæc de impoſtoribus in medicina dicta ſunt.
37. Autoris opera quæ proxime ſequentur.

Procemium de operis inſcriptione.

38. Antiquiſſimum Mathematicum inſtrumentum Hebræorum.
39. Cœlum Sephiroticum.
40. Cœli Sephirotici nova repræſentatio.
41. Teſtimonia Rabbinorum de Cœlo ſephirotico.
42. Sigilla naturæ cœlitus impreſſa.
43. Decem veſtimenta Dei.
44. Schema antiquum Cœli ſephirotici.
45. Inſuph antiquum modernis Hebræis incognitum.
46. Revelatio non ſcripta Judæorum.
47. Lex duplex ſpiritualis & ſcripta.
48. Eſdræ teſtimonium de lege non ſcripta.
49. Origenis ſententia.
50. Hilarii expoſitio.
51. Quare tandem illa ſpiritualis Lex litteris exarata fuerit.
52. Septuaginta Notarii Synedrios Hieroſolym.
53. Eſdræ verba clariſſima Demonſtrant traditiones.
54. Liber Sederolam Hebræorum.
55. Evangelicum teſtimonium.
56. Quinquaginta Portæ ſapientiæ.
57. Sapientia Salomonis unde.
58. Portarum intelligentiæ enarratio.
59. Quid ſit Inſuph.
60. Unde Cœlum Sephiroticum ortum duxerit.
61. Ex hiſtoria creationis novum ſephirot.
62. Res naturales & viſibiles hoc in negocio explicandæ erunt.
63. Summa rerum genera, Materia Idea & ſenſile.
64. Corpora dividuntur in tria naturæ regna.
65. Sephirot Corporum.
66. Ordo hujus Cœli Sephirotici.

67. Sublu-

67. Sublunaria compoſita ſub certis cancellis ſunt.
68. Senſibilia ſub ſeptem ordinibus.
69. Sephirot ſenſuum.
70. Muſica cœleſtis.

Caput I. Sectio I.

71. Primus de principio ſcripſit Moyſes.
72. Moyſes occulatus teſtis hujus principii.
73. S. Johannes clarior eſt in explicatione principii.
74. Targum Hieroſolymitanum convenit cum S. Joh.
75. Chriſtus Salvator eſt verum principium.
76. Verbum eſt unicum principium.
77. Angeli non ſunt principium nec ſolitarium nec ſocium.
78. Unitas convenit cum principio.
79. Principium & unitas combinant in ente.
80. Ab ente bonitas quæ eſt cauſa movens creationis.
81. Æterna bonitas mundum archetypum formavit.
82. Lux rerum omnium principium eſt.
83. Lux idealis mundi, circulo comparatur.
84. Propterea Mundus ſphærica figura perfectus eſt.
85. Cœlum Empyreum æternæ lucis ſplendore limpidum.
86. Superficies aurea mundi Græcorum.
87. Mundus Archetypus.
88. Ab antiquioribus cognitis.
89. Ab Ezechiele præmonſtratus.
90. A Zacharia viſus.
91. Lux eſt æternum aliquid.
92. Tenebræ non obſtetere luci ab æterno.
93. Angeli ſunt imagines infiniti ſemper fluentes.
94. Thronus Angelorum ſphæricus.
95. Angeli mentes ſunt lumine æterno corruſcæ.
96. Angelos rebus univerſis præeſſe S. Patrum opinio eſt.
97. Progreſſio à ſpirituali ad materialis eſſentiæ creationem.
98. Creatio quid ſit?
99. Creationis opus imperſcrutabile.
100. Sacra ſcriptura vivus creationis character.
101. Cauſa deſcriptionis ordinis creationis.
102. Status rerum in mundo fluidus & temporaneus.
103. Propterea continuata creatio vel conſervatio Divina neceſſaria.
104. Rerum omnium felicitas in reverſione ad principium.
105. Animæ principium in creatore.
106. Corporum felicitas in primæva pulchritudine.
107. Creator Mundi eſt Deus Tri-Unus.
108. Adamus æternus eſt univerſi exornator & protector.
109. Chriſtum Dominum creatorem coram Eccleſia & Angelis primus declaravit, S. Apoſtolus Paulus.
110. Sublimitas Myſterij creationis.
111. Nunc ſermo de Creatura, Cœlo & Terra.
112. Tres Mundi Ægyptiorum, Terreſtris, Aqueus & Igneus.
113. Cœli & terræ dimenſio adhuc dum conſtantiſſima.
114. Subſtantiæ rerum ſemper durabiles velut æternæ ſunt.
115. Quia creator immutabilis eſt.
116. Et natura nullum deſtructionis principium habet.
117. Nullumque vacuum mutationis medium.
118. Quia ſubſtantiæ proprium eſt immutabilem eſſe.
119. Corpora non admittunt vacuam ſuperficiem.
120. Nulla ſubſtantia extenſione major fieri poteſt.
121. Sed figurarum eſt eſſe denſum laxum & ſolidum, &c.
122. Subſtantia primitus creata ſolidiſſima fuit.
123. Figuræ corporum primævorum.
124. Ignis figura rotunda.
125. Aquæ figura longa.
126. Terræ figura triangularis.
127. Cœli nomine aquæ denotantur.
128. Aquam longa figura conſtare probatur.
129. Ex ejus quantitate.
130. Ex ejuſdem loco.
131. Ex ſcala ſimplicium & compoſitorum.
132. A deficiente ſolidorum penetratione.
133. A motu.
134. A compreſſione.
135. A ſplendore.
136. Sententia Platonis de Elementorum figuris.
137. Terræ nomine ſolida corpora denotantur.
138. Terræ figura Triangularis eſt, quod demonſtrat.
139. Figurarum ordo.
140. Facies rerum aſpectabilis.
141. Figura dehians.
142. Undoſa veſtigia.
143. Aquæ puritas corpuſcula terrena deprimens.
144. Cruſta terreſtris.
145. Reſolutio per Chymiam.
146. Corporum ſolidorum robur.
147. Lapidum ſoliditas unde?
148. Locus centralis.
149. Ordo naturæ.
150. Pororum laxitas.
151. Terræ opacitas.
152. Quies globi terreni.
153. Platonis teſtimonium de figura terræ.
154. Cœlum & terra prima materia eſt totius univerſi.
155. Ignis velut forma & vita eſt omnium rerum.
156. Omnia denuò in aquam & terram reſolvuntur.
157. In aquam & terram omnium cœleſtium virtutes deſcendunt.
158. Materiæ primæ nomina.
159. Elementa Tria in mundo.
160. Terra aqua ignis, Sal Mercurius & ſulphur.

Sectio II.

161. Nullum in natura vacuum.
162. Nulla cavitas ſine extenſione & nulla extenſio ſine corpore.
163. Poſito vacuo ſuperficies rerum infinitæ eſſent.
164. Corpora nec quantitatem, figuram, motum, aut locum haberent.
165. Nullum eſſet mundi ſyſtema ordinatum.
166. Nulla eſſet vacui fuga in natura.
167. Senſibus in acceſſa non pro nihilo æſtimanda ſunt.
168. Terra quomodo vacua fuerit ſecundum Moyſen.

169. Cauſa

169. Cauſa deſcriptionis ſtatus Cœli & Terræ primævi.
170. An illa primæva terra adhucdum in natura viſibilis ſit.
171. Sabulum Dref Helmontii.
172. Terra probatoria Metallurgorum proxime accedit ad terram vacuam primitivam.
173. Prima materia qualis fuerit?
174. Inter duo primitus creata quodnam prima materia fuerit.
175. Prima materia ante lucem creata eſt.
176. Prima materia poſitiva realis eſt.
177. Prima materia ſubſtantialis eſt prout creata.
178. Omnis ſubſtantia quanta figurata & mobilis.
179. Realis differentia inter eſſentiam & exiſtentiam in Sancto Euchariſtiæ Myſterio.
180. An poſita materia requirantur formæ vi relationis.
181. Materiæ eſſentiæ & exiſtentiæ cauſa.
182. Idea Platonis quid ſit?
183. An compoſita corpora forma prædita ſint?
184. Negativa defenditur ex cauſis &c.
185. Quia entia non ſine neceſſitate multiplicanda.
186. Formæ iſtæ eſſent neq; ſpirituales neq; materiales
187. Quia omnia à Divina virtute dependent.
188. Conſervationis ſigillum à creatione omnia ſuſtentat.
189. Corpora ſublunaria ex cœli & terræ corporibus coagmentata ſunt.
190. Et benedictione divina per ſemina in ſpecies conſervantur.
191. Divina virtus operoſa in ſeminum conſervatione.
192. Summa rerum naturalium felicitas.
193. An mirabiles rerum virtutes non à formis oriantur?
194. Actiones brutorum animales unde?
195. Aquæ ſupracœleſtes omnis virtutis animalis cauſæ ſunt.
196. Senſus brutorum exteriores unde?
197. A ſideribus proveniunt.
198. Non omnia ſenſibus noſtris inacceſſa falſa ſunt.
199. Motus animantium unde?
200. Natura brutorum, plantarum &c. oſtenditur.
201. Homo eſt Cœlum, Angelus, & Dei imago.
202. Nulla forma a materia diſtincta reperitur.
203. Neq; qualitates reales ullæ conceduntur.
204. Exemplum caloris & primarum qualitatum.
205. Neque dantur ſecundæ qualitates.
206. Pro forma iſta Philoſophorum, Ideam defendimus.
207. Idea non realiter diverſa eſt à materia.
208. Neque prout Idea artificis.
209. Eſſentia & exiſtentia rerum naturaliter non deferunt.
210. Platonis ſententia de Idea.
211. Apuleius.
212. Alcinous.
213. Marſilius Ficinus.
214. Buratel.
215. Dionyſius.
216. Steuchius.
217. Idea Platonis cum Divinæ providentiæ virtute coincidit.
218. Idea Luci comparanda.
219. Ideæ particulares ſimiles coloribus.
220. Quare tam infinitæ ſint particulares Ideæ.
221. Philoſophorum opiniones de materia Stoici, Thales &c.
222. Platonis ſententia de materia.
223. Ariſtotelis opinio.
224. Hyle vel Chaos prima materia.
225. Terra prima materia.
226. Qualis ſit illa terra chaotica.
227. Quare ſenſibus hominum non appareat.
228. Reſolutio corporum naturalis.
229. Sal centrale à Platone laudatum.
230. Omnia convertuntur in Sal centrale.
231. Sal centrale ubique reperitur.
232. Senſile quomodo oriatur?
233. Viſus à luce.
234. Auditus ab aere.
235. Odoratus à ſulphure.
236. Guſtus à Sale.
237. Tactus ex corporum figuris.
238. Tactus eſt univerſalis ſenſus.
239. Harmonicus naturæ concentus Pythagoræ.
240. Muſica cœleſtis.
241. Quid ſit ſenſile.
242. Non eſt qualitas aut modus rei.
243. Quidnam materiam proxime conſequatur?
244. Quantitas attribuitur materiæ.
245. An dentur Atomi.
246. Negativa defenditur.
247. An detur vacuum.
248. Negatur.
249. Extenſio quantitatis in auro reſpectu reliquorum corporum.
250. Omnia corpora poroſa ſunt.
251. Quare plurima corpora ſeſe elevent?
252. Quare corpora congelata leviora?
253. Quare viva caro & fervida aqua levior?
254. Figura primus modus materiæ.
255. Ordo exornationis rerum in creatione.
256. Figura mundi & Elementorum.
257. Platonis ſententia de figuris rerum.
258. Motus, ſecundus & ultimus modus materiæ.
259. Quare terra non moveatur?
260. Motus omnibus naturalibus corporibus competit.
261. Omnia quæ primitus à Deo mota ſunt neceſſario moventur.
262. Motus in vita bonum, quies malum.
263. Motus activus convenit rebus perfectis, paſſivus materiæ primæ.
264. Motus competit etiam terræ.
265. Quare non omnia ſiderum effluvia ad terram pertingant?
266. Naturaliter mota ſemper manent mota.
267. Extra propriam ſphæram nihil diu movetur.
268. De qualitate rerum unica.
269. Materia prima una eſt.
270. Demogorgon, prima materia.
271. Sal naturæ gradus extremus.
272. Vitrum ſal ultimum artificialiter concreſcens.
273. Vitra metallorum.
274. Omnia in vitrum denuò reſolvi poſſunt.

275. Ars

275. Ars vitraria quomodo procedat?
276. Vitri ſolutio in ſalem.
277. Sal ultimum & primum eſt.
278. Sal in generatione trium regnorum naturæ concurrit.
279. In Sole & Sale omnia.
280. Salſedo Maris indicat Terram ſal centrale eſſe.
281. Salſedo aquis propria non eſt.
282. Nova de Maris ſalſedine opinio.
283. Salſedo Maris ex Meteoris oritur non ex ſuperficie Terræ.
284. Salina corpuſcula in Aere volitantia ſunt cauſa ſalſedinis Aquis.
285. Aer copioſiſſimo Sale repletus eſt.
286. Incolæ ſub polares nullo ſale eſculento opus habent propter Aeris ſalſedinem.
287. Unde nam illa ſalſedo oriatur?
288. Scorbuti affectus ad Mare Balticum.
289. Spontus Aeris nitroſus.
290. Sal ex Meteoris.
291. Sal nivis.
292. Aer in pulmonibus coagulatur.
293. Sal aeris per urinam profluit.
294. Salis hujus Aerei origo.
295. Sol ſublimat aduſta terræ corpuſcula.
296. Sicut ex ſuccino & gummatibus ſalia per artem extrahuntur.
297. Globuli ſolares ignei ſal terræ elevant.
298. Quare verſus polos fugiant ab Ecclyptica.
299. Sol non elevat Salem vulgo notum.
300. Terra elementaris eſt aliud Sal quam vulgi eſculentum.
301. Quomodo ſol præparet ſalia communia.
302. Sal marinum & ſalſugines unde ſal foſſile.
303. Sal eſculentus ex quibus partibus conſtet.
304. Salis Sal centrale.
305. Salis Oleum, ſolare aurum ſolvit.
306. Salis ſpiritus Mercurialis Lacteus.
307. An Sol elevare & ſublimare poſſit ſal Terrenum.
308. Salia fixa olei Solaris additione omnia fiunt volatilia.
309. Triplex Sal naturæ.
310. Sal fixum centrale irreſolubile primum.
311. Sal fixum eſculentum ſolubile.
312. Sal volatile oleaginoſum eſt.
313. Olea poſſunt in Sal volatile converti.
314. Quomodo ſalia generentur?
315. Quid fuerit facies abyſi?
316. Duplices aquæ primævæ.
317. Supremæ ſpirituales luminoſæ.
318. Inferiores tenebricoſæ.
319. Abyſſus terræ centralis.
320. Tenebræ ſunt defectus corpuſculorum ſolarium in aere.
321. Tenebræ manu tangibiles.
322. Luminis effluvia ſemper nobis præſentia ſunt.
323. Albumaſar & Hippocrates de lumine noctis.
324. Ignem in Aere circumvagari teſtantur ſequentia.
325. Aeris corpus diaphnum.
326. Caloris neceſſitas.
327. Attritio ſilicis & chalybis.
328. Quomodo ignis ex ſilice reſultet?
329. Aeris probatio artificialis.
330. Reſolutio vaporum aquoſorum artificialis.
331. Vacui fuga manifeſtiſſima.
332. Caloris tranſitus per vitrum.
333. Spiritus Dei fotu ſuperiores aquæ lacteæ factæ ſunt.
334. Spiritus animalis lac luminoſum ex aquis ſupracœleſtibus.
335. Humidum radicale & calor nativus cœlitus deſcendunt.
336. Cœleſtis cibi ad vitam neceſſitas.
337. Senectutis cauſa.
338. Spiritus univerſalis fovens mundi cœleſtis.
339. Anima mundi Platonis.
340. Omnia ex Ovo.
341. Prima mundi facies ovum repræſentans.
342. Motus Cœli coſmicus quando inceperit.

Sectio III.

343. Lux primæva eſt cœlum ſtellarum fixarum igneum.
344. Lucis ſphæra ſupra aquas ſupracœleſtes ſita eſt.
345. Lumen eſt primus Deitatis ſplendor in natura.
346. Quare Deus Lucis ſphæram certis vorticibus diſtinxerit.
347. Sine diſtinctis vorticibus cœlum igneum non tam virtuoſum eſſet.
348. Vortices cœli ſunt velut æs fuſum.
349. Quomodo effluvia à ſideribus ad terram pertingant.
350. Non ſine maxima cauſa tanta vorticum cœli multitudo & diverſitas.
351. Sigilla & Characteres Cœli inferiora determinant.
352. Quale fuerit Lumen Lucis primævæ.
353. Lumen potius informationis non illuſtrationis.
354. Figura ignis rotunda circularis.
355. Ignis eſt primum mobile.
356. Ignis in locum ſpiritus incubantis ſucceſſit.
357. Propterea ignis in locum ſpiritus incubantis ſucceſſit.
358. Duplex motus lucis circularis & rectus.
359. Motus ignis rectus declaratur.
360. Ignis in naturæ regno ubiq; præſens.
361. Stellarum fixarum extima ſuperficies flammea.
362. Aurea Græcorum mundi ſuperficies.
363. Via lactea unde exorta ſit?
364. Philoſophorum opiniones de via lactea.
365. Superficies mundi ignea ſecundum Platonem.
366. Stellæ fixæ ſupremæ ſecundum Ægyptios.
367. Syſtema Mundi Ægyptiorum.

Sectio IV.

368. Lucem primævam ſtatim perfectam fuiſſe & exornatam.
369. Ex ſphæra in æternum ignem locata omnis naturalis bonitas.
370. Duo in natura ſuprema unum & bonum.
371. Naturalis rerum felicitas in quo conſiſtat?
372. Bonitas quid ſit?
373. Lucis felicitas eſt in ſuo eſſe quod accepit à Deo.
374. Lux ſimulacrum Dei.
375. Duo ſunt corpora cœleſtia lucida & tenebricoſa.
376. Maculæ Lunæ unde exoriantur.
377. Lucis & tenebrarum effectus in æſtate & hyeme.
378. Duo ſunt cœlitus advenientia.

379. Experimentum eſſentialis caloris & frigoris.
380. Corpora non niſi ſubtiliſſima poſſunt pertranſire vitra.
381. Cœleſtia corpora penetrant vitra.
382. Duplicia ſunt ſubtiliſſima corpora.
383. An frigus cœleſte nocere poſſit?
384. Tempeſtatum viciſſitudines quare?
385. Lux & ſpiritus cœli omnia fovent.
386. Quare Ecclypticæ obliquitas.
387. Motus naturæ poſt ſolſtitia.
388. Frigus cœleſte non oppoſitum eſt calori.
389. Calor & frigus cœleſte debent aſſociari.
390. Quomodo aquæ congelentur.

Sectio V.

391. Lux non eſt cauſa temporis formalis.
392. Lux non eſt diei principium.
393. Primi mobilis motus ante lucem à fotu ſpiritus Divini.
394. Quando Dies inceperit?
395. A Meridie & in Angulo medii cœli facta eſt lux.
396. Lux poſt ſextam diei horam creata eſt.
397. Septimus numerus quare antiquis ſacer fuerit.
398. Quare Judæi non à Meridie diem incipiant?
399. Lux primæva non fecit diem in Terra.
400. Quomodo factus fuerit dies?
401. Terra Organon temporis eſt.

Caput II. Sectio I.

402. Prima naturæ exornatio.
403. Aer ex aquis expanſus.
404. Mediæ naturæ eſt inter aquas duplices.
405. Aer quid ſit?
406. Firmamentum quare vocetur Aer:
407. Aer firmat inter meteora.
408. Quare Deus animantia inter aquarum ſphæram collocarit.
409. Natura aquarum ſupracœleſtium explicatur.
410. Cœlum fæcunditatis ſcaturigo eſt.
411. Panis & vinum à Deo ſingulariter benedicta ſunt.
412. Locum inter utraſque aquas occupat Aer.
413. Aer undiquaq; homogeneus eſt usq; ad ſuperiora ſidera.
414. Nulla in Cœlo quinta eſſentia.
415. An in aere contenta ejus naturam varient?
416. Negativa defenditur.
417. Vapores non mutant Aerem.
418. Aer facillime purificatur.
419. Quare Aer ſemper vaporoſus.
420. Qualis Media Aeris regio.
421. Quare ſupremum Aerem igneum putarint Philoſophi.
422. Quare ſuprema montium cacumina inhabitabilia ſint?
423. Quare loca ſub Polaria inhabitabilia ſint?
424. Quare Aeris natura non ſit ignea aut ſiderea?
425. Qualis fuerit Aquarum infracœleſtium primæva natura?
426. Maris motus unde?
427. Mare quando non ſalſum fuerit.

Sectio

428. Verbum יעש fecit, denotat expanſionem aquarum.
429. Expanſum pro loco Planetarum & omnium corporum mutabilium.
430. Nulla Sphærarum Cœli ſoliditas.
431. Namque eſſent plurima expanſa numeranda.
432. Planetæ naturali ſimplici motu rotantur.
433. Non datur duplex in cœlo motus.
434. Quare Saturnus motum retardet?
435. Aer eſt amphitheatrum omnis mutationis.
436. Aer omnia reſolvit.
437. Simplicia diutius aerem ſuſtinere poſſunt.
438. Aer omnibus rebus mixtis & compoſitis inſervit.
439. Quomodo meteora ignita generentur?
440. Quomodo fertilitas terræ oriatur?
441. Exemplum cum ſpiritus vini deſtillatione.
442. Spirituum generatio in humano corpore quomodo fiat.
443. Aer mediam inter utrasque Aquas ſubſtantiam tenet.
444. Aer comprimi poteſt, Aqua verò non.
445. Inferiores aquę longè ignobiliores ſuperioribus.
446. Quomodo inferiores aquæ ſurſum eleventur?
447. Quomodo ſuperiores Aquæ deſcendant?
448. Quomodo ſuprema lux ſupracœleſtes aquas in nos derivet?
449. Quomodo cœleſtia corpora iterum aſcendant?
450. Elementa non magnetica virtute moventur.
451. Aquæ ſupracœleſtes à divino fotu vivificatæ.
452. De ſpiritu nativo plaſtico opiniones.
453. Ariſtoteles.
454. Galenus.
455. Spiritus vitalis plaſticus ex aquis ſupracœleſtibus.
456. Humidum radicale terrenorum omnes vires ſuperat.
457. Occultus vitæ cibus.
458. Spiritus vitalis manifeſtus in generatione & corruptione.
459. Supracœleſtium aquarum manifeſti effectus in generatione.
460. Evaneſcens ſpiritus vitalis.
461. Mors naturalis.
462. Mors violenta.
463. Differentia inter ſpiritum animalem & animam ſpiritualem.
464. Unde Metempſychoſis Pythagorę ortũ duxerit?
465. Quomodo brutorum corpora ad ſidera exhalent
466. Ideæ à Deo, non à Cœlo dependent.

Sectio III.

467. Cœli nomen denotat duplices aquas.
468. Expanſum quare vocatum ſit Cœlum?
469. Aerem eſſe Cœlum vel expanſum probatur.
470. Cœli virtutes ex Philoſophis explicantur.
471. Cœlum eſt Animal apud Philoſophos.
472. Græcorum fabulæ de Cœlo, Dei providentiam declarant.
473. Saturnus.
474. Jupiter.
475. Parcæ.
476. Neptunus.
477. Pluto.
478. Veſtæ & veſtales virgines

Caput III. Sectio I.

479. Tota Cœli & Terræ moles primæva non receſſit ad inviſibile punctum.
480. Quomodo Terra vel arida extracta fuerit?
481. Aquæ extra aridam congregatæ fuerunt.

T 482. Maria

482. Maria duplicia cœleſtia & terreſtria.
483. Aquarum collectio in firmamento.
484. Terra in Centro ut ſit baſis rerum.
485. Multum aquoſæ materiæ manſit in terra.
486. Hyle vel Chaos Hebræorum.
487. Sidera quarto die formata ſunt corpora humida.
488. Manſit in medio terra tenebricoſa.
489. Terra fuit prima rerum materia.
490. Quomodo Deus aridam fecerit Terram?
491. Sulphuris terreſtris vires.
492. Variæ terrarum ſpecies.
493. Terra Adamitica limus Damaſcenus.
494. Arboris vitæ gleba.
495. Paradyſus locus fertiliſſimus.
496. An nusquã amplius terra, Paradyſiaca reperiatur.
497. Solis Balſamum.
498. Aurum ex arena creſcens.
499. Quinta medicinalis eſſentia in Auro.
500. Paradyſiaca terra pro immortalitate hominum nullibi reperitur.
501. An Metalla in creatione producta ſint?
502. An vero in mineralibus floruerint.
503. Prioris ſententiæ defenſio.
504. Plantæ participant de minerarum virtutibus.
505. Arbores in Metalla degenerant.
506. Omnia ſubordinata ſunt.
507. Aquæ terra ſuperiores adhucdum ſunt.
508. Aquarum corpus terreno nobilius eſt.
509. De humiditate deliria.
510. An inſulæ primitùs extiterint.
511. Atlantis ſubmerſa inſula.
512. Eadem fuit facies terræ in ante diluuianis temporibus ac poſtea.
513. America cognita fuit.
514. Contiguitas Terræ in profundo maris.
515. Montium concatenationes.
516. Cruſta terreſtris miraculoſa.

Sectio II.

517. Terra à terendo dicta.
518. Quid ſit Terra?
519. Terra jam fœcundata eſt.
520. An terra moveatur?
521. Thaletis opinio.
522. Niceæ ſiracuſani opinio.
523. Cleantis ſamii ſententia.
524. Philolai motus Terræ.
525. Heraclidis & Ecphanti rotatio Terræ.
526. Platonis declaratio.
527. Neotericorum introductio.
528. Joh. Bapt. Ricciolus Soc. Jeſu.
529. An aquarum fluxus terræ motum neceſſitet?
530. Sacræ ſcripturæ teſtimonium.
531. Quare aquæ moveantur?
532. Ex aquarum motu ſequitur potius terram quieſcere.
533. Motus & quies ſunt relata.
534. Deliquia naturæ à primo mobili ad immobile.
535. Maria quare in Plurali numero appellentur hoc loco.
536. Planetarum corpora non arida ſed fluida.
537. Xenophanis opinio.
538. Luna an inhabitabilis ſit?
539. An Planetæ ignea ſidera ſint?
540. Mare terreſtre quid ſit?
541. Maris motus unde?
542. Maris motus à primo mobili.
543. Quare fluxus & refluxus Maris?
544. Motus maris ſemeſtris.
545. Semimenſtruus itemq; menſtruus fluxis maris.
546. Repercuſſio Maris etiam veteribus nota.
547. Saraceni teſte Adelando.
548. Baronis de Verulamio explicatio.
549. De Maris fluxu Joh Fr. Pici Mirandulani relatio.
550. Philoſophorum opiniones de maris ſalſedine.
551. Anaximander.
552. Anaxagoras.
553. Antiphon Methrodorus.
554. Xenophanes.

Sectio III.

555. Dionyſius Areopagita.
556. Terra propria virtute nil germinat.
557. Divina virtus operoſa in Plantis.
558. Plantæ ubivis locorum reperiuntur.
559. Omnia compoſita plus ex Cœli quam terræ corporibus conſtant.
560. Plantæ aliæ in locis Soli expoſitis creſcunt.
561. Aliæ in locis frigidis opacis.
562. Plantæ ante Planetarum creationem quomodo ſervatæ?
563. Ideæ Plantarum ante Planetarum creationem ipſis conſimiles.
564. Influxus Sphæræ nonæ in Plantas.
565. Hyemali tempore etiam Plantæ parturiunt.
566. Virtus Plantarum in radice.
567. Solis influxus neceſſitas in Plantis.
568. Ecclypticæ obliquitas in Plantis notabilis.
569. Duplices Plantæ ſativæ & ſylveſtres.
570. An dentur herbæ ſativæ nullibi ſponte excreſcentes
571. Omnes herbæ certis in locis voluntariæ.
572. Paradyſi cultura Adamo commiſſa.
573. Quomodo Plantæ ſemen ferant?
574. Plantæ ſteriles plerumq; in radice parturiunt.
575. Filix & Salix ex radice pullulant.
576. Plantæ Phœnicis ortu revireſcentes.
577. Lignum quomodo omne fructuoſum ſit?
578. Ligna Reſinoſa.
579. Utilitas Lignorum ex floribus & fructibus.
580. Semen Arborum in radice.
581. In trunco arborum ſemen.
582. In ramis & oculis.
583. Semen multiplex in una arbore.
584. Quænam ſit Plantarum ſpecies?
585. Plantæ cum Planetis analogiam habent.
586. Solares Plantæ.
587. Plantæ à Cœlo nutriuntur.
588. Vitis inter ſaxa excreſcit.
589. Arbores ex de-aſtatis arcibus excreſcunt.
590. Quomodo Plantæ è Cœlo nutriantur.
591. Semina per avium excrementa proſtrata.
592. Plantæ exhibent oleum ſidereum.
593. Sal ſidereum ex ..antis.
594. Plantæ venenatæ homini contrariæ.
595. Saturninæ & Lunares.
596. Plantarum vulgo formæ materiales ex qua materia conſtent?

597. Nu-

597. Nutritio hominis ex Plantis indicat ſiderum ſpiritum ipſis ineſſe.
598. Plantarum vita irreducibilis indicat ipſis cœli ſpiritum ineſſe.
599. Varietas Plantarum mirabilis.
600. Saturninæ Plantæ quales ſint?
601. Joviales Plantæ.
602. Martiales Plantæ.
603. Solares Plantæ.
604. Venereæ Plantæ.
605. Mercuriales Plantæ.
606. Lunares Plantæ.

Sectio IV.

607. Exornatio horti terreſtris.
608. Unde rerum varietas oriatur & conſervetur.
609. Septem Planetarum corpora omnium mutationum cauſæ ſunt.
610. Loca Solaria.
611. Loca Saturnina.
612. Jovialia loca & Martialia.
613. Solaria Venerea & Mercurialia.
614. Lunaria loca.
615. Saturninæ Plantæ quænam ſint?
616. Joviales Plantæ quænam ſint?
617. Martiales Plantæ.
618. Solares.
619. Venereæ.
620. Mercuriales.
621. Lunares.
622. Plantæ ex pluribus conſtellationibus.

Caput IV. Sectio I.

623. Maris in firmamentum repoſiti diviſio.
624. Planetæ præter Solem ſunt ſidera opaca.
625. Planetæ etiam ex aqua & terra conſtant.
626. Diſtributio in Planetas aquoſos & terreſtres.
627. Solis corpus ex omnibus æquale.
628. Pyramides cœleſtes.
629. Pyramis aquarum deſcendens.
630. Linea æqualitatis Solis.
631. Pyramis terræ aſcendens.
632. Tria cœlitus ad nos deſcendunt.
633. Aquoſa Jovialia & Saturnina.
634. Quomodo fiat glacies.
635. Frigoris experimentum.
636. Speculum Fluddianum frigoris effectum præſentans.
637. Liquor ex halitu hominis coagulatus.
638. Frigoris effectus in Gangræna notabiles.
639. Balſamum Solis, vitæ pabulum.
640. Solares Plantæ oleaginoſæ.
641. Aurum ex Balſamo ſolari excreſcit.
642. Aurum ex ſilicibus creſcens.
643. Silices ſolis radiis calcinati.
644. Sanguis Leonis.
645. Sal ſiderum ex Nive.
646. Ex flore & pruina.
647. Ex ſpiritu aeris coagulato.
648. Ex urina hominis.
649. Ex nitro & omnibus Meteoris.
650. Planetarum non eſt munus principale ut luceant.
651. Sed ut illuminent terram.
652. Luminare quid ſit?
653. Lumen eſt ſubſtantia.
654. Luminaria antiquorum.
655. Ellychnia incombuſtibilia.
656. Oleum perpetuum.
657. Sol eſt lampas perpetua.
658. Luminarium Cœli definitio.
659. An Planetæ ex primæva luce producti ſint?
660. Negativa defenditur.
661. Quando dies in terra plane exortus fuerit?
662. A meridie diei principium.
663. Ubi Lux in creatione primò apparuerit?
664. Quo ſub ſigno ſol creatus fuerit?
665. Sol in Leone creatus.
666. Macrobii ſententia.
667. Paradyſus ſub Leone.
668. Wilhelmi Poſtelli relatiò.
669. Adamus ſub Leone natus & ſepultus.
670. Nimrodica civitas Babylon ſub Leone.
671. Abrahami ſepulchrum.
672. Dies quid ſit?
673. Unde dies dicatur?
674. Luminis diurni pulchritudò.
675. Lumen Deitatis exemplar.
676. Phœnicum opinio de lumine.
677. Angeli lucis ſpiritus.
678. Deus in luce apparuit.
679. Diabolus in tenebris obambulat.
680. Dæmonum varietates ex Pſello.
681. Dæmones Solem & Ignem fugiunt.
682. Dæmones magis verſus mundi Polos habitant.
683. Quare Dæmon magis in tenebris vagetur?
684. Sol Thronus altiſſimi.
685. Plato de lumine pulcherrime diſſerit.
686. Sacrificia ex Igne.
687. Cœlites conſervant ignem.
688. Luminoſa corpora ſalutaria.
689. Tenebricoſa noxia.
690. Unde contrarietas in natura.
691. Temporis definitio Philoſophorum.
692. Platonis ſententia de tempore.
693. Tempus ſaturno à veteribus attributum.
694. Serpens Hieroglyph. temporis.
695. Falx temporum Hierogl. & Stellæ.
696. Horæ unde nomen acceperint?
697. Ab Horo Rege Ægyptiorum.
698. Cynocephalus eſt antiquorum hora.
699. Clepſydræ antiquiſſimæ cum aqua factæ.
700. Serapidis animal pro horis numerandis.
701. Septimana unde?
702. Quare dies ſeptimanæ non obſervent ordinem cœleſtem.
703. Explicatur per figuram.
704. Horæ Planetarum.
705. Dies creationis primus ſolis.
706. Prima hora creati ſolis fuit ſolis hora.
707. Quare Judæi à nocte diem incipiant?
708. A Planetarum horis ſortiti ſunt dies ſua nomina.
709. Tabulæ horarum explicatio.
710. Dies & horæ Planetarum nullum effectum præſtant.
711. Hierarchiæ Planetarum nunquam ſolidè probatæ fuerunt.
712. Horarum diviſio reſervatur adhuc.

713. Quomodo ſidera dividant diem & noctem.
714. Quare nox à die diſtincta, cui uſui?
715. An Luna proprio lumine in principio gaudens obſcurata fuerit.
716. Solis Maculæ.
717. Sidera nigra in Auſtro, & ſidera nova.
718. An creaturæ à perfectione primæva receſſerint?
719. Argumenta à Divina conſervatione ſumpta.
720. A naturali rerum felicitate.
721. Circulus eſſentiæ creaturarum eſt à Deo in Deum.
722. Propterea ab alia non deſtrui poſſunt.
723. Sidera nunquam fuerunt mutata.
724. Multa non ſunt nova, ſed neglecta.
725. Signum interdum portentum.
726. Signum quid ſit? & quotuplex?
727. Sidera ſunt ſimul ſigna & cauſæ.
728. Sidera ſunt vaſtiſſima corpora.
729. Cùm ſint in ſigna & tempora: neceſſariò movebuntur.
730. Motis tam vaſtiſſimis corporibus inferiora ſuccedent.
731. Influentiæ ſiderum quales.
732. Influxus materiæ cœleſtis parit ſenſiles effectus.
733. Qualitates ſenſiles in ſenſibus tantùm exiſtunt, ſed à parte rei nihil ſunt.
734. Saturnus aquoſus in ſenſibus frigidus.
735. Jupiter Aquoſo-temperatus.
736. Mars aquoſo-Igneus urens.
737. Sol temperatus Balſamum naturæ.
738. Venus fertilitatis fermentum Salino-Balſamicum.
739. Mercurius temperatus ſalino volatilis.
740. Luna fermento ſalino turgida velut terra cœleſtis.
741. Signa à Planetis dependentia.
742. Saturnus quid deſignet.
743. Peſtis futura.
744. Peſtis Anno 1666. ad Rheni & Mœni flumina furens.
745. Jupiter quid deſignet, bona vel mala.
746. Martis ſigna.
747. Solis ſigna.
748. Veneris ſigna.
749. Mercurii ſigna.
750. Lunæ ſigna.
751. Quid ſigna hæc in humano corpore efficiant?
752. Aſtrologorum vanitas circa voluntatem & mentem hominis.
753. Nulla in Cœlo quinta eſſentia.
754. Sed materialia effluvia in corpus humanum agentia.
755. Quomodo facultates hominis afficiantur.
756. Tres in homine principes facultates.
757. Rationalis cognoſcens facultas indirectè afficitur.
758. Senſitiva cognoſcens facultas quomodo afficiatur?
759. Æſtimativa facultas afficitur à ſideribus.
760. Imaginativa, vel ſenſus communis afficitur cœlitùs.
761. Senſus omnes afficiuntur.
762. Naturalis cognoſcens facultas quomodo afficiatur?
763. Nulla datur antipathia.
764. An cibi ſint ſympathiæ, vel antipathiæ qualitatibus imbuti.
765. Humana caro homini noxia.
766. Congruentia ciborum cum animalibus.
767. Probatur Schemate.
768. Omne nimium naturæ inimicum juxta Hippocratem.
769. Effluvia cœleſtia non per ſe maligna aut lethalia ſunt.
770. Quomodo effluvia ſiderum nocere poſſint?
771. Quare interdum aliquis reformidet feles, mures &c.
772. Quomodo Memoria vel retinens facultas afficiatur.
773. Duo officia Memoriæ 1. appetitum inſtruere 2. formare membra corporis.
774. Ariſtoteles tabulam raſam vocavit intellectum.
775. Nulla eſt recenter natis in memoria notitia præteritorum.
776. Sed naturalis notitia à mente dependet.
777. Artificialis Memoria.
778. Ingeniorum varietates per plagas terræ.
779. Altera memoriæ facultas formare membra corporis.
780. Formationis membrorum humanorum ortus, & ordo.
781. Facultas animæ movens qualis & quotuplex?
782. Facultatis concupiſcibilis paſſiones ſimplices, & mixtæ.
783. Facultatis iraſcibilis paſſiones ſimplices.
784. Paſſiones à temperamento, & ſiderum curſu dependent.
785. Temperamentum Maris.
786. Temperamentum fœminæ.
787. Paſſiones ſæpius Animæ contrariantur.
788. Pugna Animæ cum paſſionibus à Platone expoſita.
789. Affectuum ſedes in Corde ſecundùm Platonem.
790. Facultas movens ſenſitiva etiam afficitur.
791. Facultas movens naturalis qualis, & quotuplex.
792. Libera naturalis movens facultas.
793. Signa caloris vegeti, & igneæ naturæ.
794. Signa aquei temperamenti.
795. Sexûs formatio à ſideribus afficitur.
796. Senſuum formatio cœleſti aurâ adjuvatur.
797. Illibera naturalis movens facultas duplex.
798. Mores unde proveniant?
799. Formatio membrorum corporis à ſideribus afficitur.
800. Omnia corporea à cœleſtibus virtutibus reguntur.
801. Sola anima, & intellectus ab omni in curſu naturæ liber eſt.
802. Commercium animæ cum corpore.
803. Inobedientia corporis & bellum cum anima.
804. Sidera ad æternitatis exemplar efficiunt tempus.
805. Temporis origo à ſideribus.
806. Prima temporis diviſio in vigilias.
807. Diviſio diei in horas, puncta minuta, oſtenta &c.

808. Col.

808. Collectio dierum & ſeptimanarum in Menſes.
809. Ex Menſibus duodecim Solaris periodus Annua conſtituta.
810. Hominũ incurioſitas certã mundi Æra neglexit.
811. Chronologorum diſſenſiones de Æra mundi recenſentur.

Sectio II.

812. Quænam corpora recipiant lucem, ut exinde in oculis reſplendeat.
813. quare Vitrum pellucidum ſit?
814. Quare Vitrum tam fragile ſit?
815. Tria lucis reſpectu ſunt in natura corpora lucens, lucidum, & opacum.
816. Aquæ quomodo ſint lucidæ.
817. Glacies quomodo lucida.
818. Stagnantes aquæ opacæ.
819. Aer nunquam omnimodâ luce deſtitutus.
820. Cimmeriæ & palpabiles tenebræ quomodo oriri poſſint?
821. Aer luminoſus ſalubris.
822. Quare nocturnus Aer inſalubris.
823. Aer in ſubpolaribus regionibus ſpiſſâ ſalſedine mordax.
824. Terræ illuminatio eſt fotus trium regnorum.
825. Diverſitas regionum ſub Ecclyptica & ſub Polis.
826. Pulificus calor temperatus.
827 Quare non omnis ferat omnia tellus.
828. Non eadem ubique terrarum felicitas.
829. Nonnulla ex Ophir ſunt adferenda.

Sectio III.

830. Sol Luminare magnum.
831. Luna Luminare magnum.
832. Sol in Medio Cœli Planetarum velut fons ignis, & virtutis.
833. Sidera quæ Solis ſignaturam ferunt ignea ſunt, & vigoroſa.
834. Animalia Solaria diurna.
835. Saturnina & Lunaria nocturna.
836. Diverſitas Solis, & Lunæ.
837. Ptolomæi explicatio contrarietatis ☉ & ☽
838. De Lunæ eſſentia, & corpore variæ antiquorum opiniones.
839. Luna eſt ſidus terreſtre ſolidum.
840. Luna ex obſervationibus apparet terreſtris.
841. Luna ex ſitû cœleſti craſſa, & terreſtris eſt.
842. Quare Aer Luna inferior tamen ſubtilior.
843. Quare Luna ſolida & denſa appareat.
844. Quare Luna ſit aquoſitatis domina, cùm terreſtris ſit?
845. An Maris motus à Luna exoriatur?
846. Sol æſtus maris formale principium.
847. An exhalationes è terra, & Mari ad Lunam perveniant?
848. Montium cacumina à meteoris libera.
849. An Planetæ in creatione proprium lumen acquiſierint?
850. Planetæ conſtant ex tribus principiis Elementaribus.
851. Sol æquali mixturâ velut aurum conſtat.
852. Quare Mars furens?
853. Et Venus fertilis?
854. Quare Jupiter, & Mercurius luce pallidi?
855. Quare ♄ & ☽ noceant?
856. Niſi ſenſuum organa creata fuiſſent, Sol nunquam luminare magnum fuiſſet.
857. Saturnus aquoſus eſt.
858. Saturni nomen.
859. Ptolomæus de Saturno.
860. Quare frigus à ſenſibus percipiatur?
861. Siccitas Saturni qualis ſit?
862. Cardanus de Saturno.
863. Saturnum ſidus aquoſum eſſe probatur.
864. Ex Analogia cum aqua noſtra inferiore.
865. Aquarum noſtrarum frigiditas manifeſta.
866. Frigus non oritur ex terra.
867. Neque à Mari.
868. Neque ex Aere.
869. Neq; ex Luna, & reliquis quinq; Planetis.
870. Ergo ex Saturno.
871. Neq; aquæ ſupracœleſtes ſenſibiliter afficiunt.
872. Neq; ſtellæ ſupremæ frigidæ ſunt.
873. Saturnus omnium conſenſu frigidus, & aqueus.
874. Frigus quid ſit?
875. Frigus à Saturno eſſe, evincit, quod.
876. Frigus omnia penetret.
877. Saturno pervigili frigus augeatur, &c.
878. Saturno verticali intenſum frigus eſt.
879. Solutio glaciei, frigoris ſubtiliſſimam eſſentiam oſtendit.
880. Cryſtallum Saturni eſſentiam manifeſtat.
881. Frigus viſibile in rore, nive, & grandine.
882 In ſudore parietum remittente frigore.
883. Saturni facies in locis frigidis.
884. Jupiter temperatus.
885. Jovis nomen.
886. Cardanus de Jove.
887. Jovis ſidus ſalubre ex temperatura.
888. Jovis ſalutares effectus.
889. Mel Joviale.
890. Mars igneo Aromaticus.
891. Martis ſtella rutila.
892 Sulphuris ſpecies.
893. Martiale ſulphur bituminoſum.
894. Martiale venenum in cane rabido.
895. Canis Marti ſacer.
896. Rabies, & Lycanthropia.
897. Sol ſidus temperatiſſimum.
898. Epicuri ſententia de Sole.
899. Cardani relatio.
900. Philoſophorum ſententiæ de Sole.
901. Phœnices, & Ægyptii de Sole.
902. Anaxagoras, & Euripides, & Aurea gleba Solis.
903. Subſtantiæ rerum quales?
904. Venus ſulphureo ſalino corpore conſtans.
905. Venus Acidalia.
906. Sal Ægyptiis prohibitum fuit.
907. Salis uſus ad ſalacitatem.
908. Delectationes humanæ variæ ſunt.
909. Venerei homines.
910. Animalia venerea.
911. Veneris currum trahunt paſſeres.
912. Galieni Auguſti votum ad ſponſos.
913. Mercurius ſalino temperatus.
914. Mercurius fere à Sole ſemper combuſtus.
915. Nitri Aerei cum Sole tranſitus ex plaga ſeptentrionali.

916. Spiritus univerſi vulgò.
917. Salis Mercurialis effectus.
918. Luna ſalino terreſtris.
919. Lunaria effluvia qualia ſint?
920. Lunæ mutationes notabiles.
921. Ariſtoteles de Luna.
922. Quare Luna humectet ſecund. Ptolomeum.
923. Quare à Luna putredines oriantur?
924. Sal Lunare corpora ad putredinem promovens.
925. Fuge Lilit Hebræorum.
926. Lunares influentiæ interdum corroborant.
927. Occultus vitæ cibus in rore.
928. Summa noſtræ Aſtrologiæ.
929. Planetarum influentiæ quales ſint?
930. Reliqua in Aſtrologia vana ſunt.
931. Tria cognitionis humanæ principia.
932. Concluſio contra vanam Aſtrologiam.
933. Aſtrologia rejecta à ſanctis ſcriptoribus.
934. Relegata ab antiquis Patribus.
935. Repudiata à Philoſophis.
936. Suppoſititiis ſcriptis ſemper fundata fuit.
937. Zoroaſter probus, non Magus Diabolicus.
938. Libri ſuppoſititii, Ariſtotelis, Platonis, Ovidii D. Thomæ, Ptolomæi, Alberti & Hippocratis.
939. Veritatis hiſtoricæ fundamenta.
940. Veritas ſolis imago.
941. Quomodo ſidera facta ſint?
942. Quomodo effluvia ad ſphæras revertantur?
943. Materia ſiderum ſupremorum qualis?
944. Homogenea eſt omnis materia ſiderum ſupremorum.
945. Motus ſiderum ſupremorum uniformis.
946. Lucis ſupremorum ſiderum æqualitas.
947. Effectus ſiderum æquales.
948. Quare ſidus Leonis calidius ſit reliquis?
949. Planetarum corpora non ſolida ſed fluida.
950. Planetæ non ex quinta eſſentia conſtant.
951. Eſſentia ſiderum neque ſenſibus neque electione prædita eſt.
952. Sidera ab Angelis moveri nonnulli exiſtimant.
953. Planetarum corpora ex igne Aqua & Terra conſtant.
954. Duplicium aquarum differentia.
955. Planetarum vires.
956. Solis univerſalis virtus.
957. Panacæa ex Sole.
958. Fermentum univerſale.
959. Sol Macro & Microcoſmi.
960. Lunæ effectus.
961. Roris eſſentia mirabilis virtutis.

Caput V. Sectio I.

962. Creationis ordo à ſimplicibus ad animata ſimpliciora.
963. Quare Piſces jejuniorum tempore permiſſi fuerint?
964. Ordo ciborum apud Ægyptios.
965. Cœleſtium & inferiorum aquarum concurſus in piſcibus.
966. Piſces Animabus ſacri.
967. Piſcium ſubſtantia ex quo conſtet.
968. Quomodo piſces ex aquis creati fuerint?
969. Vita piſcium qualis?
970. Ex ſideribus influit.
971. Occultæ animantium formæ manifeſtæ fiunt.
972 Ideæ rerum Divinæ ſunt.
973. Vita eſt recreatio in mundo.
974. Vita ab organis & ſiderum influxu dependet.
975. Vita quid ſit?
976. Planetæ ſunt animantium vitæ primaria cauſa.
977. Aves quænam vocentur.
978. Hirundines hyemali tempore in aquis degunt,
979. Anſer Clakis ex ligni & mari naſcitur.
980. Aves omnes in terra habitant.
981. Aves in inferiori aeris regione volitant.
982. An in ſuprema aeris regione aves reperiantur?

Sectio II.

983. Verbum ברא mirabilem productionem denotat.
984. Eneph Deus creator Ægyptiorum.
985. In ore ovum tenens & excernens.
986. Monſtra maris maxima.
987. Orthragoriſcus.
988. Orca.
989. Pſyſeter.
990. Cetus.
991. Balena.
992. Sperma Ceti.
993. Omnia quæ in aquis degunt quinto die producta ſunt.
994. Quare piſces exterioribus membris deſtituti?
995. Piſces foſſiles & ſaxatiles dantur.
996. Piſces in Terram gradientes.
997. Dentes piſcium quales ſint?
998. Lingua piſcium qualis?
999. Branchiæ piſcium quales?
1000. Uſus Branchiarum piſcium?
1001. Non ut iisdem reſpirent.
1002. Cauſa deliquii & mortis piſcium in occluſis cameris.
1003. Branchiæ cor per aquam refrigerant,
1004. Quot Branchias habeant piſces.
1005. An piſces habeant pulmones?
1006. Piſces ſenſibus præditi ſunt.
1007. Piſces audiunt.
1008. Piſces olfaciunt.
1009. Piſces deguſtant cibos.
1010. Piſces dormiunt.
1011. Piſces Sonitus edunt.
1012. Piſces mammas & lac habent.
1013. Lac Balenæ copioſiſſimum.
1014. Ventriculus piſcium qualis?
1015. Piſces comedunt conchas & piſces.
1016. Homo in piſcis ventriculo repertus.
1017. Cor piſcium quale?
1018. Unde pulſifica virtus piſcium?
1019. Cœli virtus movet corda piſcium.
1020. Piſces pinguibus veſcuntur.
1021. Hepar piſcium.
1022. Viſcera piſcium cohærentia quare?
1023. Membra genitalia piſcium.
1024. Duplex partus piſcium naturalis.

1025. Piſces ex ovis generantur.
1026. An exterius vel interius ova fœcunda fiant?
1027. Congreſſus piſcium Venereus.
1028. Pinnæ piſcium quot & quales.
1029. Species piſcium Unde.
1030. Saturnini piſces.
1031. Anguillæ generatio mirabilis.
1032. Joviales piſces.
1033. Salmonis piſcis hiſtoria.
1034. Martiales piſces.
1035. Solares piſces.
1036. Venerei piſces.
1037. Mercuriales piſces.
1038. Lunares piſces.
1039. Quid Avis ſit? Ex Ariſtotele.
1040. Oculi avium.
1041. Aures avium.
1042. Odoratus avium acutiſſimus.
1043. Guſtus avium.
1044. Tactus avium.
1045. Lingua avium.
1046. Jyngis avis lingua ſerpenti formis.
1047. Aves vocales latis linguis præditæ.
1048. Pulmo avium.
1049. Cor avium.
1050. Aves renibus & veſica deſtitutæ ſunt.
1051. Ungues avium.
1052. Pennæ avium.
1053. Colores pennarum Unde?
1054. Quare aves in ſeptentrione albæ reperiantur?
1055. Pennarum mutatio per tempora & ætatem.
1056. Aves certis Planetis ſubjectæ ſunt.
1057. Saturninæ aves ſolaribus contrariæ.
1058. Solarium avium cum ſole harmonia.
1059. Quænam ſint aves Saturninæ.
1060. Bubo.
1061. Noctua.
1062. Noctuam de die infeſtant omnes minores aves.
1063. Nycticorax.
1064. Veſpertilio.
1065. An avis an vero Mus ſit?
1066. Saturninarum avium proprietas.
1067. Quænam ſint Joviales aves?
1068. Ciconiarum ſpecies.
1069. Ciconiæ pietas erga parentes.
1070. Ibis.
1071. Clyſterum uſum monſtravit Ibis.
1072. Baſiliſcus ex Ibide.
1073. Crocodilus torpeſcit penna Ibidis.
1074. Grus & ejus prudentia.
1075. Hirundo & ejus ſagacitas.
1076. Nidus hirundinis ad tumores ſalutaris.
1077. Jovialium avium pietas & integritas.
1078. Martiales aves quales ſint?
1079. Falconum ſpecies, decem nobilium.
1080 Tres ignobilium Falconum ſpecies.
1081. Duæ poſtremæ falconum ſpecies.
1082. Accipiter.
1083. Decem ſpecies Accipitrum.
1084. Accipiter tribus teſticulis fœcundus.
1085. Oſſa accipitris aurum attrahunt.
1086. Accipiter ſolo ſanguine ſitim extinguit.
1087. Patronum animæ poſt mortem in Accipitrum corpora migrantes.
1088. Corvus.
1089. Corvus crudelis in pullos & ova ſua.
1090. Corvus vulpi amicus,
1091 Tauro & Aſino inimicus.
1092. Corvus in æſtate diarrhæa laborat.
1093. Cornix annoſa avis.
1094. Cornicis bellum cum noctua.
1095. Cornicis matrimonium admirabile.
1096. Cornix inquietudinis ſymbolum.
1097. Milvius à ſacrificiis abſtinet.
1098. Ars navigandi à Milvio reperta.
1099. Vultur.
1100. Vulturum genera.
1101. Vultures omnes fœmellas eſſe.
1102. Annua fœtatio Vulturis.
1103. Annus Ægyptiorum.
1104. Vultur concipit à Vento.
1105. De Vulturis generatione S. Patres teſtes.
1106. Vultur quare ſub Marte?
1107. Solares aves quales.
1108. Aquilæ excellentia.
1109. Quænam ſint Solares aves?
1110. Venereæ Aves quales?
1111. Perdicis ſalacitas.
1112. Venereæ aves morbis ſubjectæ.
1113. Mercuriales Aves.
1114. Quare Aves cantent.
1115. Quænam ſint Mercuriales aves?
1116. Philomelæ hiſtoria.
1117. Philomela non bibit.
1118. Cibus Philomelæ artificialis.
1119. Morbi Philomelæ.
1120. Lunares aves quales?
1121 Quænam ſint?
1122. Cygni cantus in ſenectute.
1123. Ardea.
1124. Laganel avis.

Sectio III.

1125. Vocis שרץ explicatio.
1126. Varietas productionis avium.
1127. Quare benedictio Dei inſtituta fuerit?
1128. Amor in ſpecierum conſervationem implantatus.
1129. Generationis virtus unde.
1130. Piſcium Organa generationis.
1131. Piſces an omnes fœminæ ſint?
1132. Meatus ſpermatici piſcium.
1133. Ferinus amor piſcium.
1134. Quomodo generent Oſtreæ?
1135. Conchas concipere è Cœlo uniones.
1136. Quomodo formentur Uniones.
1137. Avium partus duplex.
1138. Aves domeſticæ varia ova excludunt.
1139. Duo in ovis ſubſtantialia.
1140 Guſtarda avis.
1141. Spurii ſpecierum congreſſus inter piſces & aves nulli.
1142. Mirabilia fert Aphrica Tellus.

Caput VI. Sectio I.

1143. Materialis forma brutorum.
1144. Concurſus naturæ ad opus creationis.

1145. Ani-

1145. Anima brutorum quid ſit?
1146. Vita brutorum quid?
1147. Tria genera terreſtrium animantium.
1148. Quid jumenta ſint?
1149. Boves.
1150. Vaccæ.
1151. Equi, Cameli, Elephanti.
1152. Inſecta quid ſint?
1153. Inciſuræ inſectorum.
1154. Arma inſectorum.
1155. Senſus inſectorum.
1156. Voces inſectorum.
1157. Cor inſectorum.
1158. Ventriculus inſectorum.
1159. Generatio inſectorum.
1160. Feræ quænam ſint?
1161. Quare animantia quædam majora ſint?
1162. Senſus Beſtiarum.
1163. Animalium ſagacitas ſive varietas morum.
1164. Unde diverſitas animantium ſpecierum.
1165. Ex Cœli & ſiderum influentiis.
1166. Generatio & corruptio à ſideribus oritur.
1167. Quomodo generatio inſtituatur?
1168. Quare generatio poſt pubertatis annos.
1169. Corpora animantium poſt mortem ad ſidera evolant.
1170. Reſolutio corporis brutorum.
1171. Saturnina animalia manſueta.
1172. Aſinus.
1173. Aſinus triſtis ſtupidus & malitioſus.
1174. Aſinus Ægypticus.
1175. Quæ ex Aſino utilia ſint?
1176. Mulus.
1177. Jovialia manſueta animalia.
1178. Camelus.
1179. Cameli reverentia erga matrem.
1180. Elephas.
1181 Mirabilis ejus ſagacitas.
1182. Elephantem ſermones intelligere.
1183. Taurus.
1184. Martialia manſueta animalia.
1185. Canis.
1186. Canum ſpecies.
1187. Rabies.
1188 Solaria manſueta animalia.
1189. Equus.
1190. Equus an ſuperet Leonem ſolari virtute.
1191. Venerea animalia manſueta.
1192. Ovis.
1193. Capra.
1194. Vacca.
1195. Vaccæ Epiroticæ.
1196. Mercurialia animalia manſueta.
1197. Simia.
1198. Lunaria manſueta animalia.
1199. Porcus.
1200. Morbi porcorum.
1201. Lepra & Lues venerea.
1202. Catus.
1203. Mures.
1204. Murium fertilitas.
1205. Murium ſpecies.
1206. Sorex.
1207. Glis.
1208. Glires non reperiuntur in Epiſcopatu Auguſtano.
1209. Ferarum diverſitas.
1210. Beſtiæ Saturninæ.
1211. Joviales Feræ.
1212. Martiales Belluæ.
1213. Solaria animalia ſylveſtria.
1214. Leo.
1215. Venerea animantia fera.
1216. Mercuriales beſtiæ.
1217. Lunaria animalia.
1218. Reptilia quæ? & qualia?
1219. An inſecta in prima creatione producta ſint?
1220. Affirmativa defenditur.
1221. Quomodo excrementa ſeminali virtute prolifica ſint.
1222. Lumbrici.
1223. Ranæ ab hominibus excretæ.
1224. Paſſer vicilinus.
1225. Scarabei majales.
1226. Pulices.
1227. Serpentes ex ſpina dorſi naſcuntur.
1228. Serpentes ex juba Equi.
1229. Ex ſerpente putrido.
1230. Majora animantia etiam ex putredine oriuntur.
1231. Inſecta à Planetis generantur.
1232. Saturnina inſecta.
1233. Muſcæ.
1234. Beelzebub venalis.
1235. Araneus Saturninus ex anhelitu telas nectit.
1236. Scorpius.
1237. Pythiocampe ex pinu enaſcens.
1238. Julis vermis.
1239. Aſellus.
1240. Papilio & Erucæ Jovialia inſecta.
1241. Bombyx.
1242. Formica.
1243. Pſeudo Olibanum.
1244. Formica Cedri.
1245. Formica ex ſiliginis & frumenti granis.
1246. Formicæ alatæ.
1247. Martialia inſecta.
1248. Cimices.
1249. Pulices & pediculi.
1250. Hirudines.
1251. Scarabeus Cervus & ejusmodi ſpecies.
1252. Cantharides.
1253. Solare animal inter inſecta eſt Crocodilus.
1254. Draco.
1255. Salamandra.
1256. Lacerti.
1257. Venerea inſecta ſunt melligera novem.
1258. Serpens.
1259. Serpens artificialis Ezleri & Cardani.
1260. Cicada Mercuriale inſectum.
1261. Grillus.
1262. Cochlea.
1263. Limaces & Ranæ.
1264. Rana inter inſecta ſola ſanguine prædita.
1265. Ranæ medentur Epilepſiæ.

Sectio II.

1266. Sacroſancta Trinitas creavit hominem.
1267. An Deus unum ſaltem hominem crearit?
1268. Androgyni hiſtoria ex Platone.
1269. Deus creavit Marem & fœminam.
1270. An coſta ab Adamo dormiente extracta animata fuerit?
1271. Anima Evæ à Deo creata.
1272. Vox ברא æque de Eva uſurpata eſt.
1273. Anima Adami ab Evæ anima diſtincta eſt.
1274. Bruta & Beſtiæ fuiſſent perfectiores Eva, ſi non à Deo immediate creata fuiſſet.
1275. Ordo creationis inverſus fuiſſet, ſi Deus formam Evæ non etiam creaſſet.
1276. Adam dixiſſet, eſt anima de anima mea.
1277. Eva ad Adami ſimilitudinem non ad Dei imaginem producta fuiſſet.
1278. Coſta viva permanſit in extractione.
1279. Amor maris & fœminæ unde ortus ſit.
1280. Quid ſit imago Divina.
1281. Imago Dei in humano corpore, homo microcoſmus.
1282. Aquas ſupracœleſtes refert cerebrum & nervi.
1283. Pulmo expanſum repræſentat.
1284. Cor Solem exhibet.
1285. Luna Meſenterio præſidet.
1286. Saturnum auditus deſignat, Jovem viſus ♂ odoratus ♀ guſtus ☿ tactus.
1287. Planetæ terreſtres in homine.
1288. Cor maris motum repræſentat.
1289. Naturæ partiales ſignaturæ in fronte & manibus.
1290. Humanum corpus directe non ad Dei imaginem conditum eſt niſi in immortalitate.
1291. Imago Dei in animam repoſita fuit.
1292. Intellectus primaria Deitatis imago.
1293. Nullum animal libera voluntate præditum præter hominem.
1294. Tres intellectus facultates rationalis ſenſitiva & naturalis.
1295. Rationalis ſpeculativus intellectus.
1296. Senſitiva facultas in homine.
1297. Viſus.
1298. Auditus Odoratus Guſtus & Tactus.
1299. Imaginativa in homine, æſtimativa in beſtiis.
1300. Naturalis facultas.
1301. Memoria eſt maximum Deitatis ſimulacrum.
1302. Voluntas triplex.
1303. Paſſiones in homine.
1304. Paſſiones corporis communicantur animæ.
1305. Quomodo afficiatur?
1306. Subitaneæ triſtitiæ cauſa ignota.
1307. Paſſiones quotuplices ſint?
1308. Oeconomia monarchica animæ in corpore.
1309. Beſtiarum formæ quomodo deficiant & aberrent.
1310. Temperamentum hominis juſtiſſimum.
1311. Quare eſſentia hominis ſpiritualis?
1312. Quare leges naturales hominibus implantatæ?
1313. Quare indifferentia & voluntas animæ?

Sectio III.

1314. Quid Dominium in bruta ſit?
1315. An piſces dominio ſubjiciantur.
1316. Dominium in piſces ad cibum.
1317. Dominium in volatilia.
1318. Aves ad comeſtionem permiſſæ.
1319. Dominium in reptilia.
1320. Serpens horribilis manſuefactus.
1321. Dominium ad cibum univerſale fuit.
1322. An bruta ad hominis mandatum acceſſerint?
1323. Negativa defenditur.
1324. Beſtiæ ante diluvium fuerunt inpavidæ.
1325. Terrorem & pavorem Deus poſt diluvium beſtiis impoſuit.

Sectio IV.

1326. Quare homo creaturarum poſtrema ſit?
1327. Homo ex terra rubra formatus.
1328. Terra Adami in Auro.
1329. Deus ipſe inſpiravit hominibus animam.
1330. Plato de inſpiratione animæ ſcripſit.
1331. An Anima ſit ignis?
1332. Verbum רוח ſpiritus.
1333. Animas igneas apparuiſſe.
1334. Verbum רוח varias habet ſignificationes.
1335. Flammeæ animarum apparitiones ſuſpectæ ſunt.
1336. Corporis Adamitici perfectio & pulchritudo.
1337. Cor viſcus principaliſſimum in homine.
1338. Quomodo Cor langueſcat & debilitetur.
1339. Tria in humano corpore conſideranda.
1340. Lucidum corpus in homine.
1341. Lucens ſubſtantia.
1342. Harmonia cerebri & cordis.
1343. Quomodo totum corpus afficiatur?
1344. Duplex facultas intelligens & movens.
1345. Duplicia animæ organa Balſamica & ſpirituoſa.
1346. Humidum radicale & balſamum nativum vivere in homine.
1347. Spiritus & balſamus nativus ſufficiunt pro vita hominis.
1348. Pro conſervatione vitæ requiruntur ſpiritus influentes.
1349. Nutritio quomodo fiat?
1350. Cœleſtis ciborum pars nutrit.
1351. Spermatica hominis nutritio.
1352. Spermatica nutritio confert etiam memoriæ.
1353. Balſamica hominis nutritio in ſanguine & ſpiritu.
1354. Quomodo fiat ſanguificatio.
1355. Similitudo à deſtillatione ſpiritus vini.
1356. Ubi ſpiritus generentur in homine.
1357. Quid ſit ſpiritus?
1358. Ex ſpiritu & oleo fit ſpiritus influens in homine.
1359. Quomodo generetur acidum cordis?
1360. Qualem uſum habeat acidum cordis?
1361. Verbum נקבה Fœmina, explicatur.
1362. Uteri cum corde & cerebro conſenſus.
1363. An ſolus mas ad Dei imaginem creatus ſit?
1364. Mulierum deformitas nativa.
1365. Fœmina nec monſtrum nec germen ſuppoſitirium eſt.
1366. Mulierum temperamentum excuſatur.
1367. Paſſiones mulierum ſunt naturæ convenientes.

1368. Mas & fœmina conjunctim faciunt harmoniam pulchritudinis.

Sectio V.

1369. Quare benedictio à Deo inſtituta ſit?
1370. Benedictio Dei in innumeram multitudinem.
1371. Benedictione Divina accepit anima motum.
1372. Facultas animæ generatrix qualis?
1373. Spiritus Cœleſtis eſt organon animæ generantis.
1374. Memoriæ motus in facultatem naturalem.
1375. Formatio Embrionis ex duplici motu.
1376. Ex propoſito animi reſultat figura corporis Univerſalis.
1377. Secundò ſexus formatio.
1378. Tertiò ſenſuum formatio.
1379. Ex temperamenti inclinatione fiunt impreſſiones.
1380. Viri ſtatura & figura generoſior.
1381. Caloris & ſiccitatis effectus.
1382. Fœminæ ſtatura minor & mollior.
1383. Frigoris & humiditatis effectus.
1384. Rotunditas membrorum apud fœminas.
1385. Mores in ſexu variant.
1386. Actiones virorum.
1387. Paſſiones mulierum.

Caput VII. Sectio I.

1388. Sabbathum ad æternam creatoris gloriam celebrandam inſtitutum eſt.
1389. Bonitas Creatoris & creaturæ celebranda.
1390. Obligatio hominum à S. Paulo declarata.
1391. Angeli Creatorem glorificant.
1392. Cœlum & Terra Muſica ratione conſtant.
1393. Muſica cœleſtis noſtris ſenſibus imperceptibilis.
1394. Mundus Lyra eſt.
1395. Pythagoræ dogmata.
1396. Sirenæ Cœleſtes.
1397. Novem Muſæ in Cœlo canentes.
1398. Novem Muſarum nomina.
1399. Earum dignitates & officia.
1400. Novem Muſæ Deo hymnum reſonant in Cœlo.
1401. Muſica ad ſacras cæremonias primò inventa.
1402. Muſicæ leges apud veteres.
1403. Muſicæ varietates antiquorum.
1404. Muſicæ ad delicias hominum varia applicatio.
1405. Muſicæ primi inventores.
1406. Muſica refert harmoniam rerum.
1407. Lyræ inventor Mercurius.
1408. Orphei Muſica.
1409. Amphionis Lyra.
1410. Fiſtula, Tuba, Tibiæ, Tympanum & Tintinabulum.
1411. Muſicæ varius uſus.
1412. Pythagoras Muſicus.
1413. Aſclepiades Muſicus.
1414. David, Cytharædus.
1415. Muſica ad voluptatem applicata.
1416. Sybaritæ Muſici.
1417. Nero à Muſica factus inſanus.
1418. Muſica naturæ Deum glorificans.
1419. Melodia Novem Muſarum.
1420. Calliope, Urania, Polymnia, Terpſichore, Clio, Melpomene, Erato, Euterpe, Talia.
1421. Succeſſionis rerum ordo in natura.
1422. Cognito cœlo manifeſta eſt ejus majeſtas.
1423. Providentia præſupponit continuatam creationem.
1424. Omnes creaturæ habent prius & poſterius.
1425. Compoſita corpora à Cœlo, Cœlum à Deo dependet.
1426. Cognitio Cœli deducit nos ad cognitionem bonitatis divinæ.
1427. Bonitas Creatoris ex creaturarum bonitate judicanda.
1428. Plato de divina bonitate.
1429. Bonitatem divinam inſequitur Amor.
1430. Amor divino cultu celebrandus fuit.

Sectio II.

1431. Eſſentia ſupremorum ſiderum qualis?
1432. Philoſophorum veterum opiniones.
1433. Plato de ſideribus.
1434. An ſidera ſenſu prædita ſint?
1435. Angeli ſiderum motores.
1436 Angeli rerum omnium præſides.
1437. Qualis fuerit Angelus qui peccavit?
1438. Danae Aureus imber.
1439. Herbas à Cœlo ſpecificè regi Cabbaliſtæ putarunt.
1440. Pan Deus Arcadiæ univerſi Hieroglyphicum.
1441. An ſidera tantum ornatus gratia condita ſint?
1442. Ariſtoteles de virtute ſiderum.
1443. Omnia à ſideribus neceſſitari quorundam opinio.
1444. Reſponſa Sibillarum unde.
1445. Diluvium ex ſideribus ortum duxiſſe referunt.
1446. Adventus Meſſiæ ex ſideribus falsò prædictus.
1447. Religio an à ſideribus dependeat.
1448. Sex tantum religiones eſſe poſſe dixerunt Aſtrologi.
1449. Blaſphemæ hæ opiniones non merentur refutationem.
1450. Virtutes ſiderum quales revera ſint?
1451. Sphæræ igneæ ſupremæ virtus Deum glorificans.
1452. Anima mundi Platonis.
1453. Ignis Jovis cuſtodia dictus fuit.
1454. Ignis officia.
1455. Ignis terræ centrum penetrat.
1456 Differentia duplicis ignis cœleſtis.
1457. Quomodo colores oriantur.

Sectio III.

1458. Syrorum & Arabum opinio de aquis ſupracœleſtibus.
1459. Moſes clariſſime de Aquis ſupracœleſtibus ſcripſit.
1460. Solis Hieroglyphicum Navis.
1461. Aquæ ſupracœleſtes verè exiſtunt.
1462. Quomodo Deum laudent?
1463. Virtus aquarum ſupracœleſtium.
1464. Animantium formæ à ſpiritu aquarum.
1465. Bruta tali forma non ſunt animata ut vulgus exiſtimat.
1466. Sagacitas brutorum.
1467. Omnia compoſita videntur gradualiter differre.
1468. Cauſa hujus gradualis rerum differentiæ.
1469. Melodia ſpiritus cœleſtis in animalibus.
1470. Tria in brutis obſervanda.

1471. Sec-

1471. Senſus brutorum
1472. Memoria brutorum.
1473. Formatio corporis brutorum.
1474. Spiritus cœleſtis eſt univerſalis cauſa ſenſus & motus brutorum.
1475. Quomodo homo in multis organis cum brutis conveniat?
1476. Homo omnia gradu excellentiſſimo continet.
1477. Unde liberior cœli influxus oriatur?
1478. Influxus aquarum ſupracœleſtium in cerebrum.
1479. Vinculum animæ & corporis.
1480. Conſiſtit in igne & ſpiritu.
1481. Quomodo Viſus exoriatur?
1482. Lux ſupremarum ſtellarum inperceptibilis.
1483. Colores omnes à Sole.
1484. Aquæ ſupracœleſtes inſenſibiles ſunt.
1485. Aquarum ſupracœleſtium neceſſitas pro vita ſuſtentanda.
1486. Quid ſperma ſit?
1487. Animalia magis ex ſpermate quam ſanguine conſiſtunt.
1488. Sanguis quid? Et ejus officium quale.
1489. Morbi ex ſanguine oriundi.
1490. Siderum & ſpiritus cœleſtis nutritio in homine,
1491 Spiritus ſidereus quid præſtet in Plantis?
1492. Virtus plantarum in cineribus.
1493. Plantæ ex cineribus reſuſcitatæ.
1494. Spiritus cœleſtis in mineris Mercurialis eſt.
1495. Mercurius in omnibus mineris.
1496. In Mercurio eſt labyrinthus Chymicorum.

Sectio IV.

1497. Duplex ignis, duplex ſal & duplices aquæ in natura.
1498. Corpora quo ſublimiora eò ſubtiliora?
1499. Saturnus Aquoſus.
1500. In ſenſibus noſtris frigidus.
1501. Frigus ſaturni quomodo inferiora lædat?
1502. Saturnini homines.
1503. Animalia Saturnina.
1504. An nocturnæ aves Deum glorificent?
1505. Plantæ ſaturninæ.
1506. Veneni effectus.
1507. Quare venenatæ herbæ acres ſint?
1508. Natura venenorum.
1509. Planetarum venena.
1510. Saturninum virus peſſimum.
1511 Venena in corporibus oriuntur.
1512. Quæ de Planetis dicta ſunt, etiam metallis conferunt.
1513. Septem metallorum qualitates.
1514. Saturnini malignitas in regno minerali.
1515. Saturnina Solaribus contraria.

Sectio V.

1516. Jovis omnia plena.
1517. Plato de Paradyſo.
1518. De Jovis regno ſubmiſeria.
1519. Regnum gratiæ à Patone intellectum.
1520. Jovis felicitas.
1521. Joviale Mel.
1522. Mel quid ſit?
1523. Ros melleagineus interdum venenatus.
1524. Sulphur mellis quale ſit?
1525. Mel recens optimum.
1526. Mel optimum quomodo colligendum?
1527. Mellis uſus ſaluberrimus.
1528. Pythagorici & Democritus.
1529. Mel vitam conſervat.
1530. Incolæ Corſiccenſes longævi.
1531. Mel ſenibus utile.
1532. Apum induſtriæ indagatores famoſi.
1533. Mel confert tribus naturæ regnis.
1534. Vaccæ utilitas.
1535. Jupiter in bovem mutatus.
1536. Apis Ægyptiorum.

Sectio VI.

1537. Nullum in Cœlo bellum.
1538. Nulla contrarietas qualitatum niſi in ſenſibus.
1539. Unde bellum oriatur.
1540. Democritus.
1541. Inſaniæ cauſa.
1542. Bilis quid ſit?
1543. Quomodo inſania oriatur.
1544. Cauſa generans bilem in corporibus.
1545 Duplices influentiæ ſulphureæ cœleſtes.
1546. Solaris Terra ſigillata.
1547. Nitroſa terra.
1548. Spirituum extractio Chymica.
1549. Nitri ex aëre attractio.
1550. Aromatica ſulphurea & bilioſa ſunt.
1551. Quomodo bilis in corpore exæſtuet?
1552. Martialia animalia rapacia.
1553. Martiales plantæ.

Sectio VII.

1554. Sol Dei filius.
1555. Minervæ templum apud Ægyptios.
1556. Sol omnium rerum rector eſt.
1557. Omnia Metalla proveniunt ex Auro.
1558. Sol maturat metalla in Aurum.
1559. An metalla transmutari poſſint.
1560. Generatio Lapidum, minerarum &c.
1561. Pyrites.
1562. Lapides precioſi.
1563. Adamas.
1564. Virtus gemmarum à Luce.
1565. Tincturæ gemmarum.
1566. Aurum ex ſilicibus & Arena.
1567. Auro vivimus & Cor noſtrum vegetum eſt.
1568. Solis Aurea gleba.
1569. Panacæa Ægyptiorum.
1570. Verni temporis fertilitas.
1571. In Calore vita in frigore mors.
1572. Solaris exercitus ſolem ſequitur.
1573. Frigus enecat animantia quædam.
1574. Calor nullum vitæ periculum inducit.
1575. Varietas animantium.
1576. Sol Leonem produxit.
1577. Luna Ælurum.
1578. Sol murem formavit.
1579. Luna Simiam.
1580. Antipathia Solis & Lunæ.

Sectio VIII.

1581. Venus ardens ſaline ignea.
1582. Martis fertilitas unde.
1583. Piſces multis populis prohibiti fuerunt.
1584. Salis fertilitas in campis.

1585. Horti ſub veneris tutela.
1586. Mychea venus.
1587. Veneris effectus in ſublunaribus.
1588. Verno tempore omnia rediviva.
1589. Omnia parturiunt Venere ſpirante.
1590. Acidum cordis.
1591. Venerem excitat.
1592. Motus venerei in animalibus.
1593. Vox venerea omnibus animalibus peculiaris.
1594. Oſcula hominum.
1595. Antiquitus licita fuerunt.
1596. Cantus hominum ſuavitas.
1597. Sirenum Cantus.
1598. Anacharſis ſcyta.
1599. Animalium varietates ſecundum illecebras.
1600. Venerea animantia caduca.
1601. Conchæ generant ante nativitatem.

Sectio IX.

1602. Mercurii eſſentia.
1603. Unde animantium vigor & ſagacitas oriatur.
1604. Nitrum à Mercurio exhalare probatur.
1605. Nitrum æquinoctii vernalis temporibus ſpirat.
1606. Spiritus Mercuriales ſunt ſal volatile.
1607. Spiritus Mercurialis inebriat omnia.
1608. Poſt ſolſtitium hyemale reſuſcitat Venerem.
1609. Mercurius celeritatis author.
1610. Mercurius veterum.

Sectio X.

1611. Luna infundibulum Terræ.
1612. In Luna eſt totius terræ virtus ſublimis.
1613. Ægyptiorum opiniones de Luna.
1614. Luna totius Cœli virtutes recipit; & effundit.
1615. Monſtratur Schemate.
1616. Pyramidis figura univerſi hieroglyphicum eſt.
1617. Terra cubica forma à veteribus depicta.
1618. Lunæ influentiæ roridæ ſunt.
1619. Roris virtutes.
1620. Lunæ effectus in inferioribus.
1621. Luna veteribus Hecatis nomine depicta.
1622. Quid ros ſit?
1623. Ros ſereno aëre decidit.
1624. Hermetis oraculum de rore.
1625. Virtus & vita rerum.
1626. Mors naturalis rerum.
1627. Arboris vitæ arcana.
1628. Corpus incombuſtibile.
1629. Auri eſſentia incorruptibilis eſt.
1630. Medicina eſt ad deſperatos affectus.
1631. Semen Auri inquirendum reſtat.
1632. Quinta rerum eſſentia.
1633. Duplici via inquirenda.
1534. Primo in Auro.
1635. Secundò in minera peculiari.
1636. Virgilius de lapide Philoſophorum.

F I N I S.

C1

364

DS
E
DR